



WIDENER LIBRARY
HX GFGC N

MARMORA TAURINENSIA

DISSERTATIONIBUS,

E T

N O T I S


I L L U S T R A T A.

Pars prima.



AUGUSTÆ TAURINORUM, MDCCXLIII.

EX TYPOGRAPHIA REGIA.


HARVARD COLLEGE
LIBRARY





REGI AUGUSTISSIMO.

Antonius Rivantella, & Joh. Paullus Ricolvi.

FELICITATEM.



I rei, quam suscepimus, dignitati opera a nobis in eam collata responderet, nulli dubitaremus, quin hæ nostrarum lucubrationum primitiæ Te dignæ Patrono forent,

&

& Tuo Augustissimo Nomini nuncupandæ. Hæc enim antiqua marmora ad veterem hujusce felicissimæ Italiæ Partis memoriam spectantia, quæ nobis illustranda patriæ amor suasit, Tibi patriæ Patri Amantissimo grata, & accepta fore non modo sperare audemus, sed omnino, & jure optimo deberi existimamus. Regium illa Athenæum multum exornant, suaque copia, & virorum, quorum habent nomina, celebritate testantur, quanta fuerit etiam olim hujus Subalpinæ Provinciæ claritas, & Urbis Augustæ, quam sibi sedem Majores Tui optarunt, gloria, quæ crevit sub illis semper, & majus a Te in singulos dies accipit incrementum. Operæ pretium itaque facturi visi nobis sumus, si qualem qualem lucem iisdem afferremus; & rem pro modulo nostro tentavimus ea adducti opinione, quæ nos haud mediocriter recreat, si publicam spem, & expectationem explere haud fas est, nostram tamen industriam laudatum iri. Quidquid igitur hoc est non solum Te Magno Principe dignum, sed Tuum prorsum est, utpote Tuo in solo natum, & primis excultum eorum

curis,

curis, quos tua fovet jam a multis annis clementia; quosque etiam inter bellicos tumultus fovere non desinit. At enim intempestive facere fortasse videbimur, qui Te gravissimo bello districtum, quo libertatem Italiæ, & sanctissima Aviti Regni jura tueris, literariis hisce xeniis ambiamus. Nemo id dixerit, qui Tuam norit & in bellicis artibus, & in literis promovendis sollicitudinem, & curam, qua bello simul provides, & Pacis ornamenta conservas, & Te eodem tempore Militiæ Imperatorem fortissimum, & domi liberalium disciplinarum Parentem munificentissimum præstas. Jucunda proinde, & commendatione, Tuoque digna patrocinio Tibi semper visa est subditorum Tuorum opera, sive in defendenda, sive in exornanda patria adlaborarent. Viget etiam num, neque unquam interitura est confecti superioribus annis belli memoria: In tanto armorum strepitu gravissimum Musis impendere exitium boni omnes extimescebant, dolebantque. Sed certissimo experimento confirmati sumus, planeque cognovimus Te res non modo diversas, ac dissimillimas, verum in adverso positas,

divi-

divina pene prudentia, & mirabili cogitandi, agendique sollertia posse attemperare. Jussisti enim raro liberalitatis exemplo, ut Musæ, & artes, earumque cultores in universa ditione largis, ut antea, sumtibus alerentur, proveherenturque, ac si tranquilla, securiorique pace frueremur. Jam vero si præterito bello tam strenue, ac fortiter de libertate, & gloria dimicasti, si populos salvos, ac sospites e maximis periculis explicasti, si Avos Tuos ingentibus factis non æquasti modo, sed vicisti, & paternæ ditionis fines non tam tutatus es, quam longe lateque in opulentissimis Regionibus propagasti; quid ni annuentibus Superis fausta omnia, lætumque belli recentis exitum ominemur? Præclara jam edidisti, & non minora editurus es eximiæ virtutis Tuæ, atque fortitudinis specimina: Jam Te libertatis suæ vindicem, atque adsertorem potentissimum suspicit Italia: In Te uno italicam antiquam virtutem redivivam admiratur; A Te uno salutem, & pristinum decus expectat, votaque semper ferventiora concipit, ut Te suo bono natum Deus Optimus Maximus so-

spitem,

ſpitem, incolumemque diu ſervet. Nos vero, qui nos metipſos beatos exiſtimamus, quod in Tua ditione nati Te Regem optimum, ac Patronum beneficentiſſimum ſortiti ſimus, & quibus nil aliud præter voluntatem ſuperat, non ſolum a Superis omnibus precamur, ut diu Patriæ, Regno, & gloriæ, cui natus es, felix vivas, verum etiam ut

De noſtris addat, Princeps, Tibi Jupiter annos.

IMPRIMATUR.

Vicarius Generalis S. Officii.

V. Chionius A. L. P.

Se ne permette la Stampa.

Morozzo per S. E. il Signor Marchese D'Ormea Gran Cancelliere.

P: I



Fra in A. Gilo di Sou. Taurini

For preface, see after p. 280.



I.

MEMMIUS JOVI VOTUM SOLVENS.



RIMAM hanc, quam lectorum oculis subjicimus, votivam marmoream Tabulam, primus, ni fallimur, in lucem edidit Cl. Muratorius [*a*]. Neque diem fortasse vidisset unquam, & lateret adhuc magna rei literariæ jactura inter rudera veteris Civitatis, si nostrorum principum magnificentia, quæ incredibilis omnino est, novis ædibus Taurinorum Augustam paucis ab hinc annis liberalissimo sumtu non ampliasset; unde

Miramur portas, vallumque, & strata viarum,
Turresque, & vastis excelsa Palatia tectis. (*b*)

Tunc enim lapidem hunc, præter alia quamplurima non contemnenda Romanarum Antiquitatum monumenta, repertum esse accepimus, cum inclytæ hujusce Urbis Pomœria mœniis antiquioribus ad portam Secusinam funditus eversis, longius, magnificentissimeque producta sunt. Sin-

(a) *Mur. Thes. Insc. Tom. 1. cl. 1. n. 4.*

(b) *Virg. lib. 1. Georg.*

 gula

gula interpretari, & fusis etiam commentariis ad nostrorum scilicet Antiquitatis studiosorum utilitatem illustrare nobis animo proposuimus. Ut vero

Ab Jove principium,

Ab Jove propterea commentationum nostrarum initium ducimus, Superis bene faventibus.

Quisque primo ictu oculi videt, nostrum hoc marmor vetustate adeo, & temporis injuria corrosum esse in ea parte, quæ Summi Dei faciem nobis exhibet, ut in ejus ornanda historia haud tam facile certum pedem figere possimus. Jovem stantem, & juvenili specie decorum intuemur, corpore nudum undique: dextera innititur hasta, quod unum in hoc marmore perspicuum a temporis voracitate nobis superat. *Deorum simulacris hastæ addi solent*, inquit Justinus, (c) *ob Religionis memoriam, quia ab origine rerum pro Diis Immortalibus veteres hastas coluere*. Sinistra vero quidpiam tenuisse facillime quidem detegimus, sed ita abrasa, & absumta videtur, ut quid prætulerit, certo nunquam finire valeamus. Fulmen tamen, & clypeum ex alio Taurinensi marmore apud Pingonium (d) sinistra gessisse haud temere nos conjectamus. Quin imo hunc, cui Marcus Memmius Aram dedicaverat, eundem omnino esse, quem elapsis retro seculis Taurina Gens suæ Civitatis Conservatorem Jovem Optimum Maximum peculiari cultus, honorisque genere prosequebatur, idem Pingonii, quod mox referemus, marmor, non levem suspicandi occasionem præbere videtur; quod quidem ad Patriæ historiam in hac re felicius illustrandam, augendamque quantam conferre possit opem, nemo non videt, etsi conjecturis solummodo id impræsentiarum adsequeremur.

(c) *Just. lib.* 43. 3.

(d) *Pingon. in Aug. Taur. pag.* 96.

Marmor itaque Pingonianum exhibet Jovem stantem, nudum, nullaque in parte opertum, ad juvenis speciem, & imberbem prorsus: fulmen dextera, sinistra Clypeum tenet, cum Epigraphe.

JU-

Jam vero si nostrum cum a Pingonio relato lapide conferamus, diligentiorique studio utrumque considerare velimus, parem esse, ac simillimam fere utriusque Dei formam, & imaginem, & unum ad alterum (si hastam demas, cui noster dextrorsum innititur) facillime referri, non tam inique pollicemur, nec misere; uterque siquidem in utroque saxo nudus Jupiter, uterque juvenis, & imberbis: fulmen ille, clypeumque tenet; noster hic fulmen, quod sinistra prætulerit, nos aperte docent infinita propemodum marmora J. O. M. dicata, in quibus Deorum, hominumque Satorem fulmine, potestatis, dignitatisque symbolo armatum videre est; unde Ovidius [e]

(e) Ovid. fast. 3. v. 437.

Fulmina post ausos Cœlum affectare Gigantes
Sumta Jovi, primo tempore inermis erat.

Et Virgilius lib. 1. Georg.

Ipse Pater media nimborum in nube coruscans
Fulmina molitur dextra.

Exinde κεραύνιος fulminator dicitur Orpheo, & ἀκροκέραυνος *fulmine summa petens* adpellatur ab Homero. Marmoris autem informe fragmen, quod e lævo brachio educi videtur cubitum versus, quidpiam sane præter fulmen tenuisse non obscure indicat: quid vero nisi clypeum, quo simul ac fulmine, ut in Pingoniano lapide, ornatus esset? Et quanquam Summi Dei facies abrasa penitus, & deleta conspiciatur, adeout fidem facere haud possimus, barbatus fuerit, nec ne? imberbem tamen damus liberiuscule, eo modo, quo cernitur in Pingonii memorato saxo; ex oris enim, vultusque insculpti Dei superficie, & lineamentis, quamvis hæc ob vetustatem, aut aeris inclementiam fere exciderint, haud videtur verosimile tam promissam barbam, tantaque maje-

(f) Gyrald. synt. Deo. pag. 83. Beger. Thes. Brand. Tom. 1. pag. 80.

(g) Cic. de Nat. Deo. lib. 1. 30.

ſtate plenam, quæ Jovi ſtatori, Capitolino, Olympio ab omni antiquitate tributa eſt [f], ex ejus mento defluxiſſe. Iſto namque modo, ait Cicero [g], *licebit dicere Jovem ſemper barbatum, Apollinem ſemper imberbem*. Hiſtoriæ præterea, reique veritati ſatis conſentaneum arbitramur, ut M. Memmius Patrio Deo memoriam ſoluti voti publico, perpetuoque monumento poſteritati commendaturus, Jovem Patriæ Conſervatorem domeſtico ritu; cultu, & habitu referri, exprimique voluerit.

Jupiter itaque a Taurina Gente olim in ſuæ Urbis tutelam, & cuſtodiam advocatus fuerat? iſque nudus, & imberbis? haſta, & fulmine, clypeoque armatus pingebatur? Sed unde tam varia, tamque peculiaris in Jovem O. M. Religio ad Taurinos populos dimanavit? Profecto vix unum, aut alterum videre eſt marmor, ſi omnem data opera excutias antiquitatem, quod Jovem ad juvenis ſpeciem, imberbem, ſuperne, & inferne nudum, haſtatum, fulmine, & clypeo inſtructum referat; quæ quidem res noſtrorum lapidum dignitatem magnopere augere videntur. Colebatur ſane apud Ægienſes Jupiter puerili facie, una ac Hercules, quibus quotannis teſte Pauſania (h) deligebantur Sacerdotes, qui pueri eſſent, quique primas pulchritudinis tuliſſent, & quibus jam pubeſcentibus alii continuo ſuccederent; hinc vetus inſcriptio [i].

(h) Pauſ. Achaic. lib. 7.

(i) Boxhor. quæſt. Rom. 4. apud Græv. Tom. 5. p. 291.

FORTUNÆ. PRIMIGENIÆ.

JOVI. PUERO.

In Numiſmatis quoque Imperatorum, ac Galieni potiſſimum, & Saloninæ [k] Jupiter nudus, & puerili facie, & capræ inſidens ſæpe numero repræſentatur, adjecta epigraphe.

(k) Band. in nu. Gal., & Salon. pag. 164., & 257.

JOVI. CRESCENTI.

Verum hæc omnia Jovis incunabula reſpicere palam eſt, & cer-

certissimum, ob quam rem Juvenalis (l) Jovem imberbem, puerumque elegantissime inducit, ut primam auream, fortunatamque hominum ætatem significaret.

(l) *Juv. Sat.* 6. v. 17.

Sub Jove, sed Jove nondum
Barbato . . .

Atqui in antiquis Etruscorum monumentis Jovem non modo corpore nudum, sed & imberbem omnino, & juvenili specie decorum intuemur, cujus capilli intonsi frontem plexu quodam ad venustatem coronant. Cl. Gorius (m) putat hunc eundem esse, ac Jovem Anxurum, qui ab Etruscis circa Campaniæ tractum magno olim honore cultus fuerat, & cujus tutelæ cum Feronia virgine possessiones, lucus, & arva concredita essent. Jovis Anxuris meminit Virgilius [n].

(m) *Gor. Mus. Etrusc. cl.* 1. *tab.* 22. *p.* 77.

(n) *Virg. Æneid.* 7. v. 799.

. . . . *Queis Jupiter Anxurus arvis*
Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco?

Quo loco Servius: *circa hunc tractum Campaniæ colebatur puer Jupiter, qui Anxurus dicebatur, quasi* ἄνευ ξυροῦ, *idest sine novacula, quia barbam nunquam rasisset*. Quanquam alii, inquit Begerus, [o] ab Oppido Anxure, de quo Horatius [p].

(o) *Beg. Thes. Brand. tom.* 2. *p.* 594.

(p) *Horat. Sat.* 5. *lib.* 1.

. . . . *Subimus*
Impositum saxis late candentibus Anxur.

Jovis Anxuris elegantissimus nummus a C. Vibio cusus exhibetur ab eodem eruditissimo Begero. Non omittendus hic videtur Statii [q] locus de Templo Junoni puellæ sacro, & Jovi Anxuro.

(q) *Stat. Theb.* 10. v. 61.

Ipsa illinc magni thalamo desponsa Tonantis
Expers connubii, & timide positura pudorem
Lumine demisso pueri Jovis oscula libat
Simplex . . . .

Porro

Porro cum omni procul dubio sit, Romanos totam pene Religionem, auspicia, ritus, & sacrificia antiquissime ab Etruscis accepisse, ut ex illa patet apud Ciceronem lege: *Etruriæ Principes disciplinam doceto*; nullo negotio intelligimus ab Etruscis quoque Jovis. O. M., qui nudus esset, & imberbis, intonsusque, cui postmodum hastam, fulmen, clypeumque addidere, cultum, & religionem Romanos edoceri potuisse. Cæterum haud dubitandum est Romanam Gentem Jovem sub juvenili specie, imberbem, & omni parte nudum, ut custodem, conservatoremque Urbis, & Orbis maximum coluisse; id enim apertissime testantur veteres inscriptiones.

JOVI. CONSERVATORI. ORBIS.

JUPITER. CUSTOS.

Et ab Apulejo [r], & Seneca [s] clarissime discimus apud Romanos Jovem, Urbis custodem potissimum vocatum fuisse; sed mirifice ad rem nostram Nummus Maxentii, (t) in quo Jupiter nudus, imberbis, & galeatus instar Martis, hasta innititur dextera, sinistra vero clypeum tenet, cum epigraphe.

(r) *Apul. de mundo*

(s) *Senec. nat. q.* 11. 45.

(t) *Band. Numis. Imp. tom.* 2. *p.* 154.

JOVI. CONSERVATORI.

Quamobrem, cum Gentes omnes, statim ac Romanorum legibus armorum, & bellicæ virtutis caussa obtemperare coactæ sunt, se se ad Romanæ Reipublicæ speciem componere cum in civilibus rebus, tum in his, quæ ad Religionem pertinebant, maximopere amaverint [u]; mirum non est Taurinam Gentem, quæ illustris Romanorum Colonia facta fuerat, & summis inter cæteras potiebatur honoribus, Jovem O. M. in suæ Civitatis custodiam continuo advocasse, eodemque Religionis, cultusque genere prosecutam esse, quo Quirites Romæ venerabantur. Rei fidem facit locupletissimam Templum Jovi O. M. a Taurinis exstructum, dicatumque; [x] & quamvis haud nobis compertum sit, quanam

(u) *Gell. noct. Att. lib.* 16. *cap.* 13.

(x) *Tes. hist. Aug. Taur.* 4. *Tom.* 1. *p.* 10

stam Civitatis parte conditum esset, utut conjectari tamen possimus, in eminentiori Augustæ Taurinorum solo illud exstitisse credendum est; ad imaginem magnificentissimi illius, quod in superiori Capitolini Montis parte Jupiter O. M. Romæ sacrum habuerat; utque, auctore Vitruvio [y], fieri debebat in honorem magni Deorum, Hominumque Parentis. Hæc de marmoris historia diximus, præstat nunc, ut singula Inscriptionis verba interpretari pergamus.

(y) Vitruv. lib. 4. cap. 8.

J. O. M. i.e. Jovi Optimo Maximo. Ita in omnibus ferme Aris Jovi consecratis. Exploratum est, quam vario cultus, honorisque genere coleretur ab antiquis Divum, Hominumque Sator, quantaque nomina aut a locis, aut a virtute quadam, seu vi, aut potestate, qua pollere credebatur, sortitus fuerit. Dictus siquidem Lycæus, Larissæus, Olympius, Capitolinus, Tarpejus, Βροντᾶιος, seu Tonans.

Cælo Tonantem credidimus Jovem
Regnare [z].

(z) Horat. Carm. lib. 3. od. 5. v. 1.

Paganicus, Propugnator, Victor, quem in nummis sedentem victoriola, & hasta ornatum intuemur, cum epigraphe.

JOVI. VICTORI. (*a*)

[a] Debil numis. aur. Imp. p. 123. n. 9. tab. 46.

Quo quidem titulo usi sunt Imperatores, ut religionem, pietatemque suam significarent in Summos Deos, quia nempe victoriarum gloriam ad eosdem, & ad Jovem præcipue Maxumum Deorum Regem religiosissime referrent; unde Horatius (*b*)

[b] Horat. Carm. lib. 3. od. 6. v. 5.

Djs te minorem quod geris, imperas;
Hinc omne principium, huc refer exitum.

Dictus est quoque Rex, Quietator, Tutator, & Stator Augg. (*c*). Ab urbe Nicephoria Nicephorius; ab Heliopoli Heliopolitanus: [*d*] Tum etiam, ut alia sexcenta

[c] Beg. Th. Brand. tom. 2. p. 776. 777.

[d] Spart. in Æl. Grut. pag. 231. n. 4.

 omit-

omittam, Labradensis, non sceptrum; aut fulmen, sed securim elatam in nummo [e] apud Begerum tenens; Dodonæus, Dolichenius.

[e] Beg. tom. 1. p. 226.

At vero dictus Optimus Maximus, ut nostro hoc in marmore, quia vellet, ac prodesse omnibus posset, ob quam rem Cicero: [f] *Quo circa Te Capitoline (Optimus Maximus siquidem Jupiter Capitolinus adpellabatur) quem propter beneficia Populus Romanus Optimum, propter vim Maximum nominavit.* Et fin. III. *Jovem cum Optimum, & Maximum dicimus, hoc intelligi volumus, salutem hominum in ejus esse tutela.*

[f] Cic. pro domo cap. 57.

M. . . i.e. Marcus; Romanum certe prænomen, quod alicui mense Martio natum primum tributum volunt Sigonius, & Panvinius. Justus tamen Lipsius (g) ex Varrone opinatur esse nomen Oscum, ut Mamers, & Mamercus.

[g] Lips. de nomin. Rom. cap. 1.

MEMMIUS . . . . Memmiam Gentem a Mnestheo oriundam testatur Virgilius (h).

[h] Virg. Æneid. 5. v. 117.

Mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi.

Inter plebejas tamen, quamvis tam longam duceret originem, adcensebatur: (i) de qua re nos certiores faciunt Tribunatus Plebis, quibus functa est Memmiorum familia. Sub Imperatoribus adepta est Consulatum (K). Unius, & alterius Memmii Gruterus [l] meminit, prænomine Marci, quorum primus Legionis VII. felicis miles fuisse legitur. Præclara quoque facta est mentio cujusdam Marci Memmii in antiquissimo marmore apud Donium (m), ubi Marcum hunc inter Magistratus Illyrici Belli tempore numeratum videmus. Frequentissima quoque Memmiorum superat memoria apud Tacitum, (n) Fabretum, (o) Reinesium, [p] necnon apud marmora Arundelliana [q], ubi Cajus Marius Memmius Cohortis X. Præfectus.

[i] Urs. de fam. Rom. ap. Grev. tom. 7. p. 1292.

[K] Ibid.

[l] Grut. pag. 520. n. 5. 696. n. 1.

[m] Don. Insc. ant. cl. v. p. 158. n. 4.

[n] Tac. ann. 14. pag. 235.

[o] Fabret. cap. 1. 3.

[p] Reines. cl. x. 3.

[q] Marm. 135.

GRAA . . . Legendum ne sit Granius, e Graniorum plebeja familia (r), quæque in Tribum Meneniam adcensita erat; an Gratus, vel Gratius, quorum multiplex apud Gru-

[r] Cic. pro Cn. Planc. Ursat. de not. Rom. ap. Grav. tom. XI. p. 605.

te-

terum [s] mentio habetur, aut aliud hujuscemodi? facilius id divinaveris, quam certo statuere possis. Reinesius ubique Granium, vel Galatam legit. Fabretus de quodam Memmio hanc refert Inscriptionem.

(s) *Grut. p. 386. n. 4. 410. n. 5. 730. n. 4, &c.*

AULUS. MEMMIUS. GAA.

Ubi Gaa, cognomen Auli Memmii fuisse opinatur; adeo ut quod prius servile nomen fuerat cuidam Villico, in cognomen alterius liberti transire potuerit. An fortasse lapidarius loco epigraphes GAA, hanc aliam GRAA vitiose expresserit? commune siquidem & Aulo, & Marco Memmio potuit esse cognomen GAA, cum ejusdem omnino familiæ uterque fortasse fuerit: nisi velimus Marci Memmii patriam hic indicari, ut scilicet, aut e Graviscis in Etruria, vel e Gradiscis, aut ex Grannis in Pannonia, aut alio simili loco se oriundum significaret; quod quidem nec tam a veritate alienum foret.

L. Libertus i.e. qui servitutem servierat, & ex illa fuerat manumissus; vel per censum, cum Servus jubente Domino a Censoribus in censum referretur; [t] vel per vindictam, quæ virgula quædam erat, qua capiti servi a Prætore imposita, eundem liberum, potestatemque abeundi, quo vellet, ei concessam esse significabat; id nos docet Persius (u),

(t) *Cic. pro Cæc.*

[u] *Pers. satyr. 6. v. 480.*

. . . . . Licet, ut volo vivere, tolle
Vindicta postquam meus a Prætore recessi.

Et Horatius [x]

(x) *Horat. serm. lib. 2. satyr. 7. v. 75.*

Tu ne mihi Dominus rerum imperiis, hominumque
Tot, tantisque minor, quem ter vindicta, quaterque
Imposita, haud unquam misera formidine privet?

Alios manumittendi modos, Testamento videlicet, vel inter amicos, vel per mensam, vel per epistolam, videsis apud

apud Jurisperitos. Liberti Patronorum prænomen, nomenque plerunque adsumere solebant (z); quin & illorum Gentiles frequentissime adpellari; imo vero, ut plurima nos erudiunt exempla, eodem sæpissime uti nomine usu habebant, quod in servitute retinuerant; ita tamen ut nominibus suis pristinis, pro cognominibus uterentur. (a) Illorum peculiaris ordo servabatur, ut quidam primi, quidam secundi, & tertii dicerentur, quod nempe apud Patronum potiorem locum alteri obtinerent, alteri proximum, aut viliorem; ideo Martialis (b)

(z) V. Pitisc. lex. Ant. Rom. voc. Libertus.

[a] Nieuport. de rit. Rom. c. 5. sect. 6. p. 444.

[b] Mart. lib. 1. 2.

Libertum docti Lucensis quære secundum.

De variis libertorum officiis, & curis ad alia marmora, prout se feret occasio, dicemus.

HERMES a verbo Græco Ερμῆς, quod nuncium significat; idque nominis Mercurio tributum est. Multos reperias Hermetes in Inscriptionibus apud Gruterum [c] Donium [d] Fabretum (e) & passim marmora Felsinea, ubi aut servi, aut liberti plerunque dicuntur. Martialis (f) de nobili quodam Gladiatore meminit lepido admodum epigrammate, quod claudit hisce versibus.

[c] Grut. p. 107. n. 1. 170. n. 7. 486. n. 5. &c.

[d] Don. cl. 7. p. 301. n. 145. 304. n. 137.

[e] Fabr. cap. x. pag. xi. n. 41.

(f) Mart. lib. 5. 25.

Hermes gloria Martis universi.
Hermes omnia solus, & ter unus.

Sed Guichenonius (g) duo tradit antiqua marmora, quæ duplicis Hermetum familiæ memoriam continere videntur. Alterum Segusii, Albæ alterum [florentissimæ Pedemontii Civitates sunt] se vidisse testatur; quod quidem argumento esse potest, ut noster hic Hermes suam ab hisce nostratibus Hermetum familiis originem duxerit; ita ut a Domino post diutinam servitutem manumissus, dulcisque postmodum Patriæ otio restitutus, grati animi, solutique voti pro impetrata libertate memoriam Jovi Optimo Maximo Patriæ Custodi publico hoc monumento consecraverit; quod quidem


(g) Guich. hist. de Savoye.


hæc

hæc in imo Inſcriptionis ſculptæ notæ ſatis aperte ſignificant.
V. S. L. M. ... i.e. Votum ſolvit, libens, merito; juxta antiquam ſcribendi, loquendique Romanorum formulam. Libens merito, non coactus ſcilicet, ſed ſponte, animoque volente, lubenterque grato; nam ſi quis apud Romanos aliquo urgente periculo, aut alia de cauſſa, Votum Diis nuncupaſſet, Deorumque poſtea beneficentia incolumis evaſiſſet, conceptumque votum ſolvendo animum Religione haud liberaſſet, in hunc hominem, veluti ingratum, fraudulentum, & quodammodo ſacrilegum, Romanæ Leges animadvertebant; & quidem eum ſuperaddita mulcta invitum cogebant ad votum perſolvendum, ac voti reus hac ratione damnabatur, & infamis perpetuo cenſebatur.



II.


VIRIBVS
AETERN
TAVROBOLIO
SEMPRONIA
EVTOCIA



II.

EUTOCIA TAUROBOLIATA.

QUum a Sacri Taurobolici historia hujusce marmoris interpretatio potissimum dependeat, nemo non videt id institutum nostrum omnino postulare, ut operosissimi Sacrificii initia, ritus, & finem diligentiori etiam opera persequamur. Itaque Taurobolium dicebatur Sacrificium Taurorum, qui in Sacris Matris Deum immolabantur; unde dictum Taurobolium a Tauris mactandis, & Criobolium ab Arietum immolatione, quæ Attini, seu Attidi Matris Deum amasio fiebat. Rem totam in propatulo collocant hæ apud Pitiscum Inscriptiones (*a*).

[a] *Grut. p. 29. n.* 11.

MATRI. DEUM.
POMP. PHILUMENE.......
TAUROBOLIUM.
FECIT.

* M. D. M. I.
ET. ATTIDI. SANCTO......
TAUROBOLIO. CRIOBOLIOQUE.
PERCEPTO.

Jam vero sub nomine Magnæ Matris Deum, & Attidis Terram, & Solem coluisse veteres clarissime nos docet Macrobius [*b*]; & apud Strabonem [*c*] legimus Matrem Deum Phrygiam, Agestin, Dindymenen, Idæam, Berecynthiam, Mygdoniam, Pessinuntiam, & Cybelen dictam fuisse a locis potissimum, in quibus Diva hæc solemni rituum, & sacrorum

(b) *Macrob. Satur. lib.* 1. *c.* 21.

[c] *Strabo geograph. lib.* 10.

* Magnæ Deorum Matri Ideæ.

rum pompa coleretur: præterea apud Colchos Phasiana adpellata est, & apud Cimmerios Cimmeris. (*d*) Magnæ Matris simulacrum, seu signum e Pessinunte Oppido Galatiæ in Phrygiæ confinibus [*e*] Romam Sybillini Oraculi jussu a Scipione Nasica advectum fuisse A. V. C. DXLVIII. Coss. Pub. Cornelio Scipione, & Publio Licinio Crasso apertissime a Livio intelligimus [*f*]; quanquam Sigonius Magnæ Matris adventum ad A. V. C. DXLIX. rejicere videtur [*g*]. Rem præ cæteris elegantissime narrat Ovidius [*h*].

(d) *Voss. de orig. idol. lib.* 2. *p.* 219.
[e] *Strab. lib.* 10. *p.* 390.
[f] *Liv. lib.* 29.
(g) *Sig. in fastis.*
(h) *Ovid. fast.* 4. *v.* 257.

Carminis Euboici fatalia verba Sacerdos
Inspicit, inspectum tale fuisse ferunt.
Mater abest, Matrem jubeo Romane requiras,
Cum veniet, casta est accipienda manu.
Obscuræ sortis Patres ambagibus errant,
Quæque Parens absit, quove petenda loco?
Consulitur Pæan; Divumque arcessite Matrem,
Inquit, in Idæo est invenienda jugo.
Mittuntur proceres &c.

Magnæ itaque Matri Deum Ædes continuo Romæ decreta [*i*], quam postea Cæcilius Metellus, & Augustus stipe collecta instauravere (*K*). Cum vero ad pridie id. Aprilis Sacri Simulacri asportatio inciderit, hinc dies ille Romanis festus fuit (*l*); & Dionysius Halicarnasseus statutum aut lege, aut S. C. tradit [*m*], ut Prætores quot annis Matri Magnæ operarentur, ludosque, qui Megalesia dicti sunt, publice celebrarent; ob quam rem lecti Sacerdotes, qui Vir Phrygius, & Mulier Phrygia essent: Galli postmodum appellati, aut a Gallo quodam, qui primus fuerit Cybelis Sacerdos, aut a Gallo Phrygiæ flumine, cujus aquæ bibentibus adeo furorem injiciebant, ut se ipsos sponte castrarent; his tamen præerat Sacrorum Princeps Archigalli nomine insignis, cujus mentionem faciunt non uno in loco Gruteriani lapides [*n*]. At non modo eviratos, sed & viros, fœminasque in Sacerdotes maxumos ad Sacra faciunda temporum progressu lectos fuisse, præter memoratos apud Gruterum lapides,

(i) *Ovid. fast.* 4. *v.* 345.
[K] *Sveton. in Aug.*
(l) *Liv. cit. lib.* 29.
(m) *Dion. lib.* 2. *Ant. p.* 91.
[n] *Grut. pag.* 30. 2. *p.* 31. 4.

des, nos quoque docent Historicorum, Poetarumque testimonia (o). Peculiari rituum apparatu festum Magnæ Matris, quod in veteri Calendario apud Hervartum, & Lambeccium signatur his verbis, *Arbor intrat*, celebrabatur; stato siquidem tempore Magnæ Deæ simulacrum hi Sacrorum Antistites variis induti vestibus, ac de pectore imagines gestantes [p] per Urbem circumferebant; hymnos ad tibiæ, tympanorumque sonitum concinentes: Ovidius [q]

[o] *V. Montfauc. Ant. Tom. 2. part.* 1.
[p] *Vend. loc. cit. pag.* 172.
[q] *Ovid. fast.* 4. *v.* 183.

Ibunt Semimares, & inania tympana tundent,
Æraque tinnitus ære repulsa dabunt.
Ipsa sedens molli comitum cervice feretur &c.

Et Juvenalis [r]

[r] *Juv. sat.* 6. *v.* 511.

..... *Matrisque Deum chorus intrat, & ingens*
Semivir ....
Jam pridem, cui rauca cohors, cui tympana cedunt
Plebeja, & phrygia vestitur bucca tiara.

Præibat tamen, qui Pinum radicitus excisam, velleribusque lanarum circumvolutam, & violaceis coronis redimitam in Attidis memoriam gestaret (s). Et quidem a deferenda arbore nomen sumsit Dendrophororum Collegium; & Dendrophori Matris Deum memorantur in Saxo Romano apud Reinesium, [t] & in Lugdunensi apud Montfauconium (u). Ea autem Pinus prid. non. Aprilis ex luco Pineo Cybeli Sacro cædebatur; de quo sic Dea ipsa (x).

[s] *Arnob. lib.* 5. *in col. PP.*
[t] *Rein. Inscr. cl.* 1. 40.
(u) *Montf. Tom. V. part.* 1. *pag.* 170.
[x] *Virg. Æn.* 9. *v.* 85.

Pinea Silva mihi multos dilecta per annos
Lucus in arce fuit summa.

Præterea v. Cal. Aprilis (y) Matris Deum signum, Carmentum, & Leones, quibus vehebatur Almonis aqua abluebant, uti disertissime testantur Vibius Sequester, & Ovidius [z].

[y] *Amm. Marcell. lib.* 23.
[z] *Vib. Seq. de flum. pag.* 14. *Ovid. Fast.* 4. *v.* 335.

Est locus in Tiberim, qua lubricus influit Almo,
Et nomen magno perdit ab amne minor.
Illuc purpurea canus cum veste Sacerdos
Almonis dominam, sacraque lavit aquis.

Fu-

Furentium more, cum hi Sacra facerent, capita rotabant; unde Lucanus [a]

[a] *Luc. bel. civ. lib. 1. v. 567.*

. . . . Crinemque rotantes
Sanguinei populis ulularunt tristia Galli.

Crebris etiam flagrorum ictibus in se ipsos crudeliter sæviebant, suaque cultris, & ferro ancipiti brachia, lacertosque misere dissecabant, aut ut adstantium animos commoverent, majoremque stipem Matri Deum colligerent, aut quia Deum humano sanguine placatum iri ineptissime credebant. De Mithra vero, Corona, Inauribus, Monili, Orbiculo, cæterisque insignibus, quibus Sacrificii die Archigallus utebatur, multus est Georgius Dominicus (*b*), apud quem hujusce Sacerdotis imaginem videre est papaveris semen, & oleæ ramum lustrationibus destinatum (*c*) gerentis manu dextera,

(b) *Georg. Dom. Interp. vet. mon. in agro Lavinio.*
(c) *Virg. Æn. 6. v. 230.*

. . . . Et ramo felicis olivæ:
Lustravitque viros.

Sinistra vero canistrum variis fructibus oppletum, inter quos nucleus pinus: singula profecto Matri Deum donaria, utpote frugum omnium parenti.

Sed quæ victima cædebatur? Ovidio teste (*d*) juvenca Matri Deum Romam advenienti immolata fuit; postquam enim a Claudia Vestali Maxima navim, cum Deæ simulacro, immobilem ad limosum vadum hærentem nullo conatu, ut pudicitiam suam probaret, tractam fuisse Poeta retulit, hæc canit.

[d] *Ovid. fast. 4. v. 325.*

Ante coronata puppi sine labe juvencam
Mactarunt operum, conjugiique rudem.

In cujus quidem Sacrificii memoriam bovis caput excusum est in nummo (*e*) Scipionis Nasicæ, qui totius Romæ consensu optimus judicatus est, ut venientem Matrem Idæam exciperet. Sed illud quoque extra omnis dubitationis aleam est

(e) *Matt. Ægypt. loc. sup. cit. pag. 79.*

est Taurum, & Arietem posteriori ævo Matri Deorum immolatum fuisse. Taurobolium enim, quod Magnæ Matri sacrum est, a Tauro mactando, ut ab initio vidimus, & Criobolium ab Arietum immolatione dictum.

Non tam facile negotium vero sit detegere, quis nempe primus Taurobolici Sacri auctor exstiterit, & quanam ætate Romæ usu esse cœperit? Gorius quidem Etruscarum Antiquitatum vindex acerrimus facillime credit [f] Taurobolium ab Etruscorum Sacris antiquissimum ortum accepisse suum, ea præsertim de caussa, quod magnam cum Mithriacis, quæ in Etruria orta sunt, adfinitatem habuerit. Verum etiam si Gorio nos ultro, lubenterque concedamus Taurobolium valde, multumque adfine fuisse Sacris Dei Mithræ; illud tamen haud certo consequitur, ut Taurobolii initia ad tam vetustam ætatem revocanda videantur. Nulla enim de Taurobolio mentio fit apud antiqua illa Etruscorum marmora; neque apud Scriptores illos, qui de Mithriacis Sacris tantopere locuti sunt; quam quidem omni procul dubio fecissent, si tunc temporis Taurobolium aut factum fuisset, aut cum Mithriacis confunderetur. Illud fortasse conjectari liceret, Romanos videlicet ad Mithriaci Sacri normam suum, sed longa post ætate, Taurobolii Sacrificium effinxisse. Quanquam superstitiosum hoc, & inane Sacrum in Christianæ Religionis, ac præcipue in Sacrosancti Baptismatis contemtum ab Ethnicis institutum, perceptumque crederemus. Cæterum de Taurobolio nulla apud prisci ævi Scriptores memoria exstat; si unum demas Firmicum Maternum, qui in libro profanarum Religionum hæc scribit (g): *Neminem apud Idola profusus sanguis juverit, & ne cruor pecudum miseros homines aut decipiat, aut perdat, polluit sanguis iste, non redimit, & per varios casus homines premit ad mortem. Miseri sunt, qui profusione sacrilegi sanguinis cruentantur. Taurobolium, vel Criobolium scelerata te sanguinis labe perfundit.* Quamobrem cum Antiquitatis Scientia, aut ex ipsius antiquitatis ruderibus, aut ex optimorum Scriptorum testimonio repetenda sit; cumque neque literata marmora,

[f] *Gor. Mus. Etr. Tom. 2. cl. 3. p. 349.*

[g] *Firm. cap. 28. Bibl. PP. Tom. 4. p. 175.*

 neque

neque ullus ante Christum natum Scriptor Taurobolii Sacra peracta, susceptaque fuisse nos doceat; idcirco Taurobolium non nisi a Christo nato suam, & quidem Romæ habuisse originem constantissime adfirmant Reinesius, & Vandale (*h*). Nos profecto tantorum hominum opinionem, quam probare videtur Montfauconius [*i*], ultro, lubenterque amplectimur; etsi in eo corrigendi omnino sint, quod prima Taurobolii initia ad M. Aurelii Antonini tempora rejicere haud dubitaverint; eo ducti argumento, hanc scilicet, quam illius ætatis ponimus Inscriptionem, ex vetustis lapidibus primam esse, & antiquiorem, quæ Taurobolii facti memoriam nobis exhibeat.

(h) Loc. sup. cit.

(i) Monf. Ant. Tom. 2. part. 1. pag. 170.

* SACR. M. M.

AUF. PRIMA. TAUROPOLI. FECIT.

HOST. SUIS. SACERDOT.

SMINTHIO. PROCULIAN. ET. PACIO

AGRIPPÆ. POLLIONE II.

ET. APRO II. COSS: XV. KAL. NOVĒ.

Ex Consulibus, qui ibi commemorantur lapidem hunc ad annum XV. Imp. M. Aurelii, & ad annum Ch. CLXXVI. positum fuisse clarissime ex Tillemontio patet [*K*]. Verum enim vero, cum in dies nova antiquitatis monumenta toto pene terrarum Orbe eruantur, prout summa est in his investigandis literatorum industria; elegantissimum propterea, integrumque Saxum nuper edidit Cl. Montfauconius (*l*), quod Lugduni in Monte, qui dicitur FOURVIERES, olim Forum Vetus, aut Veneris, anno MDCCV. repertum fuisse narrat. Porro ex epigrammate, quod in invento Saxo insculptum legitur, & ex Coss. quorum ibidem mentio habetur, Taurobolium Antonini Pii summa rerum potientis anno XXII., & Christi CLX. celebratum fuisse, manifestissime evincitur (*m*).

(K) Till. vie des emp. Tom. 2. p. 387.

(l) Monf. Tom. 7. part. 1. p. 7.

(m) Till. loc. cit. pag. 322.

* TAU-

* Magnæ Matri.

TAUROBOLIO. MATRIS. * D. M. I. D.
QUOD. FACTUM. EST. EX. IMPERIO.
MATRIS. IDEÆ. DEUM.
PRO. SALUTE. IMPERATORIS. CÆSARIS.
T. ÆLII.
HADRIANI. ANTONII. AUG. PII. ** P. P.
LIBERORUMQUE. EJUS.
ET. STATUS. COLONIÆ. LUGDUNENSIS.
L. ÆMILIUS. CARPUS. IIIIII. VIR. AUG.
ITEM. DENDROPHORUS.
VIRES. EXCEPIT. ET. A. VATICANO.
TRANSTULIT. *** ARA. ET. BUCRANIUM.
SUO. IMPENDIO. CONSECRAVIT.
SACERDOTE.
Q. SAMIO. SECUNDO. AB. XV. VIRIS.
OCCABO. ET. CORONA. EXORNATO.
CUI. SANCTISSIMUS. ORDO. LUGDUNENSIS.
PERPETUITATEM. SACERDOTII. DECREVIT.
APP. ANCO. ATIL. BRADUA.
T. CLOD. VIBIO. VARO. COS.
**** L. D. D. D.

* Deum. Magnæ. Ideæ. Diæ.
** Patri Patriæ.
*** Legimus Aram.
**** Locus. Datus. Decreto. Decurionum.

Profecto nemo non videt Reinesii, & Vandalis in statuendis Sacri Taurobolici initiis opinionem, & probationes omni ex parte funditusque corruere ex novo hoc Lugdunensi marmore, quod eruditissimis commentariis gallico idiomate illustravit D. de Boze, Regiæ Parisiensis Academiæ socius [n]. At non hi certe nos sumus, qui propterea Sacri Magnæ Matris Deum initia ad Imp. Antonini Pii annos aperta fronte, confidenterque rejicere velimus. Ut enim res periculi, & audaciæ plenissima esset, illud in primis oporteret certissimis nos docere argumentis, neminem olim Taurobolicis misteriis initiari consuevisse, quin monumentum erigeret, qui dementiæ suæ, ac ridiculæ omnino Religionis testis foret locupletissimus, quod quidem id efficere nemo, tamque tuto polliceri valeat. Fortasse nulla alia superat antiquior in literatis saxis de Taurobolio memoria: sed quot adhuc eruendi lapides latent? Quot misere in calcariis fornacibus consumti? Quot in ædibus substruendis, fulciendisque adeo contriti, aut a cæmentariis ita aptati, ut nulla prorsus superfit legendi spes? Quæ cum ita sint certam Taurobolii ætatem post Christum natum finire haud facile est; nisi in hanc rem aut alicujus codicis etiamnum latentis ope, aut aliorum marmorum excavatione novum quoddam lumen accesserit.

[n] *Inscript., e bell. lettr. Tom. 2. pag. 475.*

Nunc de ritibus loquamur, quibus Taurobolii Sacrum tunc temporis celebrabatur; ita tamen ut ipsissimis Salmasii verbis eosdem hic describere pergamus. [o] *Itaque qui Taurobolium accipiebat, & consecrandus erat, in Scrobem profundam, terra egesta, ad hoc ipsum factam immittebatur: deinde Scrobs illa plancis, vel tabulis, quæ multis locis erant foraminatæ, consternebatur, super quem pontilem stratum multis pertusum locis Taurus auratis cornibus mactabatur, ut sanguis per foramina in Scrobem desflueret, quem capite, naribus, oculis, auribus, & toto denique corpore excipiebat Sacerdos in ea caverna defossus, & Tauri sanguine se abluebat.* Salmasio concinit Kippingius [p], sed præ cæteris hujusce Sacrificii ritus, & morem susissimo carmine describit Poeta Prudentius (q).

[o] *Salm. in Ael. Lampr. in Ant. Stel. p. 456. n. 6.*

[p] *Kipp. lib. 1. Ant. cap. 15.*

[q] *Prud. Hymn. in Rom. Corp. Poet. p. 1996.*

Sum-

Summus Sacerdos nempe sub terram Scrobe
Acta in profundum consecrandus mergitur,
Mire infulatus, festa vittis tempora
Nectens, corona tum repexus aurea,
*Cinctu Gabino russeam * fultus togam.*

Tabulis superne strata texunt pulpita
Rimosa rari pegmatis compagibus:
Scindunt subinde, vel terebrant aream,
Crebroque lignum perforant acumine,
Pateat minutis ut frequens hiatibus.

Huc Taurus ingens fronte torva, & hispida
Sertis revinctus, aut per armos floreis,
Aut impeditus cornibus deducitur:
Nec non ex auro frons coruscat hostiæ,
Setasque fulgor bractealis inficit.

Heic ut statuta est immolanda bellua
Pectus sacrato dividunt venabulo,
Eructat amplum vulnus undam sanguinis
Ferventis, inque texta pontis subditi
Fundit vaporum flumen, & late æstuat.

Tum per frequentes mille rimarum vias
Illapsus imber tabidum rorem pluit:
Defossus intus quem Sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe subjectans caput,
Et Veste, & omni putrefactus corpore.

Quin os supinat, obvias offert genas,
Supponit aureis, labra, nareis objicit,
Oculos & ipsos perluit liquoribus:
Nec jam palato parcit, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.

 Post-

* Purpuream vestem,

Postquam cadaver sanguine egesto rigens
Compage ab illa flamines retraxerint,
Procedit inde Pontifex, visu horridus,
Ostentat udum verticem, barbam gravem,
Vittas madenteis, atque amictus ebrios.

Hunc inquinatum talibus contagiis
Tabo recentis sordidum piaculi
Omnes salutant, atque adorant eminus,
Vilis quod illum sanguis, & hos mortuus
Fœdis latentem sub cavernis laverit.

[r] *Bar. ad an. Ch.* 361. *Buleng. d. Imp. lib.* 2.

[s] *Vand. loc. sup. cit. p.* 35.

Hactenus Prudentius, cujus Carmina Baronius (*r*), & Bulengerius de Taurobolica Consecratione Pontificis Maxumi, adeoque & de Cæsaribus sive post acceptum, aut arreptum Imperium, Matris Deum mysteriis eo more initiandis intelligenda esse perperam existimarunt (*s*). Verum ut ad Taurobolii ritus, & Sacra, unde paullulum digressi sumus, continuo revertamur: hæc verba *Vires excepit*, quæ passim in antiquis marmoribus occurrunt, id nobis apertissime significare videntur, ut non solum Sacerdos, sed & consecrandus defluentem Tauri sanguinem non modo ore, naribus &c., sed & vestibus sollicite, avideque exciperet; has enim vestes lutulentas licet, & horridulas, fœdissimasque publice gestare gloriabantur, ut satis clare liquet ex hisce carminibus a Salmasio primum in Historiam Augustam editis.

Quis tibi Taurobolus vestem mutare suasit,
Inflatus dives, subito mendicus ut esses
Obsitus & pannis, modicis tepefactum.....
Sub terra missus, pollutus sanguine Tauri,
Sordibus infectas vestes servare cruentas,
Vivere cum speras viginti mundus in annos?

Quin imo, cum id usu esset, ut homines vestimenta, quibus induti erant, dum alicujus Dei mysteriis initiarentur, huic dedi-

dedicata suspenderent (t), non levis suspicandi occasio se offert, ut etiam hi, qui Taurobolicis Sacris initiati fuerant, Matri Deum vestes, quas inter Sacra adhibuerant, publice consecrarent.

[t] Schol. Aristoph.

At quorsum hæc, & cui bono tam operosa, & fastidiosissima Sacra? Profecto hi, qui Taurobolium tanto labore, tantoque rerum apparatu faciebant, necessum omnino fuit, ut in magnam quandam duraturæ felicitatis spem erigerentur. Atqui eo devenerat Ethnicorum vesana superstitio, & impietas, ut, si mysteriis Taurobolicis initiarentur, novam veluti vitam, sive mysticam regenerationem se idcirco consequi posse existimarent. Hocce enim consecrationis genus tanti valere, tantumque posse credebant, ut per eam, si pro semetipsis susciperent, in æternum se renasci constantissime tenerent. [u] Hinc Sextus Agesilaus Ædesius Taurobolio accepto dicitur [x].

[u] Salm. in Æl. Lampr. loc. cit.

[x] Ap. Grut. p. 28. n. 2.

IN. ÆTERNUM. RENATUS.

Ex his, quæ ultimo loco diximus, quam late pateat marmoris nostri interpretatio, quisque statim intelligit. Ara enim hæc a Sempronia Eutocia posita videtur, ut quam Taurobolio accipiendo regenerationem consecuta fuerat, publice, & æternum testaretur; sicuti Agesilaum in æternum Taurobolio renatum suæ felicitatis monumentum posteritati consecrasse vidimus. Inde nulli dubitamus legendum esse VIRIBUS ÆTERNIS, quibus nempe ob Taurobolium perceptum Sempronia fuerit renata; aut si velis VIRIBUS, subintelligendo EXCEPTIS. Passim enim locutiones hæ in antiquis marmoribus occurrunt; & quanquam haud improbaremus alteram eruditissimi Muratorii lectionem, ÆTERNI, [y] idest subintelligendo ÆVI; quia tamen locutio hæc nova omnino videtur, & parum antiquorum marmorum usu confirmata; nostram ideo verisimiliorem, melioremque conjectamus. Neque quis in hac re nobis immerito succenseat; APOCOPE enim. S. cur lapidarii ignorantiæ, aut nimiæ

(y) Mur. Thes. Insc. Tom. 1. p. 130. n. 7.

 festi-

festinationi minime tribuenda? An fortasse, uti opportune notat Vandale (z), lapides hi sculpti semper, aut dedicati sunt ab hominibus, qui grammaticam, & orthographiam perfectissime callerent? Adde etiam id contingere potuisse, quod ob miram saxi angustiam toti cælandæ inscriptioni haud quaquam locus adesset. Litera N. jam conflata cum litera I. Sed ut de Tauri viribus data occasione quæpiam dicamus; alii Tauri vires in sanguine collocant; alii in cornibus (advertit CL. Muratorius in nostrum lapidem); alii vero in testiculis. Ita profecto disputant hi, qui triplex virium genus in Tauro distinguunt; ut nempe aut conditæ, aut sacratæ, vel exceptæ hæ dicerentur. Verum ex his, quæ superius observavimus, de viribus Tauri, quas Sempronia exceperat, Marmor nostrum omnino intelligendum esse videtur. Quod si de solis viribus consecratis, aut conditis sermo fuerit, Salmasius [a], cui suum addunt calculum Matthæus Ægyptius, Montfauconius [b], aliique de Antiquitate optime meriti Viri, putat de cornibus Tauri esse intelligendum; *Taurobolio siquidem facto*, inquit, *cornua Tauri, quo fecerant, consecrabant, & dedicabant. Hinc hoc pacto legenda ea apud Gruterum Inscriptio* (c).

[z] Vand. loc. sup. cit. p. 43.

[a] Salm. loc. sup. cit. p. 466.

[b] Matt. Ægypt. loc. cit. pag. 88. Monf. loc. cit. pag. 175.

[c] Grut. p. 30. n. 5.

SEVERUS. JULII. F. L.
VIRES. TAURI. QUO. PROPR. PER.
TAUROBOL. PUB. FACT. FECERAT.
CONSECRAVIT.

Idest Vires Tauri, quo proprie per Taurobolium publice factum, fecerat, consecravit; nempe Tauri cornua; nam Tauri Vires in cornibus. Hæc Salmasius, cui concinit Anacreon, inquiens Φύσις κέρατα ταυροῖς. Sed ut optime nos monet Montfauconius, ut certam hac de re sententiam quis pronunciare queat, exspectandum omnino est, ut Saxum aliquod adhuc fortasse sepultum emergat, quo deficiente, quidquam secure statuere haud possumus. Ve-





Verum cum de Taurobolii origine, ritibus, Sacerdotibus, & Scopo plurima dixerimus, res neque inutilis, neque injucunda foret, ſi nonnulla de Inſtrumentis, quibus ad Sacrificium faciundum utebantur, hoc loco adderemus. Etiamſi igitur ad noſtri marmoris latera guttus duntaxat, & Patera videatur; attamen ex Hiſtoricorum, Poetarumque teſtimoniis multo plurima uſu fuiſſe diſcimus; atque ut longius in hac re, quam par ſit, lectores noſtros haud detineamus, Taurobolici Sacri Typum elegantiſſimum ab Illuſtri Pariſienſi Academico de Boze a relatis, uti opinamur, Prudentii carminibus expreſſum, hic ære cælatum apponi curavimus; paucis inde verbis, obiterque deſcripturi. Magnus itaque in medio, horriduſque terra egeſta ſpecus, ad morem fortaſſe Mithriaci Spelæi (*d*) factus, cernitur, inquo Taurobolio conſecrandus ſtat, guttaſque Taurini ſanguinis decidentes toto corpore excipit, ac veluti avidiſſime combibere videtur: deſuper duo Sacerdotes; alter qui Tauri cornu manu fortiter apprehenſum tenet, impeditque; alter vero Taurum corollis, & ſtola ornatum ſacro ferit gladio. Circumſtant undique Tibicines, & qui ſiſtro ludant, & fiſtulis; multique viſuntur Sacrorum Miniſtri, qui Pini frondes, lances, lituos, faces, aliaque inſtrumenta ad cochlearis formam præſeferunt. Fanum Matris Deum eminus conſpicitur, quæ inter duos Leones corona turrita ornata ſedet, quæque dextera manu tympanum, ſiniſtra vero ramum oleæ gerit, uti in nummis non raro repræſentatur [*e*]. In angulo, qui propius attingit ſpecum, Aries itidem ſtola inſignitus a Miniſtro ducitur, ut Criobolium Attidi deſignet; in altera parte magna ſpectatorum turba adeſt, felicitatem conſecrato adprecatura; unde Prudentius,

[d] *Mithriaci Spelæi Imaginem V. in diſſert. de orig. Taurob. apud Vand.*

[e] *Spanh. de uſu, & præſt. num. exer. 8.*

Omnes ſalutant, atque adorant eminus.

Antequam vero commentationi noſtræ finem faciamus, duo hoc loco adhuc dicenda exiſtimamus, Taurobolicum videlicet Sacrum nonniſi poſt XX. annos, ab illo, qui perceperat,

perat, iterari potuisse, cum hi, qui hoc Sacrificio piati fuissent, in annum vicesimum puri, mundique permanere crederentur.

Vivere cum speras viginti mundus in annos.

Alterum vero est, Ducholium nempe, Carolum Stephanum, Vossium, Gutherium, aliosque male sibi, reique veritati consuluisse, cum non solum Magnæ Matris Deum, sed Dianæ quoque Taurobolium factum, dicatumque fuisse scripserunt; a nomine Ταυροβόλος, quod Dianæ tributum est, ut videtur, Summi illi cæteroquin Viri decepti. Ita enim dictam esse haud dubitandum; vel quia in Insula Samo illi dicatum esset Templum, quod Taurobolium nuncupabatur, aut quia a Taurica Gente summo honore, cultuque haberetur; vel quod armentis præfuerit, quorum Taurus Princeps; aut quia tandem, cum eadem ac Luna sit, a Tauris trahi Poëtæ effinxerint. Rem hanc optime novit eruditissimus Begerus, qui Dianæ Amarinthiæ Numisma explicans (*f*), etiamsi in aversa parte Taurus vittis insignis conspiciatur, illud tamen ad Dianæ Taurobolium nullo modo referri posse docet, cum Laurea, quæ Apollinis insigne est, cum Tauro conjuncta a nummo exhibeatur; unde ut in adversa Dianæ, sic & in aversa Parte Apollinis honores distinguit; præsertim cum & Apollini Boves immolavisse veteres compertum sit. Sed illud postremo loco indigitasse etiam haud supervacaneum sit, Taurobolica nimirum Sacrificia, quæ extra urbem in circo Flaminio [*g*] celebrabantur, quæque annorum progressu in Italia, Hispania, & in Galliis præcipue, usu venere, non modo privatos homines fecisse, sed & Viros Illustres, & Civitatum ordines; neque solum pro se ipsis, sed & pro bono publico, & pro Augg. salute; non raro hostiis propriis, quandoque etiam impensa publica, uti testantur plurimæ Gruterianæ Inscriptiones [*h*], ac potissimum illa Lugdunensis Coloniæ. De hujus Sacri autem duratione haud multa verba facimus. Taurobolii abrogationem ad Honorii,

(f) Beg. Thes. Brand. Tom. I. p. 430.

[g] Kipp. Ant. lib. I. cap. 15.

(h) Grut. p. 26. n. 4. 28. n. 5. 29. n. 12.

norii, Arcadii, & Theodoſii junioris imperium rejiciunt lapidum auctoritate inſtructi Montfauconius, & Vandale, (loc. ſup. cit.) cum tunc temporis totius Æthnicæ Religionis ſuperſtitio, & impietas, ob miram Evangelii propagationem, ſuum vergeret ad interitum. Attamen nil certo adfirmare quempiam poſſe dixerimus, niſi & novum Saxum, ſicuti originem, ita & finem Taurobolici Sacrificii nos invictiſſime doceret.

SEMPRONIA. EUTOCIA. Si a Lapidario additum fuiſſet prænomen, fortaſſe haud tam difficilis res foret finire, an fœmina hæc ab inclyta illa Semproniorum familia prognata fuerit, quæ Patritia ab initio, Plebeja poſtmodum fuit, ſed ut optime adverſus Sigonium diſputat Joſeph Caſtalio [*i*], haud in uſu fuit ultimis Romani Imperii temporibus prænomina mulieribus tribuere; mulieres quippe gentilicio ſolummodo utebantur nomine, adjecto cognomine, vel a numero, ut Claudia prima, ſecunda &c, vel ab ætate, ut Antonia minor; vel aliunde, ut Druſilla, Domitilla &c. (*K*) ita nempe, ut a cognominibus fœminæ, ſicuti Mares a prænominibus diſtinguerentur. In marmore ſepulcrali, quod Guichenonius Albæ ſe vidiſſe teſtatur [*l*], memoria ſuperat cujuſdam alterius Semproniæ Sabinæ, quæ Cinci Semproniani Equitis Romani Mater dicitur; inde conjectandi locus, multiplicem Semproniorum familiam in Pedemontio ea ætate exſtitiſſe; aut quia domicilium ſuum Roma in hanc florentiſſimam Regionem tranſtuliſſent, aut quia aliquo publico munere tunc temporis hic perfungerentur. Cæterum Sempronia dicta fortaſſis Eutocia, quaſi *Infantaria*, ut ait Martialis, a nomine græco, & quidem muliebri Εὐτοχία, quod Græcis ſonat pariendi facilitatem, ſeu fœcunditatem; non abſimili modo, quo in Marmoribus Piſaurenſibus Sempronia altera dicitur Flora, & Pietas. (*m*)

[i] *Caſtal. ap. Grev. Rom. ant. Tom. 2. pag.* 1258.

(K) *Ant. Aug. dialog. x.*

(l) *Guich. hiſt. de Savoye.*

[m] *Marmor.* 81.

III.

perat, iterari potuisse, cum hi, qui hoc Sacrificio piati fuissent, in annum vicesimum puri, mundique permanere crederentur.

Vivere cum speras viginti mundus in annos.

Alterum vero est, Ducholium nempe, Carolum Stephanum, Vossium, Gutherium, aliosque male sibi, reique veritati consuluisse, cum non solum Magnæ Matris Deum, sed Dianæ quoque Taurobolium factum, dicatumque fuisse scripserunt; a nomine Ταυρόβολος, quod Dianæ tributum est, ut videtur, Summi illi cæteroquin Viri decepti. Ita enim dictam esse haud dubitandum; vel quia in Insula Samo illi dicatum esset Templum, quod Taurobolium nuncupabatur, aut quia a Taurica Gente summo honore, cultuque haberetur; vel quod armentis præfuerit, quorum Taurus Princeps; aut quia tandem, cum eadem ac Luna sit, a Tauris trahi Poëtæ effinxerint. Rem hanc optime novit eruditissimus Begerus, qui Dianæ Amarinthiæ Numisma explicans (*f*), etiamsi in aversa parte Taurus vittis insignis conspiciatur, illud tamen ad Dianæ Taurobolium nullo modo referri posse docet, cum Laurea, quæ Apollinis insigne est, cum Tauro conjuncta a nummo exhibeatur; unde ut in adversa Dianæ, sic & in aversa Parte Apollinis honores distinguit; præsertim cum & Apollini Boves immolavisse veteres compertum sit. Sed illud postremo loco indigitasse etiam haud supervacaneum sit, Taurobolica nimirum Sacrificia, quæ extra urbem in circo Flaminio [*g*] celebrabantur, quæque annorum progressu in Italia, Hispania, & in Galliis præcipue, usu venere, non modo privatos homines fecisse, sed & Viros Illustres, & Civitatum ordines; neque solum pro se ipsis, sed & pro bono publico, & pro Augg. salute; non raro hostiis propriis, quandoque etiam impensa publica, uti testantur plurimæ Gruterianæ Inscriptiones [*h*], ac potissimum illa Lugdunensis Coloniæ. De hujus Sacri autem duratione haud multa verba facimus. Taurobolii abrogationem ad Honorii,

(f) *Beg. Thes. Brand. Tom.* 1. *p.* 430.

[g] *Kipp. Ant. lib.* 1. *cap.* 15.

(h) *Grut. p.* 26. *n.* 4. 28. *n.* 5. 29. *n.* 12.

norii, Arcadii, & Theodosii junioris imperium rejiciunt lapidum auctoritate instructi Montfauconius, & Vandale, (loc. sup. cit.) cum nunc temporis totius Æthnicæ Religionis superstitio, & impietas, ob miram Evangelii propagationem, suum vergeret ad interitum. Attamen nil certo adfirmare quempiam posse dixerimus, nisi & novum Saxum, sicuti originem, ita & finem Taurobolici Sacrificii nos invictissime doceret.

SEMPRONIA. EUTOCIA. Si a Lapidario additum fuisset prænomen, fortasse haud tam difficilis res foret finire, an fœmina hæc ab inclyta illa Semproniorum familia prognata fuerit, quæ Patritia ab initio, Plebeja postmodum fuit, sed ut optime adversus Sigonium disputat Joseph Castalio [*i*], haud in usu fuit ultimis Romani Imperii temporibus prænomina mulieribus tribuere; mulieres quippe gentilicio solummodo utebantur nomine, adjecto cognomine, vel a numero, ut Claudia prima, secunda &c, vel ab ætate, ut Antonia minor; vel aliunde, ut Drusilla, Domitilla &c. (*K*) ita nempe, ut a cognominibus fœminæ, sicuti Mares a prænominibus distinguerentur. In marmore sepulcrali, quod Guichenonius Albæ se vidisse testatur [*l*], memoria superat cujusdam alterius Semproniæ Sabinæ, quæ Cinci Semproniani Equitis Romani Mater dicitur; inde conjectandi locus, multiplicem Semproniorum familiam in Pedemontio ea ætate exstitisse; aut quia domicilium suum Roma in hanc florentissimam Regionem transtulissent, aut quia aliquo publico munere tunc temporis hic perfungerentur. Cæterum Sempronia dicta fortassis Eutocia, quasi *Infantaria*, ut ait Martialis, a nomine græco, & quidem muliebri Εὐτοκία, quod Græcis sonat pariendi facilitatem, seu fœcunditatem; non absimili modo, quo in Marmoribus Pisaurensibus Sempronia altera dicitur Flora, & Pietas. (*m*)

[i] *Castal. ap. Grev. Rom. ant. Tom.* 2. *pag.* 1258.

(K) *Ant. Aug. dialog. x.*

(l) *Guich. hist. de Savoye.*

[m] *Marmor.* 81.

III.



III.

PRIMA BACCHANTIUM TABULA.

PRiusquam ea singula, quæ in hoc, aliisque hujusce generis marmoribus conspiciuntur, persequamur, pauca de Bacchanalium origine, variisque Bacchi festis præfanda sunt, quæ facis præeuntis instar pone disputanda reddant lucidiora. Omnis igitur Bacchi cultus ab Ægyptiis profectus primum ad Græcos, deinde in cæteras etiam orbis terrarum partes gradum fecit; at in Italiam quis illum invexerit, latet. Quanquam enim Matthæus Ægyptius (*a*) Bacchi sacra a Thyrrenis Italiæ populis primum fuisse suscepta in Liviani Senatusconsulti de Bacchanalibus explicatione opinetur, incertum est, an locus Clementis Alexandrini ab eo allatus de Thyrrenis Italicis, an de Thyrrenis potius insulas Ægæi Maris Thraciæ finitimas incolentibus sit intelligendus. Verum (*b*) ad Ægyptios redeamus. Qui Græcis Διονύσος, & Latinis Liber, Ægyptiis Osiris fuit, illiusque cultum Græci immutato nomine transtulerunt in Græciam, & antiquissimam de gestis, obituque illius fabulosam Historiam novis commentis penitus corruperunt. Quæcunque enim diversa ab Ægyptiis de suo Dionysio narrant Græci, ea vel Orpheus, vel aliquis alius antiquus Poeta commentus est (*c*). Orpheum quidem Lactantius Orgiorum Bacchi auctorem facit hisce verbis. (*Sacra Liberi Patris primus Orpheus duxit in Græciam, primusque celebravit in Monte Bœotiæ Thebis, ubi Liber natus est proximo. Qui cum frequenter citharæ cantu personaret, Citheron appellatus est. Ea Sacra etiamnum Orphica nominantur, in quibus postea dilaceratus, & carptus est*]. Eundem Diodorum, ait, quum ad Ægyptios transisset, eorumque cum Sacra omnia, tum Bacchi, seu Osiridis etiam mysteria percepisset, in Græciam reversum Thebanorum gratia,

[a] *In S. C. de Bacchanalibus.*

[b] *In præteroptico.*

(c) *Lact. lib.* I. *de falf. rel. Diod. Sicul. Bibl. Gr. lib.* XII.

gratia, quibus cum arctissima devinctus erat amicitia, suis in Poematibus cecinisse Bacchum ex Jove, & Semele Cadmi uxore Thebis in Bœotia natum fuisse: hoc vero commentum ille suis evulgavit, celebravitque carminibus, ut Cadmo præcipue assentaretur, ejusque uxorem Semelem, quæ ab ignoto quodam compressa fuerat, filiumque Ægyptio Osiridi similem pepererat, honestaret, Jovi natum referens filium. Ita Orphei sui vatis carminibus, quæ suam tantopere celebrabant gloriam, Græcia universa facile persuasa est, Deum hunc apud se ortum. Hæc Diodorus [d] Siculus, qui alios etiam Heroas Ægyptios Poetarum Græcorum fabulis Græcos effectos esse scribit. Mirum vero illud, quod ille de Orgiorum Bacchicorum antiquitate nobis tradit, quum dicat Ægyptios ab Osiride, & Iside (Baccho, & Cerere) ad Alexandrum Macedonem, qui sui nominis urbem in Ægypto condidit, decem annorum millia numerare. At nobis non in animo est Bacchicam omnem abditissimam, & uberrimam excutere mythologiam, vel exquirere an a Noemo illa sit, an ab aliqua potius profana corrupta historia derivanda, vel quot fuerint Bacchi, & quomodo secernendi sint, & quinam sub illarum fabularum involucris lateant sensus morales. Quam in rem quum integram legerimus Pyrrhi Ligorii [e] dissertationem in Ferrarensi Academia habitam, non tamen de re valde obscura doctiores effecti sumus. Nunc vero satis esto primam Bacchi Orgiorum originem, & varia illius festa ab antiquis præcipue Græcis celebrari solita cursim observare. Si tamen prius certum existimemus esse eundem Dionysium Græcum, & Ægyptium Osiridem, Bacchum, vel Liberum a Latinis appellatum.

Varii itaque feruntur Bacchicarum celebritatum Auctores. Bacchus ipse instituisse post expeditionem Indicam Trieterica dicitur. [f] Isis vero in demortui, imo discerpti Osiridis honorem cum alios ritus, tum Phallorum pompam instituit, quam in Græciam transtulisse Melampus postea fertur, & ipsum etiam Dionysi nomen invenisse, ac Dionysiaca celebrandi rationem docuisse [g]. Alii ergo ex veteribus Scriptori-

(d) *Ibidem.*

[e] *Extat MS. in Reg. Bib. seorsim a cæteris operibus.*

[f] *Diodor. Sicul. Bibl. Græc. lib. 5.*

(g) *Herod. lib. II. Cap. 49.*

toribus Bacchum, alii Cererem instituisse Bacchanalia ferunt; ab Ægyptiis vero in Græciam alii ab Orpheo, alii a Melampode fuisse illata. Quis vetat opinari hujusmodi ritus varios fuisse partim a Cerere, partim a Baccho institutos, & deinceps ab antiquis Poetis, penes quos Religionis erat arbitrium auctos, variatos, immutatos ea plane auctoritate, qua alii aliorum fabulas novis commentis corruperunt; ita ut densissimas posteris antiquitatem perscrutaturis tenebras offuderint. Hæc sunt, quæ de Bacchanalium origine certo statui possunt.

Verum non prætereundum est Bacchi Sacra cum variis aliorum Deorum festis fere conjungi, aut confundi ob communes, vel similes ritus. Junguntur fere simul Bacchi, & Cereris mysteria, ut videre est in Gutto Saxoniæ Ducis Brunsvicensis ab Johanne Henrico Eggelingio exposito [*h*]. Meursius præterea sexto Eleusiniorum die [*i*] Bacchi simulacrum fuisse productum, & variis saltationibus, & canticis cultum refert. Et Aristophanes [*K*] Ranarum chorum tum Bacchi, tum Cereris laudes canentem inducit. Bacchanalium etiam furor, & ejulatus, sistrorum, tympanorumque strepitus, tyrsorum gestatio, & jactatio capitis, aliique hujusmodi ritus ex Cybeles Magnæ Deum Matris cæremoniis deducti sunt, ut Matthæus Ægyptius ex variis ostendit monumentis (*l*), ex quibus non obscure colligitur apud Poetas, & Fabulatores Cabeirorum, Gallorum, Bacchantium, Curetum, Corybantum, Isiacorum, Dyonisii, Osiridis, Adonidis, Attidis, Bacchi, Cereris, Magnæ Matris Deum, Isidis, Cybeles, Berecynthiæ fabulas, mysteria, cæremonias ut plurimum promiscue accipi. Quæ cur ita sint, & cujus rei gratia conficta si quæras, paucas reperies, easque non magni momenti conjecturas. Juvat ex Diodoro Siculo hic addere Bacchum orgia sua a Cybele accepisse, (*m*) eandemque Cybelem ob Attim interfectum furentem, & oberrantem una cum Marsya ad Dionysum Nisæum in antrum profectam, Isidem vero Osiridis Uxorem fuisse, & cum illo regnasse, eique defuncto certos instituisse honores, fidemque

[h] *Gronov. Tom. 7. p. 57.*

[i] *Ibid. p. 159.*

[K] *In Ranis.*

[l] *In explicatione Liviani S.C. de Bacchanalibus num. & 11. pag. 46. & seq.*

[m] *Vide loca jam citata in Bibl. Græca.*

que datam nulli amplius nubendo servasse. Bacchum vero ajunt etiam comitem fuisse Cereri in quærenda Proserpina, quod docet etiam Aristophanes Ranis.

Ἔγειρε φλογέας λαμπά-
δας. ἐν χέρσι γὰρ ἥκεις
τινάσσων, Ἴακχε,
νυκτέρου τελετῆς φωσφόρος ἀστήρ.
φλογὶ φέγγεται δὲ λειμών.

Jam flagrantes lampades excita
Dextra ardentem quatiens tædam.
Ades, Jacche, affulgens Sacri
Nocturni astrum; tota tuis modo
Late splendent littora flammis.

Præterea frequentes adduntur in Bacchi mysteriis Sileni, Satyrique, [n] qui Bacchum etiam in Indica expeditione secuti sunt, ut Diodorus Siculus ait, & stratagematibus, vel armis, quibus Bacchus, ejusque Milites usi sunt, alludunt, ut Pyrrhus Ligorius ex Polyeno, & Arriano certum esse credit. Priapus etiam aliquando additur, qui Bacchi, Venerisque filius a Mythologis dicitur. Sed Priapus, Sileni, Satyrique ob salacitatem, & impudentiam, quæ ab ebrietate disjunctæ fere non sunt, significandas appingi consuevisse, verosimile est.

(n) *Montfaucon. Tom. 1.*

Jam quæ propria fuerint Bacchi festa, quibusque illa nominibus distinguerentur, aut appellarentur videamus. Qua in re etsi videamur multum a proposito nostro abire, Lectoremque non necessaria digressione morari, attamen duo non parva operæ pretia nobis merituri videmur; primum quod Bacchi omnia festa a nemine adhuc simul collecta Lectori uno ictu oculi videnda subjicimus, deinde quod multa in medium afferimus, & explicamus, quorum notitia multis deinceps in locis opportuna erit, laboremque levabit, ne sæpius eadem iterare cogamur. Paucis igitur perstringemus

ea

ea nomina, quæ varios apud populos celebrata Bacchi sollemnia festa obtinerent, passim admonentes, quum idem festum alio nuncupatum nomine occurret.

Orgia, Ὄργια, primum dicuntur Bacchi festa non proprio, sed communi ceterorum Deorum mysteriis vocabulo. Nam, ut observat Servius, (o) sicut cæremoniæ apud Latinos, ita apud Græcos Ὄργια omnibus quibuscunque Sacris conveniunt. Proprie tamen Orgia dicebantur antiquitus Cybeles, deinde etiam Bacchi, & ἀπὸ τῆς ὀργῆς videlicet ab ira Cybeles, vel a furore Corybantum, Bacchantium, aliorumque hujusmodi Sacerdotum [p].

Baccheja, Βακχεῖα, ipso Baccho frequenter apud Græcos auctores appellantur. Sed etymologici magni auctor dubium relinquit, an a Baccho illa dicta sint, an ἀπὸ τοῦ Βακχεῖν, i.e. *a Bacchando*, a quo etiam ipsum sit Bacchi nomen.

Jobaccheja, Ἰωβακχεῖα nominat Demosthenes in Oratione contra Neæram.

Dionysia, Διονύσια vero ut plurimum a Græcis auctoribus dicuntur. Διονύσος, quippe audit ab ipsis Bacchus a Patre Jove ἀπὸ τοῦ Διὸς, & a Nysa urbe, in qua nutritus fuit, quod etymon præ ceteris verosimilius est.

Ex hisce alia volunt antiquiora esse, alia recentiora, quod ab antiquo Thucididis Scholiaste in lib. II. accepere discrimen. Quum enim Thucidides ἀρχαιότερα nominasset, addit Scholiastes ἀρχαιότερα εἶπε, διότι ἐστὶ καὶ νεώτερα ἄλλα, i.e. *antiquiora dixit, quum & recentiora sint*.

Ἀρχαιότερα, antiquiora eadem sunt, ac Ἀνθεστήρια: Νεώτερα, recentiora eadem cum Lenæis, μικρὰ etiam, seu parva dicta.

Ita μεγάλα dicta sunt antiqua Anthesteria.

Lenæa, Λήναια dicta sunt a Sacello Bacchi in Agro Attico, quod Ληναῖον appellatur, sive ἀπὸ τῶν ληνῶν, *a torcularibus*.

Autumnalia hæc ipsa nuncupata sunt, quod Autumno celebrarentur, sicuti

Verna, quæ vere ineunte, λήγοντος τοῦ χειμῶνος, ἀρχομένου

δὲ

[o] Ad lib. III. & VI. Æneid.

[p] Clem. Alex. in protrept. Euseb. de præparat. Evang. Phurnutus, & alii.

δὲ τῦ ἔαρος, ut Ariſtophanis interpres in Aves ait: Iſta tamen magna, ſeu antiqua eſſe exiſtimantur.

Urbana præterea hæc ipſa dicuntur ob eundem Ariſtophanis Scholiaſtem in Aves ſcribentem τῷ ἔαρι ἐν ἄστει πλῦσι τὰ Διονύσια, i.e. *vere in urbe Dionyſia fiunt*.

Ruralia pari ratione dicta ſunt Lenæa, quum κατ' ἀγρῦς, i.e. in agris celebrarentur. Ariſtoph. in Acharn. ἄξω τὰ κατ' ἀγρῦς εἰσίων Διονύσια. i.e. *Agam per agros currens Bacchanalia*. Ubi Scholiaſtes locum quendam in agro eſſe Baccho ſacrum ſcribit Ληναῖον nominatum, quod ibi prima Torcularia λῆνοι a Græcis dicta poſita fuerint.

Agrionia ſunt, quorum meminit Plutarchus quæſt. Græc., & quæſt. Sympoſiac. lib. VIII. quæſt. 1. tota feſti ceremonia hæc erat. Mulieres Bacchum tanquam fugitivum quærunt, quærendi finem faciunt dicentes ad Muſas eum confugiſſe, & latere: tum poſt cœnam ænigmata invicem proponunt. Minyæ poſteri ab his Sacris arcebantur, deprehenſam ex ea progenie mulierem fas erat interficere, ut quandam a Zoilo Bacchi Sacerdote ſuis temporibus interfectam narrat Plutarchus.

Antheſteria, Ἀνθεστήρια, vocant prima illa majora Bacchi Sacra, quæ nomen etiam Antheſterioni menſi dedere, Novembri nempe, cujus duodecima die celebrabantur [q]. A congerendis floribus dicta fuiſſe Auctor Etymologici hiſce verbis oſtendit. Ἀνθεστήρια τὰ Διονύσια. ὅτως γὰρ Ἀθηναῖοι τὴν ἑορτὴν λέγυσι παρὰ τὸ τὰ ἄνθη ἐπὶ τῇ ἑορτῇ ἐπιφέρειν. i.e. *Floralia Bacchanalia. Sic enim Athenienſes feſtum dicunt, quoniam flores ad feſtum congerebant*. Obſervat Meurſius (r) tres fuiſſe Antheſteriorum dies πιθοιγίαν, χόας, χύτρυς, ex Ariſtophanis Scholiaſte, Plutarcho, Heſychio, aliiſque optimis auctoribus.

Πιθοιγία dies erat novo vino deguſtando inſtitutus, dictuſque ἀπὸ τῦ πίθυς οἴγειν, i.e. *quod cadi tunc primum aperirentur*.

Χόες celebritas fuit vel a Demophonte, vel a Pandione Athenarum Rege inſtituta; quum ut ajunt (s) Oreſtem Athe-

[q] *Seld. Marm. Oxon. p.* 115. *&* 167.

[r] *Græcia feriatæ lib.* 1. *pag.* 719. *Gron tom.* 7.

(s) *Vid. Athenæum, & Scholiaſtem Ariſtophanis apud Meurſium loco cit.*

Athenas digressum, & hospitio acceptum, eo die, quo Bacchanalia celebrabantur, ne vel a Sacris excluderet, vel si ille in eodem cum ceteris cratere biberet, eadem Sacra pollueret, jussit unicuique convivarum congium apponi, ex quo solus biberet. Inde manavit consuetudo certi constituendi præmii illi, qui congium, vel congio simile poculum uno haustu bibisset. Χῶς enim Græcis est congium.

Chytri, Χύτροι ollæ Græcis sunt. Hoc nomen festo hac de causa datum (*t*): qui a diluvio servati sunt certas ollas omni semine refertas Mercurio Terrestri statuerunt. Respiciebat id fortasse fruges a Baccho, & Cerere simul inventas.

[t] *V. Theopompum a Meursio citatum.*

Pithoinia, Πιθοίγια etiam vocatur ab Hesichio dies novo gustando vino institutus.

Necinia, Νεοίνια idem dies a Plutarcho dicitur (*u*).

[u] *Quæst. Sympos. lib.* 3. *q.* 7.

Ambrosia, Αμβρόσια auctor Etymologici appellat Bacchi festa, quæ mense Lenæeone celebrabantur.

Theoinia, Θεοίνια a Bacchi nomine dicta, qui Θεοίνιος, id est Θεὸς οἴνυ *Deus vini* audiebat. A plebe per vicos actitata sunt.

Brauronia dicta a Braurone Atticæ oppido impudentissima erant. Nam, ut ait Aristophanis Scholiastes *in Pace*. *μεθύοντες πολλὰς πόρνας ἥρπασαν, multas temulenti rapiebant meretrices*. Suidas *in Brauron*.

Θυία vocat Pausanias in Eliacis, quæ celebrabant Elei. Tres in Templo Bacchi positos lebetes vacuos spectante multitudine, & sigillo obsignatos, postero die integris signaculis vino plenos reperiri fama erat.

Scieria, Σκιέρια ex eodem Pausania in Arcadicis Alea in oppido Arcadiæ celebrata olim sunt. Ante Bacchi simulacrum fœminæ sese ex Delphici Oraculi jussu flagellabant. Bacchi vero simulacrum circumferebatur sub umbella, a qua nomen sortita sunt; est enim σκίερον umbraculum, & qui umbellam ferebant σκιαδόφοροι dicuntur apud Pollucem, qui hoc festum Σκίερα appellat.

Agrypnis, Αγρυπνίς ab Hesychio dicitur festum quod-

 dam,

dum, seu pervigilium in Bacchi honorem Arbellæ in Sicilia observatum.

Tyrben, Τύρβην Bacchicum etiam sollemne Pausanias meminit in Corinthiacis, sed ritus tacet.

Phellos, Φέλλος vocat Suidas initium Dionysiorum.

Protrygeia, Προτρυγεῖα est etiam Hesychio Bacchi celebritas, sic ab ipso dicta: nam προτρυγὴς audiebat, *vindemiator* nimirum.

Trieterica vero a Baccho in expeditionis Indicæ memoriam constituta, tertio quoque anno celebrata sunt, unde nomen acceperunt. Trieteris enim trium annorum spatium dicitur.

Lampteria, Λαμπτήρια memorat Pausanias in Achaicis in honorem Bacchi celebrata fuisse a Penelensibus, qui noctu faces in templum Bacchi inferebant, & crateres vino plenos per urbem disponebant.

Νυκτήλια dicta etiam sunt Dionysiaca per noctem celebrata, unde νυκτήλης etiam cognominatur Bacchus, *Nyctelius*, *Eleusque parens*. (Ovid. lib. IV. metamorph.)

Omophagia, Ὠμοφάγια, latine crudivora dici possent, ea sunt Bacchanalia, in quibus Mystæ, & Bacchæ furentes, quasi vi numinis agente sui impotes forent, serpentum se nexibus coronabant, & crudas cæsarum victimarum carnes ore cruento dilaniabant.

Ascolia, Ἀσκώλια Sacrum Baccho festum celebrabant Athenienses [x] ἀπὸ τȣ̃ ἀσκȣ̃, idest *ab utre* nuncupata: Nam utrem ex capri mactati pelle confectum, inflatumque, & ut magis lubricus esset sebo inunctum proponebant, ut uno pede adolescentes in illum insilirent, quod ἀσκωλίζειν *ascolizein* vocabatur. Utrem vino plenum fuisse, & insistenti præmio fuisse verisimile est.

(x) *Castellanus de Festis Græcorum.*

Hactenus quidem de Bacchi festis, eorumque variis nominibus apud Græcos, a Latinis vero

Bacchanalia dicta sunt immania illa Bacchi Sacra nocturna Senatusconsulto sublata, ut ex Livio fat notum.

Liberalia vero appellata ab eodem Baccho, qui Liber

dictus,

dictus, longe diversa fuere, de illis vide Ovidium Fast. III., & Hofmanum, vel Matthæum Ægyptium [y].

Vinalia addenda sunt, quæ duplicia fuere, Calendis Majis altera, altera XIII. Cal. Septemb. (z).

Hæc fuere Bacchi Festa (a) apud antiquos. Jam si cetera Deorum Festa, quibus est ritus aliquis cum Dionysiacis communis percurrere velimus, res nimis prolixa tædium potius, quam uberiorem lucem est allatura. Nos plus æquo digressos, evagatosque revocat propositum Saxum, in quo etsi Bacchica aliqua, seu Dionysiaca celebritas expressa fuit, quænam illa sit, cujusmodi fuerit, & ad quem spectet populum, vel quod respiciat tempus, iis dijudicandum relinquimus, qui potiora monumenta, & antiquorum volumina scriptorum laboriosiori manu versarint, & attentiori oculo perspexerint.

Nostram tamen nec irritam, nec illaudatam fore operam confidimus, si ea singula, quæ conspicienda exhibet hoc marmor, seorsim expendentes, ad quas ea referri possint cæremonias passim innuamus, conjecturis, ubi certa non suppetent argumenta, uti fieri solet, utentes.

Age dum itaque curnam solas hic intuemur mulieres? A mulieribus ut plurimum curabantur Bacchi Sacra præsertim apud Græcos. Nam antiquissima illa Dionysia ἀρχαιότερα, & μείζονα dicta penes Athenienses quatuordecim fœminæ procurarunt. Γεραίραι audiebant istæ, quod nomen Sacerdotium vulgo significat, sed proprie Sacerdotes Bacchi fœminas, ut Hesychius ait. Creabantur autem a Rege Sacrorum, nimirum a cive aliquo optimo populi suffragiis hisce peragendis Sacris præfecto, cujus uxor utpote Regina præerat ceteris γεραίραις, debebatque Civis Atheniensis esse, non peregrina, spectatæ pudicitiæ, & quæ virgo nupsisset. Præterea tam istis, quam ceteris stato dierum numero ante festum cum viris concumbere vetitum fuit, adeoque jurabant: [b] ἁγιστεύω, καὶ εἰμὶ καθαρὰ, καὶ ἁγνὴ ἀπὸ τῶν οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας, καὶ τὰ Θεοίνια, καὶ Ἰωβάκχεια γεραίρω τῷ Διονύσῳ κατὰ τὰ πάτρια,

(y) Pag. 793. Gronov. Polen. tom. 1. supplem.

[z] Idem ibid.

(a) Ex Castellano, Jonstonio, Jansoldo, & Meursio, & aliis.

(b) Auctor argumenti orationis Demosthenis in Neæram.

καὶ

καὶ ἐν ταῖς καθήκουσι χρόνοις. i.e. *Pura, & munda sum cum a ceteris omnibus, quæ polluere possunt, tum a viri congressu, & Bacchanalia, & Jobaccheja patrio more celebro, statisque temporibus*. Hæc sacra non tantum solis committebantur mulieribus, sed ἄρρητα erant, arcana nempe, nec maribus adeunda, nec evulganda. Quamobrem Demosthenes contra Neæram graviter conqueritur de peregrina Regi nupta: καὶ αὕτη ἡ γυνὴ ὑμῖν ἔθυε τὰ ἄρρητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ εἶδεν, ἃ οὐ προσῆκεν αὐτὴν ὁρᾶν ξένην οὖσαν. Καὶ τοιαύτη οὖσα εἰσῆλθεν οἷ οὐδεὶς ἄλλος Ἀθηναίων τοσούτων εἰσέρχεται, ἀλλ' ἡ τοῦ Βασιλέως γυνή. *Ipsa Mulier arcana sacra pro urbe obtulit, eaque vidit, quæ ut peregrina videre non poterat, & quum talis esset, eo ingressa est, quo tot Atheniensium nemini fas est intrare, una excepta Regis uxore*.

Juvat hic animadvertere hujusmodi Sacra, quum a solis, honestisque matronis arcanis ritibus perficerentur, longe profecto diversa fuisse ab his, de quorum turpitudine, & obscenitate gravissimas legimus querimonias apud Auctores, qui multa indigna dictu, & visu Dionysiorum cultoribus exprobant. Ebrietatem redarguit Plato lib. 1. de legibus. πᾶσαν ἐθεασάμην τὴν πόλιν περὶ τὰ Διονύσια μεθύουσαν, i.e. *Totam vidi urbem Bacchanalium tempore temulentam*. Satyrorum in eam pompam productorum salacitatem carpit Theodoretus. (c) τίς γὰρ ἄγαν λαγνίστατος ἔνδον ἐν τῷ θαλάμῳ τετόλμηκε τοιαῦτα; ὁποῖα τῶν σατύρων ὁ χορὸς ἠσέλγησε δημοσίᾳ πομπεύων. i.e. *Quis enim vel salacissimus homo intra cubiculum ea patrare unquam est ausus, quæ Satyrorum Chorus publica in pompa flagitiose exhibuit?* Matronarum impudentiam exagitat Augustinus [d] inquiens *id Matronam facere in publico, quod nec meretrici, si matronæ spectarent, permitti debuit in Theatro*. Bacchicos denique mystas αἰσχροὺς καὶ τοῖς σήμασι καὶ πράγμασι turpes signis, & factis D. Gregorius Nazianzenus vocat. [e] Impudentem etiam Phallophororum, & Ithyphallorum pompam, eorumque propudiosam originem carpunt Theodoretus loco citato,

(c) Lib. 7. Græc. affect.

(d) Lib. 6. de Civ. Dei Cap. 21.

(e) Castellanus de Fest. 4 Græc. pag. 67. Gronov. tom. 7.

citato, & Arnobius lib. v. Quos immaniſſimos ritus, etſi pii viri meminerint, ut turpiſſimam ſuperſtitionem Ethnicis exprobrarent, nos tamen, ea prætereunda ducimus, quæ nec noſtra res neceſſario poſtulat, nec verecundus Lector eſt commendaturus.

Dionyſiorum itaque, ſeu Bacchanaliorum celebritas ab omni fœditate prius immunis fuit, & ſine maribus, deinde vero ipſarum mulierum ſalacitate admiſſis viris corrupta fuiſſe videntur, & multis flagitiis coinquinata. Id veriſimile facit Hiſpala, quæ penes T. Livium fatetur *primo Sacrarium id (Bacchi) fœminarum fuiſſe, nec quemquam virum eo admitti ſolitum: tres in anno ſtatos habuiſſe dies, quibus interdiu Bacchi Sacris initiarentur. Pacullam Miniam Campanam primam ſuos filios initiaſſe, & nocturnum Sacrum, ex diurno, & pro tribus in anno diebus quinos ſingulis menſibus dies initiorum feciſſe, ex quo in promiſcuo Sacra ſint, & permiſti viri fœminis, & noctis licentia acceſſerit.*

Imo eadem ipſa Bacchanalia puritatem, & caſtitatem præſeferebant, ut ſceleſtiſſima flagitia occultarent, quare Mater Æbutium adoleſcentulum initiatura, *votum exſolvendum*, ait, *decem dierum caſtimonia opus eſſe, decimo die cœnatum, deinde pure lautum in Sacrarium deducturam*. Et Bacchus ad Pentheum [*f*] penes Euripidem in Bacchis. [f] V. 937.

Ἤπου με τῶν σῶν πρῶτον ἡγήσῃ φίλον,
Ὅταν παρὰ λόγον σώφρονας Βάκχας ἴδῃς.

Me certe habebis cariorem neminem
Bacchas pudicas intuens præter fidem.

A ſolis etiam Matronis, & puellis curata fuiſſe olim Bacchi ſacra Statius in Achilleide Lib. II. planum facit, inquiens Achillem ſexum mentitum ſuadente matre virginem creditum adeo felici dolo inter Scyriadas puellas delituiſſe, ut una cum ceteris lucum, in quo Trieterica Bac-

 chi

chi orgia celebrabantur ingressa Deidamiæ vitium obtulerit. Illic Poeta Sacerdotem severam caventem, ut solæ admitterentur fœminæ, legemque maribus aditum interdicentem egregie describit hisce versibus. (lib. I. 598.)

Lex, procul ite mares, iterat præcepta verendus
Ductor, inaccessumque viris edicitur antrum,
Nec satis est, stat sine dato metuenda Sacerdos,
Exploratque aditus, ne quis temerator oberret
Agmine fœmineo . . . .

Solas tandem mulieres, ut plurimum celebrantes Liberi Patris, vel Dionysii sacra præter Poetas, qui plerumque in solarum mulierum Bacchantium furore describendo toti sunt, multi meminere Scriptores (g). Strabo lib. IV. Geographiæ in quadam insula ostio Ligeris objecta Samniticas habitare mulieres ait, Bacchico furore correptas Deum variis colere ritibus, nullum tamen eo virum proficisci, sed ab illis omnes abstinere, donec navigiis ex insula exportentur. Petronius de Priapi Sacello: *ibique complures Bacchantium instar mulieres vidimus, quæ in manu dextera Priapinos fascinosos gestabant: plus videre non licuit, nam ut nos viderunt, tam magnum clamorem sustulerunt, ut intremuerit Templi camera, & nos corripere conatæ sunt.* Pausanias in Phocicis Thyadas fœminas memorat in Parnassum quot annis venientes, & una cum Delphicis mulieribus Baccho sacra agitantes. Idem in Corinthiacis Sicyonem inter, & Phyliuntem regionem esse Pyreæam nomine scribit; ibi Libero Patri, Cereri, & Proserpinæ seorsim a viris fœminas concesso in loco sacra facere. Et in Laconicis idem Templum Bacchi scribit inibi esse non adeundum nisi fœminis, quæ solæ ἐν ἀποῤῥήτῳ, *secreto* Deo litant: Colonatæ vero sacra facere mulieres, quæ Leucippides dicerentur; & ab undecim aliis, quæ Dionysiades dictæ cursus certamen in honorem Bacchi celebratum.

Caussæ nunc inquirendæ sunt cur a mulieribus præser-

(g) *Matthæus Ægyptius in Senatusconsultum num. 7.*

tim

tim Bacchanalia celebrarentur; Cur nam illæ hujusce Dei cultum sibi pene solis maxime vindicabant ? Mulieres, & Bacchi Nutrices, & illius Comites etiam in expeditione Indica fuisse dicuntur. Vix enim natus ad Nysam Arabiæ Urbem perlatus ab illius loci nymphis altus, educatusque fuit inter choreas, & fœminarum thyasos. Quare a Patre Jove [ἀπὸ τȣ̃ Διὸς] & a Nysa Urbe Dionysus nominatus fuisse fertur a Diodoro Siculo, [h] aliisque. At juxta Nonnum nutritus est a Lami filiabus fluvialibus Nymphis. Adultus quatuor habuit Comites, seu Sorores, ut ajunt, Ino, Autonoem, Semelem, Agavem: quintam nonnulli addunt Polydoram. Novem etiam virgines musica suavitate celebres, quæ postea Musæ dictæ sunt, & cantui, Poesique præfuere, secum circumduxit. At mulierum Bacchantium thyrsis armatarum ingens habuit in castris agmen, quarum opera, thyrsis enim ferrum circumductis occultatum foliis habentibus pugnabant, ad Indos, aliosque Hostes profligandos feliciter usus est. Quam fabulam nonnulli (i) de Bacchi stratagematibus explicant, qui militibus muliebri veste indutis hostes aliquando decepit, nam inerme ut videbatur hujusmodi agmen, & sacrum aliquod potius peracturum, quam pugnæ instructum objiciens, aut opportuno in loco collocans circumventum, vel pertractum in insidias hostem clade afficiebat. Nec a vero multum abhorret, quod narrat Higinus: quum Nysus Bacchi nutricius regnum ab eodem in Indos proficiscenti sibi commissum reduci reddere detrectasset, dissimulata injuria Bacchum Trieterica celebrare fingentem militibus thyrsigeris muliebri veste indutis impetum in Nysum, qui nil tale timeret fecisse, regnumque hoc stratagemate recepisse. Hæc in causa esse possunt, cur mulieres præcipue Baccho sacra facerent. Nisi forte iis prætermissis, quæ Mythologi habent, malis dicere, ideo hæc sacra curæ mulieribus fuisse, quia hic sexus superstitioni deditissimus sollemniores, & efferatiores Deorum cultus, & operosiores amaret, celebraretque perlubenter supplicationes, quæ præcipue in cursu, furore, ejulatu, saltatione sitæ erant. Va-

[h] *Biblioth. lib. 5.*

[i] *Higinus Fab. CXXXI., & Polyænus Stratagem. cap. 1.*

Varia hæ mulieres habuere nomina. Nam a Baccho Bacchæ, Bacchides, & Bacchantes, a Dionyso Dionysiades dictæ. Macedones Κλώδωνας appellitarunt, alii Mimallones ἀπὸ τῆς μιμήσεως, quod viros pugnando imitarentur. Suidas, & Arrianus in stratagematibus. Thyades a Poetis frequenter dictæ ἀπὸ τοῦ θύειν, quod Baccho sacra faciant. Bassarides a Baccho, qui Bassareus dictus, cujus nominis variæ feruntur origines; aliis enim Bassaros vestis est talaris, aliis vulpes est, aliis etiam scortum. Mænades etiam a furore ἀπὸ τῆς μανίας dictæ. Evantes ab Evohe Bacchantium vocibus. Trieterides a Trieterico festo, & Edonides, & Eleleides, & aliis sexcentis nominibus appellatæ.

Quemadmodum vero observavimus non omne Bacchanalium genus fuisse flagitiorum officinam, sed prima illa Dionysiaca nihil impudentiæ habuisse; ita nunc distinguenda sunt Bacchantium tam mulierum, quam virorum genera, quæ in antiquorum monumentis occurrunt. Nam in quibusdam nudas, temulentas, saltitantes, discurrentes, furore percitas, cædem anhelantes, capitaque, & solutum crinem fanatico impetu jactitantes fœminas intuemur. In aliis vero non truculento vultu mulierculas, sed pacato, suavique aspectu virgines, religionem præseferentes, non terrorem incutientes, & choreas agili pede, compositoque ad hilaritatem significandam incessu non fanatico cursu agitantes, aut dona Diis ferenda, aut illorum mysteria gestantes aspicimus. Quam dispar sit utrarumque cultus, & quodnam ad genus nostrum Saxum referendum sit, quis non videt?

Nihil in eo vel impudentiæ, vel furoris, vel immanis jactationis, vel truculentæ indolis. Quatuor formosulæ, ac pudibundæ virgines, capillis in nodum tantum collectis, ceterum leniter fluctuantibus, saltantibus, vel ad templum properantibus similes, veluti laturæ dona, vel sacrificia peracturæ incedunt. Alia facibus, & serpibus instructa, & serto ornata, alia thyrsum, & personam de-

fert,

fert, alia frugibus refertum caniſtrum geſtat, alia hinnulum trahit mactandum, cultrumque ſtringit dextera. Omnes una ſimul feſtinant, oſtenduntque pari ferme inceſſu, non incondito, ſed recte ordinato agmine eidem eſſe celebritati intentas. Quanquam cujuſmodi ea ſit, nondum videmus certo, ſed conjectamus tantum, & partes proſequimur, etſi, quid perpetua, & integra res ſibi velit, indagare difficillimum eſt.

Non omittendum tamen eſt hoc loco quoddam Anacreontis, ut creditur, Tetraſtichon, alicui profecto ſubſcriptum olim anaglyptico operi Bacchas exhibenti tres cultu non multum a noſtris diſſimiles, ut ex ipſo Epigrammate pene cernitur. Hem illud. (K)

[K] Ex Antholog. Graec. lib. 4. Anacreontis Epig. 4.

Ἡ τὸν θύρσον ἔχουσ' Ἑλικώνιας, ἡ δὲ παρ' αὐτὴν
Ξαντίππη, Γλαύκη δ' ἡ σχεδὸν ἐρχομένη.
Ἐξ ὀρέως χωρεῦσι. Διωνύσῳ δὲ φέρουσι
Κισσὸν, καὶ σταφυλὴν, πίονα καὶ χίμαρον.

Ita latine reddi utcumque poteſt.

Quæ Thyrſum gerit eſt Heliconias: altera vero
Leucippe, Glauce tertia pone venit.
Monte ſimul redeunt, Dionyſo dona ferentes
Maturam uvam, hederas, anniculumque caprum.

Verba primi verſus certo argumento ſunt ex hiſce tribus fœminis unam tantum habuiſſe Thyrſum, quandoquidem ex Thyrſo illam diſtinguit, inquiens, *quæ Thyrſum gerit eſt Heliconias*, quæ verba inania eſſent, ſi ceteræ una forent armatæ Thyrſis. Xantippe vero fortaſſe caniſtrum uva plenum, Glauce tandem trahebat hircum, aut hædum. Ita ut tria illa munera, hedera, uva, caper reſpondeant tribus fœminis, ut in Epigrammatibus aliquot antiquis hujuſmodi converſiones obſervantur; nimirum Heliconias hederam geſtat circumvolutam Thyrſo, Leucippe uvas in caniſtro,

nistro, Glauce defert anniculum hædum, seu per hyemem natum; nomen enim χίμαϱος id sonat. Quæ quum ita sint, haud alienum a vero est illas mulierum iconas nostris fuisse consimillimas, imo pene dixerim easdem cum nostris, si primam facibus, & serpibus instructam excipias.

Id vero certum saltem est, & extra omnem situm dubitationis aleam Bacchas pingendi, saxisque insculpendi antiquissimam, & tritam fuisse consuetudinem, quæ non solum ex iis constat, quæ supersunt, monumentis, verum etiam ex Anthologiæ Græcæ lib. IV. ubi varia in Bacchantium imagines epigrammata, e quibus concedat lector unum afferre Agathii Scholastici, ostendens non semper furentes, at aliquando modestas exhiberi Bacchas, uti jam diximus.

Οὔπω ἐπισταμένην τάχα κύμβαλα χερσὶ τινάξαι
  Βάκχην αἰδομένην στήσατο λαοτύπος.
Οὕτω γὰρ προσένευσεν, ἔοικε δὲ τοῦτο βοώσῃ.
  Ἔξιτε, καὶ πατάγω μηδενὸς ἱσταμένου.

Quæ pulsare manu fors nondum tympana novit
  Ore verecunda Baccha stat arte fabri.
Innuit hoc etenim, sic alloquitur videntes:
  Ite foras, adsit nemo, repente strepam.

Redeamus jam ad nostrum marmor. Harum quatuor mulierum, imo puellarum idem est ornatus, unusque ut videtur, aliquid peragendi animus, idemque, ut ita dicam, actus. Eadem hilaritate, eadem festinantia, eodem contendunt non sine aliqua saltatione, & vociferatione, aut cantu.

Vestes porro ejusmodi sunt, quales esse saltantium solent, ut ex iis, quas P. *Montfaucon* [*l*] exhibet puellarum choreas ducentium tabulis fas est cognoscere. Tunica, seu stola, seu peplum, ut mavis dicere, *vestigia verrit*, quum pepli etiam talares Bacchantium proprii essent, adeoque

[*l*] Tom. 1. pag. 2. lib. 1. cap. 20., & seqq.

apud

apud Euripidem in Bacchis Pentheus in Bacchantis morem ornandus peplo talari induitur [m], quin Bacchus ipsi exprobrat vestes decentibus flexibus crura non obtegere. Superior vestis brevis est, palla vel pallium ab aliquibus dicta, quorum nominum accuratam investigationem nunc omittimus, ne ex aliis in alias res continuo abripiamur. Brachia nuda sunt. Nam ab humeris ad manus dependentes manicæ ita fibulis nectebantur, ut a tunica quoties luberet auferri possent. Pedes excalceati videntur, quanquam vel cothurnis, vel crepidis Bacchantes uterentur: Vittæ sunt circum tempora, & nodus capillos colligit, qui ceterum sparsi fluctuant; nam si passim omnino verberarent humeros, id furorem, seu dolorem præseferret, ut sexcenta ostendunt Poetarum exempla; quum tamen festivum, hilaremque ludum nostrum ræpresentet saxum.

(m) V. 933.

Nec solus corporis habitus, sed membrorum etiam flexus cursum, & saltationem ostendit, quibus in rebus Bacchi cultus omnis consistebat, ut Lucianus ostendit (n) hisce verbis: *τὰ μὲν Διονυσίακα καὶ βάκχικα οἶμαί σε μὴ περιμένειν ἐμοῦ ἀκοῦσαι, ὅτι ὄρχησις πάντα ἦν. Dionysiaca vero, vel Bacchica universa merum fuisse saltationis genus, nemo, ut opinor, a me audire expectat*. Idipsum ex variis Græcis epigrammatibus, multisque Nonni locis colligitur.

[n] De Saltat.

Hæc in universum istud anaglypticum opus ita dicta pro nostro modulo sunto. Reliquum est, ut adhuc circa singulas ejus partes aliquid addamus, & quid uniuscujusque mulieris ornamenta, & arma sibi velint, explicemus.

Ordiamur a Prima. Tres maxime res illam secernunt a reliquis, & præ reliquis spectabilem faciunt, faces, & serpentes, & monile dependens a collo ante pectus decussatum: Faces multis de causis Cereris, Bacchive sacris conveniunt, & in iis olim sunt usurpatæ. Necessariæ primo fuere, quum nocte hujusmodi fierent celebritates. Eleusinia nocturna fuisse Seneca docet in Hercule furente his verbis.

Quanta

Quanta quum longe venit hora noctis

. . . . .

Turba secretam Cererem frequentat,
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare mystæ.

Quin Romana etiam Cerealia noctu fieri solita Plautus in prologo Aululariæ non obscure docet, inquiens.

Illam stupravit noctu Cereris vigiliis.

Bacchanalia vero sexcenti auctores per noctem actitata meminere, quos inter Virgilius. [o]

[o] Ænoid. IV.

. . . ubi audito stimulant Trieterica Baccho.
Orgia, nocturnusque vocat clamore cytheron.

Statius (p)

(p) Thebaid. II.

. . . non hæc Trieterica vobis
Nox patrio de more venit, non Orgia Cadmi
Cernitis.

Ovidius (q)

(q) De Arte lib. I.

Nyctiliumque patrem, nocturnaque sacra precare,
Ne jubeant capiti vina nocere tuo.

Quotquot denique auctores Bacchum Nyctelium, ejusque sacra Nyctelia vocant, ut jam diximus, abunde testantur noctu fuisse celebrata.

Addemus tantum Euripidis locum, in quo Bacchus cum Pentheo loquens (r) non licentiæ, sed augustioris pompæ caussa sua festa per noctem ait celebrari.

(r) In Bacchis.

π. Τὰ δὲ ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς;
β. Νύκτωρ τὰ πολλά. Σεμνότητ' ἔχει σκότος.
π. Τοῦτ' εἰς γυναῖκας δόλιον ἐστὶ, καὶ σαθρόν.
β. Κἀν ἡμέρᾳ τό γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τίς ἄν.

Pen-

Pentheus. *Hæc vero sacra noctu, an interdiu facis?*
Bacchus. *Noctu plerumque; aliquid augusti habent tenebræ.*
Pentheus. *Id mulieribus insidiosum est, & malum.*
Bacchus. *Etiam interdiu turpitudinem aliquis inveniat.*

Faces itaque ad discutiendas noctis tenebras illatæ sunt; nocte vero ut plurimum sollemniores Dionysiorum, & Eleusiniorum ritus agebatur, ut tota collucens ignibus pompa per obscuram noctem fieret augustior, & festivæ, vel inconditæ vociferationes, quum cætera omnia silerent, vehementiori perstreperent sonitu.

At quanquam faces fuisse necessarias dixerimus tenebrarum caussa, non tamen ista fuit unica earum deferendarum ratio; nam non tam faces delatæ sunt noctis caussa, quam pars aliqua hujus festi in tempus nocturnum dilata, quod in facularum gestatione constiterit; id autem institutum fuerat, ut ajunt (*s*) Athenis ab Erechtheo in memoriam Cereris Proserpinam quærentis, quæ quum ad Ætnam pervenisset, ut ait Ovidius (*t*)

[s] *Diod. Sicul. lib.* 1.

[t] *Lib.* 4. *fast.*

Illic accendit geminas pro lampade pinus;
Hinc Cereris sacris nunc quoque tæda datur.

Varia porro videri possunt apud Begerum [*u*] numismata, in quibus Ceres δᾳδοῦχος geminas faces tenet, geminisque draconibus illius trahitur currus.

(u) *Beger. tom.* 1.

Hinc illa de facibus Eleusiniis mentio apud Claudianum. (*x*)

(x) *In princip. de rap. Pros.*

Sanctasque faces extollit Eleusis.

Et illa Statii. [*y*]

Noctivagumque gregem quamvis sibi luget Eleusis
Flevit, & arcanos errantibus extulit ignes.

(y) *Thebaid. lib.* XII.

Et (*z*) *Tuque Actæa Ceres, cursu cui semper anhelo*
Votivam taciti quassamus lampada mystæ.

(z) *Silvar.* 4. 8.

Quo

Quo ex loco λαμπαδαδρομίαν, qui ludus in eo erat, ut currentium faces accensæ servarentur, Neapoli celebratam

[a] *Senat. consf. expl. pag. 65.* fuisse conjicit Matthæus Ægyptius (*a*).

Bacchus autem ut Cereris in quærenda filia Comes ab Aristophane in Ranis νυκτέρου τελετῆς ἀστήρ;

Festi nocturni astrum.

[b] *In Bacchis vers. 145.* dicitur. Faces etiam tribuit Baccho Euripides [*b*].

Ὁ Βάκχευς δ' ἔχων
Πυρσώδη φλόγα πεύκας.

Ipse vero Bacchus tenens.
Ardentem piceæ facem.

Bacchantes etiam faces jactitare solitos tradit Athæneus lib. XIV. cap. 7. scribens. Ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς πυῤῥίχη (ὄρχησις) Διονυσιακή τις εἶναι δοκεῖ .... Οἱ γὰρ ὀρχούμενοι θύρσους ἀντὶ δοράτων προΐενται δ' ἐπ' ἀλλήλους, καὶ νάρθηκας καὶ λαμπάδας φέρουσι. Ὀρχοῦνται δὲ τὰ περὶ τὸν Διόνυσον, καὶ περὶ τοὺς Ἰνδοὺς, ἔτι τε τὰ περὶ τὸν Πένθεα. *Nostra vero Pyrrhica saltatio Dionysiacæ esse videtur saltationis genus... Saltantes enim Thyrsos habent hastarum loco, vicissimque se illis petunt, ferulas, facesque ferentes. Saltant autem Bacchi res gestas, domitos Indos, Pentheique supplicium.* Penthei mentio hoc in loco facta conjectandi occasionem præbet an saltantium faces incendium in aulam Penthei immissum, quod nullo modo poterat extingui, significent, ut Nonnus in fine libri XLV. ait, & Euripides in Bacchis. Quid quod apud Euripidem Tiresias Bacchum saltantem cum facibus describit? Quin

[c] *Nonnus lib. XXX. v. 321. 330.* Bacchus ipse in India cum Deriade pugnans sese in ignem commutavit [*c*].

Aliam insuper addunt caussam, cur in sacris præsertim Bacchi gestarentur faces. Purgari nimirum iis credebant initiatorum animas, atque adeo mystica ferebatur van-

(d) *Georg. I. v. 166.* nus, ut Servius ait, ad ea Virgilii verba [*d*].

.... *Et mystica vannus Iacchi.*

My-

Myſtica Jacchi ideo ait, quod Liberi Patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant, & ſic homines ejus myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur. Faces itaque purgationi etiam inſerviebant, quia tribus potiſſimum illa fiebat elementis, aere, aqua, & igne. Idem Servius ad illos Virgilii verſus (*e*).

[e] Æneid. VI. v. 740.

..... aliæ penduntur inanes
Suſpenſæ ad ventos, aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

In omnibus Sacris tres ſunt iſtæ purgationes, nam aut tæda purgantur, & ſulphure, aut aere ventilantur, quod erat in Sacris Liberi. Aere itaque purgabantur, oſcilla, ideſt imagunculas, ſeu perſonas ex arboribus ſuſpendendo [*f*].

[f] Georg. II. v. 388.

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Ut aliqui exiſtimant (qua de re inferius): aqua in mari, vel fluviis ſe ſe abluendo: igne tandem faces ferendo, vel jactitando, vel in aquam demittendo, ut in antiquis Bacchanalibus Romanis Senatuſconſulto ſublatis obſervatum fuit, in quibus, ut ait Livius, *Matronæ Baccharum habitu crinibus paſſis cum ardentibus facibus decurrebant ad Tyberim, demiſſaſque in aquam faces, quia vivum ſulphur cum calce inerat, integra flamma efferebant.*

Faces igitur multis de cauſſis ferebantur, aut videlicet ad noctis diſcutiendas tenebras, aut ad imitationem Proſerpinæ Cererem quærentis, aut ad purgationem animi ſignificandam. Qui vero in Cereris, Bacchive, aliorumve Deorum ſacris faces tenebant, vel deferebant, quod officium non cujuslibet fuit ſed alicujus myſtæ, δαδοῦχοι, *Daduchi* dicti ſunt, veluti δᾷδα ἔχοντες *facem tenentes*.

Hæc itaque prima mulier δαδοῦχος dici poteſt *facitenens* nempe. Eſt illa veluti dux agminis, viam comitibus aperiens, & lumine præmonſtrans. Præterea ut obvium,

ni fallimur, summoveat populum non solum facibus armata, sed anguibus etiam utrique brachio circumvolutis terrorem injicit spectantibus.

At paullo accuratius investiganda est vera, & præcipua serpentum istiusmodi e brachiis eminentium caussa. Missas vero facimus rei nostræ parum conducibiles quæstiones, quinam populi serpentes ut Deos colerent, vel aliquid inesse illis Divinum autumarent, & quinam Dii serpentibus similes effingerentur, vel quid fictæ significent de illis fabulæ, ut de Pythone, aut Cadmi serpente, vel quisnam illorum esset in superstitionibus, & divinationibus Ethnicorum usus. Nobis de illis tantum, qui in Bacchi, Cererisve sacris locum habuere tria pervidenda sunt. Primum quonam modo illi pingantur in antiquis marmoribus, vel describantur ab authoribus. Secundum ficti ne, an veri illi forent. Tertium quibusnam de caussis iidem in pompam inducerentur. Singulare profecto est nostrum hoc monumentum ob hanc mulierem faces utraque manu gerentem, & serpentes peculiari modo depictos, cujus rei nullum adhuc nec in numismatibus, nec in marmoribus occurrit exemplum. Cistas potius expressas non semel intuemur, cum serpente vel erumpente, vel jacente, vel ipsas ingrediente: certumque apud eruditos est in Orgiis tam Cybelis, quam Cereris, & Bacchi cistas delatas fuisse a mystis quibusdam cistiferis, vel cistophoris appellatis, refertas variis Deorum mysteriis, seu symbolicis muneribus, quæ ridet Clemens Alexandrinus in Protreptico. Inter alia Serpens in cista includebatur, unde illud Valerii Flacci [g] in Argonauticis.

(g) Lib. 2. v. 267.

Et tacita plenas formidine cistas.

Et illud Catulli.

Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis.

Cujusmodi cistæ adeo frequentes in nummis Asiaticis repræsentabantur, ut illi Cistiferi appellarentur, quorum

Ci-

Cicero sæpe meminit, & rationem ad romanum denarium docet Festus [*h*]. At si sculptis, cælatisve monumentis neutiquam contenti antiquos consulamus auctores, statim reperiemus non solum inclusos in cistis angues, sed thyrsis etiam, coronisque Baccharum circumvolutos; perque totum reptantes corpus, genasque illorum lambentes horribiliorem reddidisse pompam. Frequentes vero sunt in describendo hoc tetrico Mænadum ornamento Euripides in Bacchis, & Nonnus in incondito illo suo opere, obscuro illo, quidem, cui nec pes, nec caput; non contemnendo tamen, tum propter poeticas multas veneres, tum propter Bacchicos ritus egregie descriptos, quos non pro arbitrio suo confictos ab illo non fuisse, sed ab antiquis Ægyptiacis Scriptoribus, qui una cum Serapidis Bibliotheca perierunt, acceptos existimamus: cujus Poetæ non pauca loca cum simus in hac dissertatione allaturi, nostrum de illo judicium proferre placuit, ne videremur nimium hujusmodi scriptore delectati. Ut vero ab Euripide incipiamus, nuntius Pentheo Baccharum furorem narrans, & patrata ab illis prodigia, serpentem a Baccha conjectum in arborem statim fuisse in vitem arborem ipsum complectentem conversum inquit. De cruentis post peractam Taurorum cædem Bacchis ait idem.

(h) *Vid. Scalig. de re nummaria.*

Νίψαντο δ' αἷμα, σιάγονα δ' ἐκ παρηΐδων
Γλόσσῃ δράκοντος ἐξεφαίδρυνον χρόος.

Tunc abluere se, cruentas & genas
Tersit draconis lingua lambens sanguinem.

Nonnus vero, qui lib. XLVI., & VII. eadem omnia habet de Penthei obitu, quæ Euripides in Bacchis, lib. IX. (*i*) Eviam Bacchi Nutricem primam Orgiorum Baccho adhuc puello præceptricem iis ornatam vestibus, & armis describit, quibus instructas Bacchantes mulieres intuemur, additque inventam ab illa

(i) *A versu 110. ad 135. circ.*

D 2 Καὶ

Καὶ τελετῆς ζαθέης ἐγκύμονα μύστιδα κίστην.

Quæ claudit Divina cavam myſteria ciſtam:

Mox ſequitur.

Πρώτη ἐχιδνήεντα κατὰ χροὸς ἧφεν ἱμάντα.
Σύμπλοκον. εἱλικόεις δὲ δράκων περὶ δίπλακα μίτρην
Ἅμματα κυκλώσας ὀφιώδεϊ κάμπτετο δεσμῷ.

Vipereum pendens ſumſit ſibi prima flagellum,
Et duplicem circa mitram ſinuoſus obibat
Trux Draco, vipereo ſtringens redimicula nodo.

[K] Lib. 9. verſ. 256.

Et Ino furens [K]

Αὐχμηρῆς τελέλικτον ὄφιν σπειρηδὸν ἐθείραις
Ἥρπασε λεπταλέῳ δὲ περισφίγξασα καρήνῳ
Μηκεδανὴν μίτρωσε δρακοντείῳ τρίχα δεσμῷ.

Suſtulit horrentem ſinuoſis flexibus anguem,
Implicuitque comis, & pro diademate longos
Vipereo viſa eſt nodo conſtringere crines.

(l) Lib. 12. ver. 340., & ſeq.

Ex Baſſaridibus vero ſeſe armantibus [*l*].

Ἡ μὲν ἐχιδναίῳ κεφαλὴν ἐζώσατο δεσμῷ....

Hæc ſua vipereo cingebat tempora vinclo.....

Ἡ δὲ δαφοινήεντος ἐφιμείρουσα κυδοιμοῦ
Ὠμοβόρων ἔζευξεν ἐπ' αὐχένι δέσμα δρακόντων.

Altera terrifici multum ſtudioſa tumultus,
Horribilem junxit nodum in cervice Draconum.

Καί τις ὄφιν τελέλικτον ἀπήμονι δήσατο κόλπῳ.
Εἰδόμυχον ζωστῆρα κεχηνότα γείτονι μηρῷ

Mei-

Μείλικα μηνίζοντα φιλακτήσοιό τε καρῦ
Ὑπναλέης ἄγρυπνον ὀπιπεύτηρα κορείης.

Et fuit illæso gremio, quæ conderet anguem.
Ille femur propter zonæ latet inter hiatum,
Sibila blanda edit, dormitantisque puellæ
Post potum vigil est custos, tutorque pudoris.

Virginitatis itaque custos fuit Serpens, qui Baccham correptam a Satyro vim jam inferente liberavit. (*m*)

(m) Lib. 15. v. 81.

Ὄρθιος εἷρπε δράκων ὑποκόλπιος ἰξύει γείτων
Δυσευνέως δ᾽ ἤϊξε κατ᾽ αὔξενος ἀμφί δε δειρῇ
Οὐραίαις ἑλίκεσσιν ἀνέπλεκε κύκλαδα μίτρην
Ταμβαλέοις δὲ πόδεσσι φύγων μελανόχροος ἀνὴρ
Θεσμὸν ἀνυμφεύτων ἀπείσατο κέντρον ἐρώτων.

Arduus erumpit gremio casta ilia servans,
Inque caput ruit, & satyri draco colla petulci
Circumdat mitræ sinuosa volumina caudæ.
Tum trepidis satyrus plantis evasit, & omnes
Ex animo innupti stimulos excussit amoris.

Diu præterea servata est penes orgiasticos mystas hæc angues corpori circumvolutos deferendi consuetudo [*n*]. Catullus.

[n] *De Nuptiis Pelei, & Tetidis v. 259.*

Pars se tortis serpentibus incingebant.

Et Clemens Alexandrinus in Protreptico Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι βάκχαι, Ὠμοφάγια τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες καὶ τελίσκουσι τὰς κρεωνομίας τῶν φόνων ἀνεστεμμέναι τοῖς ὄφεσιν. *Bacchum illius furore percitæ Bacchæ celebrant*, Omophagia *furentes agunt, carnes e cæde dividentes coronatæ serpentibus*, Arnobius vero (*o*) *Bacchanalia etiam prætermittimus immania . . . . . in quibus furore mentito, & sequestrata pectoris immanitate circumplicatis vos anguibus.*

(o) Lib. 5.

 Bac-

Bacchas interdum serpentibus redimitas meminit Callixenus penes Athæneum lib. 5. cap. 7., & Fabricius in descriptione Romæ angues in Baccharum ore vidisse scribit, & Prudentius in Symmacum.

. . . . Virides discindunt ore chelydros
Qui Bromium placare volunt.

Verum quin singula persequamur Auctorum testimonia, quibus tetricum serpentium ornamentum a Bacchantibus usurpatum demonstratur, satis certa res ipsa est. Dubitare tantum quis posset, an serpentes hujusce nostræ Bacchæ circumdati veri sint, vel potius ficti. Eruditissimus Marchio Maffei (*p*), qui primus hoc monumentum in lucem edi curavit, mavult fictos quandoque credere, testimonio Flori adductus, qui narrans Fidenatium obsessorum ex urbe in aciem Romanam factum impetum, numeroso nimirum agmine facibus collucente, & fanatico furore, (*q*) præter faces ait vittas etiam habuisse serpentium in modum contortas. En illius locum: *Fidenæ quia pares non erant ferro ad terrorem movendum facilius armatæ, & discoloribus serpentum in modum vittis furiali mente processerunt, sed habitus ille feralis omen fuit.* Ovidius addi potest inquiens de Isiacis.

(p) *In Epist. ad Becellum in fine Theatri.*

[q] *Lib. 1. cap. 12.*

Et movisse caput visa est argentea serpens.

Verum etsi fanaticum illud agmen capto e vestigio consilio Romanis obviam iturum non potuerit, nisi fictis armari serpentibus, verosimilius existimamus tamen Bacchi mystas tam viros, quam mulieres, de quibus superius dictum est, sese veris incinxisse serpentibus. Nam præter Nonnum, & Euripidem, quorum fides posset alicui esse suspecta, quasi non antiquitatem soleant suis in carminibus exprimere Poetæ, sed fabulas tantum consectantes, ceteras omnes res incertas reddant, & dubias, alii non desunt scriptores, qui serpentes orgiasticos ita meminerint, ut veros illos, non fictos fuisse ostendere videantur, veluti

Ar-

Arnobius, & Clemens Alexandrinus paullo ante citati. Quibus addendus est Demosthenes objiciens Æschini [r], quod serpentes elidens, & supra caput attollens Evoe, Saboe clamans saltitavit dona, & stipem ab aniculis accipiens. Galenus etiam eundem nos docet morem in Orgiis observatum (s), quippe libro de Antidotis de tempore disserens capiendis viperis congruo ait. Καὶ οἱ τῷ Διονύσῳ βακχεύοντες εἰώθασι διασπᾷν τὰς ἐχίδνας παυομένου τοῦ ἦρος, ἔτι δ' ἡγουμένου θέρους. i. e. *Quive in honorem Dionysi bacchantur viperas lacerare consueverunt cessante vere, æstate tamen nondum cœpta*. Piaculum vero foret prætermittere insignem Plutarchi locum in Alexandri vita, ubi sic de illius matre Olympiade Bacchante, caussas inquirens, cur Draco visus fuerit cum ipsa concumbere, loquitur. Ἡ δὲ Ὀλύμπιας μᾶλλον ἑτέρων ζηλώσασα τὰς κατοχὰς, καὶ τοὺς ἐνθουσιασμοὺς ἐξάγουσα βαρβαρικώτερον ὄφεις μεγάλους χειροήθεις ἐφείλκετο τοῖς θιάσοις, οἳ πολλάκις ἐκ τοῦ κιττοῦ, καὶ τῶν μυστικῶν λίκνων παραναδυόμενοι, καὶ περιελιττόμενοι τοῖς θύρσοις τῶν γυναικῶν, καὶ τοῖς στεφάνοις ἐξέπληττον τοὺς ἄνδρας. i. e. *Olympias vero religiosior præ ceteris, ut lymphaticum furorem horribiliori pompa celebraret, angues ingentes cicuratos in Thiaso trahebat, qui sæpe ex hedera, cistisque mysticis erumpentes fœminarum thyrsos, & coronas complexi territabant viros*. Bacchantes itaque veros in orgiis non solum cistis arcanis inclusos, sed corpori etiam circumdatos detulisse serpentes perquam verisimile est. Hanc vero rem minus mirandam, magisque credibilem facit, quod ait Vossius (t), non omnes nimirum serpentes venenatos esse, nec omnes noxios, imo nonnullos homini amicos. Dracones enim cum Plinio nullum habere venenum existimat, etsi noceant morsu, præter Africanos, quos ardens illa regio venenatos efficit, ut Lucanus ait.

[r] De Corona pag. 350. parte pr. edit. Hervagiana Basil. 1572.

[s] Lib. 1. de antidotis cap. 8.

[t] De orig., & progr. Idololatriæ lib. 4. cap. LVIII.

Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis aurato nitidi fulgore Dracones,
Pestiferos ardens facit Africa.

De aliis vero serpentum generibus prorsus innoxiis, cum ex aliis multis auctoribus apud eundem Vossium cognoscere quisque potest, tum præsertim ab Scaligero rem singularem accipiet [u] ad Pyrenæos *bigerrones esse angues* [quorum Cæsar etiam meminit] incolis familiares, quibuscum eodem lecto, ac pene eadem utantur mensa. Illorum volumen humani brachii crassitudinem habere, quatuor vero pedum longitudinem. Noctu, & interdiu etiam diversari in ædibus cum sibilis. Rem non dissimilem a Luciano habemus etiam in Pseudomante ita scribente. Ἐνταῦθα ἰδόντες δράκοντας παμμεγέθεις ἡμέρους πάνυ, καὶ τιθασσοὺς ὡς καὶ ὑπὸ γυναικῶν τρέφεσθαι, καὶ παιδίοις συγκαθεύδειν, καὶ πατουμένους ἀνέχεσθαι, καὶ θλιβομένους μὴ ἀγανακτεῖν, καὶ γάλα πίνειν ἀπὸ θηλῆς κατὰ ταῦτα τοῖς βρέφεσι. πολλοὶ δὲ γίνονται τοιοῦτοι παρ᾽ αὐτοῖς, ὅθεν καὶ τὸν περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος μῦθον διαφοιτῆσαι πάλαι εἰκὸς, ὁπότε ἐκύει τὸν Ἀλέξανδρον δράκοντος τινὸς, οἶμαι, τοιούτου συγκαθεύδοντος αὐτῇ. i. e. *Ibi conspexere Serpentes longe maximos cicures plane, ac mansuetos, adeo ut a mulieribus nutrirentur, & cum pueris dormirent, & se conculcari sinerent, neque pressi indigne ferrent, lac etiam more infantium sugerent e papilla. Sunt vero tales apud eos permulti, ut verosimile sit inde provenisse fabulam, Olympiadem olim ex concubitu cum bujusmodi Dracone Alexandrum concepisse.*

(u) *Exercit.* CLXXXIII. *sect.* III.

Verum ista vera ne sint, relinquamus Physiologis excutienda, caussasque jam videamus, cur serpentes in Orgiis Bacchicis locum haberent. Eas tamen enumerabimus, potius quam singulas enucleemus, quod improbi magis, quam utilis laboris esset. Quum enim incerta pleraque omnia nobis occurrunt, malumus ea simul una congesta lectorum judicio subjicere, quam singulis vel adstruere, vel abrogare fidem. Primo itaque Serpentibus vim aliquam divinam inesse crediderunt Ethnici; nam præterquam varii Dii serpentibus similes fingebantur, ipsi angues, & Genii locorum, & Manium custodes, & Heroibus amici, & sacri sunt habiti. Præcipue cum visi sint aliquando ex Heroum sepulcris

exeun-

exeuntes, munera pro manibus oblata delibare, ut fingit Virgilius (*x*) Æneæ prope Anchisis tumulum contigisse, idque potuit etiam fortuito aliquando contingere, ut dum sacrificia in agris fierent, anguis dapum sacrarum allectus cupedia, eas e vicinis locis erumpens delibarit. Est enim hujusmodi genus λιχνότατον *cupediæ deditissimum*. II. Bacchus apud Nonnum Serpentem uvas lambentem reperisse dicitur, quam ob caussam ille Deo sacer esse potuit (*y*). III. Bacchus adhuc puellus a Parcis anguibus os innoxie lambentibus redimitus dicitur [*z*]. IV. Idem in Serpem aliquando mutatus est, quare illum Chorus apud Euripidem (*a*) ita invocat.

[x] *Æneid. V.*

(y) *Lib.* 12. *vers.* 319.

[z] *Giraldus Syntagm.* 8., & *Eurip. in Bacchis vers.* 100., & *seqq.*

[a] *In Bacchis vers.* 1015.

Φάνηθι ταῦρος, ἢ πολύκρανος γ' ἰδεῖν
Δράκων, ἢ πυριφλέγων
Ὁρᾶσθαι λέων.

Appare Taurus, vel multis capitibus horribilis
Draco, vel ardens
Videare Leo.

V. Gigantes idem domuit δρακοντοκόμους, *viperinos crines habentes*, ut ait Nonnus (*b*). VI. Vitis a Baccho inventa circum arborem serpens, & hedera etiam oberrans anguem imitatur. Qua de re fabulatur Nonnus Serpentem a Baccha projectum in quercum hederam errantem statim extitisse. VII. Solum in quo Serpens nutritur, ferax est, & adeo, ut fertilitatis symbolum Baccho, & Cereri frugum inventoribus sacer. VIII. In Jovis Sabazii [qui idem cum Baccho] sacris serpens aureus initiatis demittebatur in sinum, & eximebatur ab inferioribus partibus: idque ad Jovem referebatur, qui Draco factus Proserpinam compressit, ut ait Clemens Alexandrinus in Protreptico (*c*). IX. Idem Clemens, & Epiphanius existimant serpentibus cinctos evantes mystas Evam a serpente deceptam referre, addentes Hebræis *Evia* sine aspiratione mulierem esse, cum aspi-

[b] *Initio lib.* 1.

(c) *Matth. Ægyp. in S. C.*

aspiratione serpentem . X. Cadmi posteri, a quibus maxime culta Orgia, a Dracone geniti ob notam fabulam dicuntur [d]. XI. a Bacchis usurpati angues, vel ad terrorem viris incutiendum, vel ad pudorem tuendum, ut superius vidimus. XII. & ultimo tandem caussa potissima est rei nostræ maxime accommodata, cur geminos angues cum geminis facibus hæc Baccha deferat a Cerere derivari potest, quæ curru a duobus Draconibus tracto faces binas accensas habens in manibus vecta pingitur juxta illud Ovidii.

[d] *Eurip. in Bacchis v. 1153. Ovid. metam. lib. 3.*

Est specus exesi structura pumicis asper,
Non homini regio, non adeunda feræ.
Quo simul ac venit frenatos curribus angues
Jungit, & æquoreas sicca pererrat aquas.

At præter faces, & serpes monile dependens e collo, & decussatim ante pectus junctum Baccham nostram condecorat, quo quum ceteræ careant, non purum duntaxat muliebre ornamentum ducimus, sed vel Sacerdotii, vel Bacchici ritus, vel dignitatis insigne: adeo ut sit illa primaria Sacerdos, vel horum Sacrorum Regina. Quæ hactenus diximus de hac prima muliere, qualiacunque sint, ut æqui, bonique faciat Lector tres alias Bacchas pone sequentes, paucis expedimus.

Secunda igitur Thyrsum gestat, & personam, quibus a reliquis discernitur. Thyrsum satis omnes norunt, vel ipsi tirunculi hastam fuisse, cujus mucronem hedera circumdaret, additis etiam aliquando pampinis, & vittis. Ii Bacchantibus dati dicuntur, ut labantia temulentorum vestigia firmarent. In fabula etiam est armatas Thyrsis Bacchas pugnantes magnam in Bacchi victoriis partem habuisse, quod ajunt Bacchi strenui Imperatoris stratagema, qui non Baccharum agmen, sed milites muliebri stola induros, Thyrsisque armatos habuisse dicitur, ut superius vidimus.

Thyrsus porro dextra gestandus erat, ut ex Euripide habemus, (e) apud quem Pentheus ait. Πό-

[e] *In Bacchis v. 939.*

Πόθερα δὲ θύρσον, δεξιᾷ λαβὼν χερὶ,
Η᾽ τῇδε βάκχῃ μᾶλλον εἰκασθήσομαι;

At qua manu Thyrsus ferendus, dextera,
Læva ne, Bacchæ ut ipse sim simillimus?

Cui Bacchus.

Ε᾽ν δεξιᾷ χρὴ, χ᾽ ἅμα δεξίῳ ποδὶ
Αἴρειν.....

Dextra ferendus, & pulsanda dextero
Tellus pede......

Si Thyrsus itaque aliquando in lævam transfertur, id fit ob dexteram gravioris momenti re aliqua impeditam, ut in hoc loco, & sequenti marmore videmus. Thyrsus vero pineæ nuci similis est in conum desinens, hederæ fortasse foliis artificiose circumvolutis eam figuram reddentibus. Potest etiam pinea nux ipsi summo hastili superposita existimari. Ut ut tamen vel extremus ille Thyrsi conus strobilus sit, vel hederaceum ornamentum, utrumque Baccho sacrum est. Hedera redimitum Poetæ, ac Mythologi omnes describunt: Caussa inter alias potissima est, quod hedera vinum ab aqua secernat, & hederacea pocula istam elabi sinant, illud retineant: unde κισσύβιον apud Suidam dicitur Bacchi poculum, vel ex hedera, vel hedera coronatum, ut Pollux ait.

Vini itaque inventori Deo hæc erat planta consecrata, quæ dilutum ejecta aqua meracum restituit. Addita etiam fabula Cissum puerum dum Orgia celebraret præcipiti saltu elisum in hederam commutatum nomen illi dedisse: a Græcis enim κίσσος dicitur. (f) Pinus etiam in Liberi sacris usurpari solita ut ipsi sacra, vel quasi frugum omnium inventori, vel quod in solo, cujus ferocitatem ex pinis ortis agnosceret, sublatis pinis vites conserere docuerit:

(f) *Aleand. in expl. tab. Heliacæ pag.* 21.

homi-

homines, ut conjicimus ex Plutarcho (*g*), vel quod Cereri ſacra ſit hæc arbor, cujus πάρεδρος, & δαίμων dicitur a nonnullis Bacchus. Cereri vero cur ſacra ſi quæras, miſſis aliis parum certis cauſſis, recole, quod ex Ovidio attulimus de pinea tæda in Cereris Sacris data, ob geminam pinum ab illa accenſam, facisque loco correptam (*h*).

Caput autem, quod læva manu crinibus apprehenſum tenet, perſona eſt, vel ludis ſcenicis inſerviens, vel arbori ſuſpendenda. De Perſonis, ludiſve ſcenicis alibi. Verum oſcillum etiam hoc eſſe poteſt, vel, ut Græci ajunt, στοματίδιον, fictitium nimirum caput, quod ſummis arborum ramis appenderetur ad purgationem in aere ſignificandam, ut ſuperius diximus, vel ad parentandum Erigonæ ſuſpenſæ, ut apud Higinum [*i*], & Nonnum [*K*] legimus. Sollemne fuiſſe Bacchis hujuſmodi oſcilla, vel προσωπεῖα, ſeu imagunculas ex arboribus ſuſpendere probat *Montfaucon* (*l*) arborem perſonis Bacchicis onuſtam exhibens, afferenſque decantatum Virgilii verſum.

(g) Sympoſ. quæſt. lib. 5. quæſt. 3.

[h] V. Matth. Ægyp. pag. 51. S.C. explic.

[i] Lib. II. Aſtron. Poet. cap. 4., & fab. cxxxi.

(K) Dionyſiac. lib. ult.

(l) Tom. I. part. II. p. 252.

Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibique
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Hoc tamen loco oſcilla potius tabulam funibus pendentibus impoſitam alii interpretantur, in qua ſe ſe jactitarent, qui *Æora*, ſeu *Aletidas* celebrarent. *Oſcilla* quippe *mollia* malumus mobilia intelligere, ſeu quæ facile in utramque partem poſſint agitari, qui motus a phyſiologis oſcillatio dicitur, quam ut Matthæus Ægyptius intelligit, lintea, vel *bombycina*, aut ex alia molli materia, ut illius verbis utar, facta. Qua in re ipſe cum Montfauconio, aliiſque nonnullis fallitur, niſi fallimur ipſi. At hoc levius erratum. Craſſior eſſet, & erudito viro indignior error, ſi quis hoc eſſe humanum caput a Baccha per furorem amputatum contenderet; ut optime notat vir eruditiſſimus Marchio Maffejus, qui Montfauconium etiam inter eos enumerat, qui perſonas a capitibus diſtinguere non norunt, quum Bacchis in mo-

more fuisse eorum, qui obvii essent, cervices amputare, non uno in loco dixerit. Quod tamen Montfauconius in marmore ab Sponio allato Agavem, aut aliam Bacchantem caput humanum nuper recisum tenentem agnoscat, culpandus multum non est. Quis enim vetat eam esse Agavem filii recisum caput præferentem. Quam rem & multi Poetæ meminere, & inter ceteros copiose Ovidius, Nonnus, & Euripides in fabula de ipso composita. Rem itaque adeo celebrem in fabulis, quid mirum, si aliquod monumentum nobis expressam adhuc conservet? Id jam animadverterat Gronovius [*n*] verosimilem Agaves ita pingendæ consuetudinem ostendens ex hisce verbis Ovidii. (n) *Tom.1.CC.*

. . . . ululavit Agave,
Collaque jactavit, movitque per aera crinem,
Avulsumque caput digitis complexa cruentis
Clamat: Io, comites, opus hæc victoria nostrum est.

Et Horatii de Arte Poetica.

. . . . Caput abscissum demens cum portat Agave.

Verum age, si nobis antiquitatis tirocinium vix ponentibus fas est adolescentibus antiquis marmoribus explicandis operam daturis, quæ a nobis observata sunt communiá facere, monitos illos volumus posse vetustis in monumentis variæ indolis Bacchas occurrere, quemadmodum varia illorum gesta nobis a Poetis, & Mythologis, & Historicis descripta relicta sunt. Præterquam itaque pro variis ritibus, quibus sacra Bacchi operarentur mulieres, variæ possunt esse illas pingendi, insculpendique rationes; distinguendæ sunt illæ, quæ sacro furore, Deique numine plenæ discurrunt, & saltatione, vel alia Liberum colunt cæremonia, ab iis, quæ immani furore, vesanaque rabie actæ, vel in cædem ruunt, vel e cæde cruentæ cum occisorum capitibus revertuntur.

Hu-

Hujusce postremi generis quot esse possint a Poetis discere facile est. Poetarum vero carmina, iterumque iterumque dicemus, remotissimæ omnis antiquitatis veræ fodinæ sunt, in quibus eædem sæpe icones, & picturæ, quæ in saxis, non minus graphice formatæ ipsis legentium subjiciuntur oculis. En itaque quot apud ipsos mulieres efferatæ. Lami filiæ primæ Bacchi nutrices furore a Junone immisso, ut Nonnus ait (*o*).

[o] *Lib.* 9. *v.* 40. & 50.

Ἐν δὲ δόμῳ δμώεσσιν ἐπέχραον, ἐν τριόδοις δὲ
Ξεινοφόνῳ δαιτρεῦον ὁδοιπόρον ἄνδρα μαχαίρῃ
. . . .
Νήπιον εἰσέτι Βάκχον ἐμιστύλλοντο μαχαίρῃ,
Εἰ μὴ ἀσημάντοιο ποδὸς ληΐστορι ταρσῷ
Βάκχον ὑποκλέψας πτερόεις πάλιν ἥρπασεν Ἑρμῆς.

Cædebantque domi famulos, gladioque petebant
In triviis qui forte viator & Hospes, ut Hostem.
. . . .
Discerptusque foret Semeleius ipse puellus,
Ni pede furaci tacito delapsus in ædem
Mercurius gressu rapuisset . . . . .

Et argivæ Mulieres [*p*] apud eundem.

[p] *Lib.* 48. *v.* 483.

Ἔγραον ἐν τριόδοισιν ἐπὶ σφετέροισι δὲ δειλοῖς
Ἀρτιτόκοις βρεφέεσσιν ἐπωξύνοντο μαχαίραις.
Ὧν ἡ μὲν ξίφος εἷλκε καὶ ἔκτανεν υἱέα μήτηρ.
Ἄλλη δὲ τελέτηρον ἀπηλοίησε γενέθλῳ.
Καὶ τὶς ἀνεκόντιζεν ἐς ἠέρα κοῦρον ἀληθῆν
Εἰσέτι μασδόντα φίλον γλάγος.

Horrisono fremitu, & crudeli cæde furebant
In triviis, proprios in natos arma moventes.

Hæc

Hæc stricto ferro sobolem petit, illa triennem
Occidit puerum. Jaculatur in aera raptum
Altera ab uberibus fœtum.

Haud mitior est Ino eandem ob causam furens, & Themisto proprios interimens filios [q]. Quid si eas addemus eodem ex auctore puellas, quæ a Baccho corruptæ sibi mortem intulere, aut eas Bacchantes, quæ strenue pugnantes peracta multorum virorum cæde, quod eorum virtutem imitatæ sint Mimmallones dictæ, ut Mythologi tradunt? Quid Myniades ob spretum Bacchum furentes, & carnium esum petentes, Hypasumque Leucippes filium dilaniatum, ut Plutarchus ait in quæst. Græcis? Philomeles vero, & Prognes furor, peractumque per Bacchanalia facinus quem fugit? Nonne Ithyos *caput Philomela cruentum misit in ora patris* (r).

[q] *Ibidem.*

[r] *Ovid. metam. 6.*

Verum Bacchæ nostræ pacatissimæ sunt, & nil habent truculentiæ, & tertia maxime canistrum fructibus plenum deferens, *κανηφορος* est, seu canistrifera. Spicæ, uva, pinea nux, amygdala, & alia poma, quid aliud sunt, nisi munera Diis omnium frugum inventoribus? Tempus illa præterea hujusce celebritatis nos docet, quæ autumnalis censenda est, *mitibus* enim *pomis autumnus effert* onustum *caput*, ut Horatius ait Epodon primo.

Ultima tandem, quæ claudit agmen, hædina pelle pectori circumdata, & cultro, quem dextra stringit, & hædo, quem anteriori apprehensum pede læva tenet, insignis est. *Baccho Caper omnibus aris ceditur*, luitque ille pœnas corrosæ vitis juxta illud Ovidii.

Sus dederat pœnas exemplo territus hujus,
Palmite debueras abstinuisse caper.
Rode, caper, vitem: tamen hic, quum stabis ad aram,
In tua, quod fundi cornua possit, erit.

Idem

Idem venustum distichon Græcum (s) habet.

[s] *Anthelog. Græc. lib. 1.*

Κἤν με φάγης ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
Ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι, τράγε, θυομένῳ.

Nec solo cruore dat pœnas caper, sed pelle etiam in utrem formata, unde illud ad Ascolia alludens.

. . . . *Unctosque etiam saliere per utres.*

Quid mirum itaque, si mactandus hædus rapitur, & hædinis etiam pellibus Bacchantes sese cingerent, quem morem pluribus in locis Nonnus præ ceteris describit?

Hoc igitur Marmor quatuor exhibet Bacchas, quæ, postquam de die consuetis ritibus satis bacchatæ erant, de nocte fortasse ad aliquod Bacchi, vel Cereris templum lætæ contendunt fructuum primitias oblaturæ, & litaturæ.

Singula, quæ conjecturis dijudicari poterant, explicuimus: si quid omisimus, lector poterit in allatis a nobis authorum locis investigare.



IV.

I V.

ALTERA BACCHANTIUM TABULA.

ALtera jam ſpectanda eſt Bacchantium cohors nuper deſcriptæ ſimilis, & velut ex adverſo reſpondens. Quatuor itidem Bacchæ ſunt; par numerus, æque hilaris pompa: veſtes eædem. Iſtæ tamen omnes præter talarem, & breviorem tunicam, pallam adhuc, ſeu pallium variis flexibus corpori, ut Plautina utamur voce, contortuplicatum habent; quod ex ceteris ea tantum habet, quæ fruges defert. Pedes nudi omnibus: comæ nodo colliguntur, ceterum effuſæ. Jactatio capitis feſtivæ letitiæ modum non excedit. Eadem eſt in utroque marmore artificis manus, idem ſcalprum, eadem utrique lapidi corona, eadem utrique venuſtas, & antiquitas, niſi quod iſtud minori cura ſervatum graviores tulit temporis injurias, aut alio caſu adeo nonnullis in locis attritum fuit, ut quid præ manibus aliquæ Bacchæ haberent, vix conjecturis dignoſcere queas. Prima utramque manum re aliqua impeditam habet; quidnam rei ſit extricare difficile: ex artuum tamen flexu, ac geſtu, brachiorumque, manuumque veſtigiis, conjectamus eam cymbalis ludere altera manu ſupina, altera prona, facie tantiſper ad comites a tergo ſequentes reflexa, qui profecto corporis σχηματισμὸς, ſeu geſtus cymbalis ludentium proprius eſt. Multa porro muſices inſtrumenta, ne dicam pene omnia Liberi, & Cereris ſacra lætiora, & auguſtiora reddebant, veluti tympana, ſiſtra, tibiæ, crotala, & alia id genus, inter quæ cymbala videntur fuiſſe hiſce feſtis peculiaria.

Vocamus cum Pitiſco cymbala, non, ut aliqui, crotala duo rotunda, & concava vaſa ærea, quæ inter palmas tenebant, & magno ſimul impetu collidebant, ita ut labrum labro, id eſt concavi unius orbis peripheria alterius peripheriæ reſponderet, ingentemque crepitum ederet. Hujuſcemodi inſtrumenta inter manus Bacchantium multa penes Montfauconium, alioſque videre eſt. Fuiſſe hæc Bacchi propria poetarum etiam non unus oſtendit locus. *Æra rotunda* Cybeles vocat Propertius (*a*), *cava cymbala recrepantia* Catullus (*b*), *gemina æra* Statius [*c*]: de illis fortaſſe Ovidius [*d*].

[a] *Lib.* 4. *el.* 7. *v.* 61.
[b] *De Berec.* & *Aty.*
[c] *VIII. Theb.* 221.
[d] *Faſt. IV.* 183.

Æraque tinnitus ære repulſa dabant.

Qui igitur ea pulſabant, alteram ex hiſce æreis cuppis læva tenebant, itaut concava ſuperficies Cœlum aſpiceret, alteram dextra concava parte terram verſus, atque a ſiniſtro latere cervice tantiſper in dexteram partem flexa. Qui corporis geſtus, & inceſſus ipſiſſimus hic eſt. Cymbaliſtriam itaque hanc eſſe fœminam quiſque facile cenſebit, quanquam cymbala inter palmas tempus deleverit.

Altera thyrſum læva habet, dextra vero rem aliquam Baccho, aut Cereri ſacram, puta vel hederam, vel ſerpentem, vel uvam.

Tertia thyrſum etiam habet, altera vero manu perſonam Bacchicam, ut opinamur, vel caput hominis fictitium, qua de re ſuperius dictum.

Quarta paullo vehementiori præ ceteris furore diſcurrit, pallium tantummodo utraque manu tenens, & caput quaſſans, quod proprium eſſe Bacchantium, tum ex Poetis, tum ex marmoribus intuemur ſæpiſſime.

Itaque iſtæ quatuor omnino ceteris ex adverſo reſpondent, & optime ita ſub Regii Athenæi porticibus fuere collocata, ut ſibi invicem reſpondentes, ingredientium obtutibus ſtatim obviæ reſpondeant, quo prorſum ordine

dine has duas tabulas aliquo in templo, aut in alicujus theatri aditu ſtetiſſe veritati proximum eſt. Nam ita poſitæ pari numero, parique gradu eodem videntur contendere. Utrobique dux veluti agminis prima mulier ceteras invitat, altera facibus viam præmonſtrans, altera cymbalorum ſonitu proludens. Utrobique quæ ſequuntur aut Bacchi, Cereriſve armis, aut donis Deorum deferendis ſunt occupatæ. Illic thyrſus, perſona, & fruges; hic duo thyrſi, perſona, & aliquid aliud Baccho ſacrum. Utrobique quarta agmen claudens religioſior, & efferatior videtur. Illic ſacerdos hædum βαρβαρικωτέρῳ modo apprehenſum mactatura trahit, iſtic Deo veluti plenior Baccha, pallium utraque manu tenens, & caput jactitans Evohe magno clamore perſonat. Plura hic addere ſupervacaneum exiſtimamus.





Vittorio Labranche sculp

V.

TERTIA BACCHANTIUM TABULA.

MOdeſtas adhuc, pacataſque vidimus Bacchas. Impudentiſſime furens Mœnas nunc ſe ſe noſtris offert obtutibus. Quid enim in muliere furorem, & impudentiam magis indicat, quam flagitioſa nuditas? Capilli præterea paſſi, quaſſatio capitis, corporis contorſio præ ſe fert inſaniam. Quæ mulierculæ ſit indoles, & habitus perſpicuum eſt: at quæ cauſſa, quive ſcopus furoris, quid agat, quove feratur, cognitu difficilius. Aræ cuidam ſertis ornatæ dextero genu innititur. Muliebrem icunculam præ manibus tenet. Ex adverſa parte quædam ſtat Herma cum barbati viri capite. Hæc ita fas eſt utcunque interpretari.

Mulier eſt temulenta, & epoto plena Deo. Baſis, cui innititur, ara fortaſſe Bacchi ſacris deſtinata. Herma vel Pani, vel Sileno, vel alii hujuſmodi συνέδρῳ nempe ſocio Liberi Deo poſita. Icuncula Bacchæ manibus geſtata ſtolati, ſeu muliebri amictu induti nobis creditur Bacchi eſſe. Quibus hæc noſtra interpretatio ſtet conjecturis, paucis expedimus.

Furor muliebris in antiquis monumentis ad Bacchum pertinentibus expreſſus, ut jam dictum eſt in primum Bacchanalium marmor, multiplex eſſe poteſt, variiſque a cauſſis proficiſci: vel nimirum a furore, vi, & indignatione Dei alicujus immiſſo, veluti Bacchi nutrices a Junone, Minyeides, & Argivæ mulieres a Baccho in furorem actæ, Agave, aliæque Thebanæ mulieres ab eodem Baccho in Pentheum excitatæ; vel ab ira vehementius concepta, qua nonnunquam ſtimulante Bacchides data opera Dionyſiacos ritus in

 furia-

furialem rabiem converterunt: vel a dolore, quo Ino superante furit apud Nonnum, & Æora laqueo se suspendit, & Aura in Veneris, & Cupidinis statuam sævit: vel denique ab ipso vino, quo madentes aliquando mulierculas omnino expudoratas discurrere, saltitare, ululare, multaque visu, & dictu turpia facere consuevisse verosimillimum est, multisque etiam & monumentis, & auctorum testimoniis comprobatum. Temulentia vero præ aliis caussis hoc loco nobis magis arridet, quia iracundi furoris nulla videmus vestigia; sed hæc potius est inter sacros ritus immanis hilaritas, & protervia, quam ex epoto vino natam aliud nos marmor docet apud Montfauconium [a], quod ut Lector cum nostro conferat illius oculis hic subjicimus. Ibi nuda fere penitus mulier corpus, ut nostra, contorquet, & supinat sursum in cœlum intuens: manibus vero choraulæ duplici tibia ludentis imagunculam tenet: a læva mulierculæ Herma est caput hominis cornutum habens, quod Bacchi esse opinatur Montfauconius. Altera ex parte vir nudus intra lacum vinum ex calcatis uvis recens expressum large bibit: qua ex re conjicimus hujusmodi mulierculæ furorem ab immodica potatione profectum.

(a) Tom. 1. p. 2. l. 1.

At Bacchi diximus esse muliebre simulacrum, quod utraque manu sursum tollit fanatica femina. Cur ita?

Suspicio quidem primum subierat animum, num aliquid hic simile occurreret Auræ furori a Nonno descripto in fine libri ultimi. Veneris illa statuam arreptam, nudatam, flagrisque egregie cæsam demersisse dicitur; at quum nulla hanc nostram opinionem adjuvaret conjectura, non huic uni acquiescendum censuimus.

Cujusdam etiam apprime docti viri monitu, & auctoritate adducti sumus, ut suspicaremur hujuscemodi icunculam alicui veneficio esse destinatam, mulierculamque veneficam esse, Canidiam puta, aut Saganam, quarum incantationes ope etiam imaguncularum factas innuit Horatius, penes quem Canidia sic suam jactat artem Epodon XVIII.

An



An quæ movere cereas imagines
[Ut ipse nosti curiosus] & polo
Deripere Lunam vocibus possim meis
. . . .
Plorem artis in te nullum habentis exitum ?

Et Priapus de Canidia , & Sagana sic ait Satyra VIII. lib. I.

Vidi ego met nigra succintam vadere palla
Canidiam pedibus nudis , passoque capillo
Cum Sagana majore ululantem . . . .

Deinde icunculas incantationi destinatas describit.

Lanea , & effigies erat, altera cerea ; major
Lanea , quæ pœnis compesceret inferiorem .
Cerea suppliciter stabat , servilibus usque
Jam peritura modis.

Ex hisce Horatii versibus , & ex Virgilii Pharmaceutria, & ex Idyllio Theocriti secundo discimus veneficas mulierculas uti consuevisse imagunculis eos referentibus, quorum erga se amorem excitare cupiebant , & cereas præcipue usurpasse , quas igni admoverent, opinantes, ut eas calore , sic amasios amore colliquefieri. Theocritus.

Ὠ'ς τῦτον τὸν καρὸν ἐγὼ σιὼ δαίμονι τάκω,
Ὠ'ς τακόιθ' ὑπ', ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δέλφις.

Ut præsente Deo dextra hanc emollio ceram ,
Mindius uratur nostro sic Daphnis amore .

Virgilius vero ut totum Idyllium, sic hos versus imitatus.

Limus ut hic durescit , & hæc ut cera liquescit
Uno & eodem igni , sic nostro Daphnis amore .

 Ænei-

Æneidos vero IV. Dido magica sacra præparare stimulans Æneæ

Effigiemque Toro locat.

Hujusmodi autem imagines laneas, luteas, cereas, non affabre tornatas, & expolitas, sed rudes, informes, & extemplo factas fuisse verisimile est; massam nimirum, ut opinamur, aliquam ex quapiam hujusmodi materia, qualicunque modo compactam statuebant ajentes. Hæc esto effigies Daphnidis.

Hæ sunt conjecturæ, quibus veneficio alicui intenta femina huic marmori adstrui potest. At contra non pauca sunt, quæ secus esse suadent. Nam nulla hic Priapi effigies, ante quam penes Horatium Canidia, & Sagana suas exercent incantationes; nullus ignis, cui admoveatur statua, sine quo nullum fere apud antiquos hujusmodi veneficii genus; nuda fere prorsus hic muliercula; at Horatius *pedibus nudis vadere* Lamias dicit. Imo unum tantum nudabant pedem veneficæ. Quare Medea apud Ovidium lib. V. Metamorphoseos.

Egreditur tectis vestes induta recinctas,
Nuda pedem.

Et Dido apud Virgilium sacra magica operari dicitur.

Unum exuta pedem vinclis in veste recincta.

Præterea quæ est in nostræ feminæ manibus icuncula, polita admodum est, & egregium toreuma, non informis imago e cera, vel limo, vel lana utcunque extemplo formata, quemadmodum factitatum esse ab antiquis Lamiis verisimile est.

Hæ sunt caussæ, quibus minus verosimile fit aliquod hic subesse veneficii genus. At si revera subesset, nihil ne ad Bacchicos ritus facit hoc marmor? neque hoc dici potest;

nam

nam Priapum aut Bacchi sodalem, aut eundem cum Baccho a Mythologis dici alibi vidimus. Rursum ante Priapi simulacrum Canidia, & Sagana magica carmina canunt, & apud Petronium Oenothea Priapi Sacerdos multis versibus ea omnia se posse dicit, quod fieri magicis carminibus potest.

Quidquid in orbe vides paret mihi ....
Quid leviora sequor? Lunæ descendit imago
Carminibus deducta meis ....

Sed enim, ut ad rem nostram redeamus, longe verosimilius nobis videtur hæc, quam proterva, & ebria Baccha manibus habet, Bacchi stolati, uti diximus, effigies esse. Multifariam quippe pingitur Bacchus, modo corniger, modo sine cornibus, modo barbatus, modo imberbis, modo seminudus, & inermis, modo armatus, modo stola muliebri indutus, ut ex variis Montfauconii tabulis certissimum est. [b] Sic a Luciano in Dialogo Junonis, & Jovis θηλομίτρης, *feminea redimitus mitra* Bacchus dicitur, & de illo Ovidius Metamorphoseon III.

(b) *Tom. 1. p. 2. Tab. 247. & seqq. & suppl. tom. 1. p. 156.*

Virginea puerum ducit per littora forma.

Et Statius lib. 1. Achilleidis.

Sic decet aurata Bacchum vestigia palla
Verrere.

Nonnus vero lib. XIV. [c] a nutricibus puellari amictu indutum dicit, ut Junonem lateret.

[c] *Vers. 159.*

Πῆ δὲ γυναικείην φορέων ψευδήμονα μορφὴν
Μιμηλὴ κροκόπεπλος ἐν εἵματι φαίνετο κούρη.
Ἀντιφάνης φθονερῆς δὲ παραπλάζων νόον Ἥρης
Χείλεσιν ἀντιτύποισιν ἀνήρυγε θῆλυν ἰωήν.

Sæpe

VI.

QUARTA BACCHANTIUM TABULA.

DUAS itidem hasce mulieres in Bacchantium album referre placet, quarum altera thyrso innititur, altera cultrum dextra stringit, utraque hædi in duas partes dissecti suam partem rapit, ita ut in contrarias partes aversis vultibus ululantes abeant. Mos iste cædendi hinnuli, ut facile quisquis videt, non religiosus est, sed truculentus, nec sacrificium istud est, sed belluæ Baccho inimicæ inter furorem cædes, seu barbarus ritus sese brutorum sanguine occisorum inquinandi, crudasque vorandi carnes in Omophagiis Dionysiacis, ut vidimus, observari solitus. Non parum vero furoris in hisce mulieribus præseferunt incessus præceps, capitis contorsio, torvus vultus, & laxiores circa humeros tunicæ exertas nudantes mammas. Bacchantes autem non solum se fœdantes belluarum sanguine, verum etiam in greges, & armenta involantes, clademque edentes miserrimam Euripides, & Nonnus describunt. Apud illum Nuntius Pentheo [a] factam a Bacchis armentorum cædem vel sine gladiis narrat.

[a] *In Bacchis v. 735. & seq.*

. . . . αἱ δ' νεμομέναις χλόην
Μόσχοις ἐπῆλθον χειρὸς ἀσιδήρου μέτα.
Καὶ τ μὲν ἂν προσεῖδες εὔθηλον πόριν
Μυκωμένην ἔχουσαν ἐν χεροῖν δίχα.
Ἄλλαι δὲ δαμάλας διεφόρουν σπαράγμασι.

. . . . *Illæ inermi dextera*
Herbosa vitulos pervagantes pascua
Cædunt; Juvencam mugientem cornibus
Tenebat illa, captum ut hostem prælio;
Hæc distrahebat lacera vacchæ tergora.

Non

Nonnus vero ita illarum furorem describit.

Ὧν ἡ μὲν βοέην ἀγέλην διατρέσσατο ταύρων,
Ῥινοτόρῳ καὶ χεῖρας ἑὰς ἐμήνατο λύτρῳ
Ταυρείῳ ὀνύχεσσι διαχίσουσα καλύπτην
Τρηχαλέῳ. Ἑτέρη δὲ δαφοινήεντι κορύμβῳ
Εἰροπόκων ἄῤῥηκτα διέτμαγε πώεα μήλων.
Ἄλλη δ' αἶγας ἔπεφνεν.

Pars armenta petit, nitidos mactare juvencos,
Taurinasque juvat pelles deglubere diris
Unguibus, & sanie dextras fœdare cruentas;
Lanigeras pars cædit oves, laniatque capellas,
Insequiturque gregem thyrso, multoque corymbum
Sanguine respergit.

Nec desunt alia nostro similia monumenta, ut illud, quod Montfauconius habet. (b) Quatuor ibi Bacchæ saltitant, quarum una thyrsum habet, sectique hinnuli anteriorem partem averso a ceteris vultu rapit, ita ut alteri e nostris sit perquam similis.

(b) Tom. 3. p. 2. Tab. clxxii.

Quinimo marmor simillimum nostro in ipso thesauri aditu Gronovius edidit [c]; at de Parcis exponit. Atropon, ait, & Lachesim esse cædentes æquis partibus, utpote justas, hinnulum, qui humanæ vitæ refert celeritatem, idque aversis vultibus, ne ulla commiseratione moveantur, & alia nonnulla addit, ingeniose quidem satis, an vere, non ausim dicere. Illi enim postquam viderat in priori Tabula Promethei adpictam Clothon, reliquas duas Parcas cogitanti oblatæ hæ duæ mulieres Lachesis, & Atropos continuo visæ sunt, præsertim quum eæ in mentem venerint conjecturæ, quæ non sunt inanes, si vel monumenta ulla, vel scriptorum testimonia Parcas duas aliquando solas pingi, & hinnulum in illarum allegoria pro stamine locum habere nos doceant. Ceterum e nostris prima thyrsum habet, cujus non obscura supersunt vestigia; Gronoviana baculum tenet, seu fortasse νάρθηκα, seu ferulam in Bacchicis pro thyrso usurpatam. Ut hasce feminas itaque Bacchantes credamus, non infirma suadent argumenta, ut Parcas, vix leves conjecturæ.

[c] Tab. 6 so. 1. Antiq. Græc.

VII.

VII.

QUINTA BACCHANTIUM TABULA



[illegible]
Exprimit; hic socii patulos irrorat hiatus,
Irriguumque mero sordet mentumque, sinusque,
Ebriaque incertis titubant vestigia plantis.

Non

Nonnus vero ita illarum furorem describit.

> Ὧν ἡ μὲν βοέην ἀγέλην διατράσατο ταύρων,
> Ῥινοτόρῳ καὶ χεῖρας ἑὰς ἐμήνατο λύτρῳ
> Ταυρείῳ ὀνύχεσι διαχίσουσα καλύπτην
> Τρηγαλέην. Ἑτέρη δὲ δαφοινήεντι κορύμβῳ
> Εἰροπόκων ἄρρηκτα διέτμαγε πώεα μήλων.
> Ἄλλη δ᾽ αἶγας ἔπεφνεν.

> *Pars armenta petit, nitidos mactare juvencos,*
> *Taurinasque juvat pelles deglubere diris*
> *Unguibus, & sanie dextras fœdare cruentas;*
> *Lanigeras pars cædit oves, laniatque capellas,*
> *Insequiturque gregem thyrso, multoque corymbum*
> *Sanguine respergit.*

Nec desunt alia nostro similia monumenta, ut illud, quod Montfauconius habet. (*b*) Quatuor ibi Bacchæ saltitant, quarum una thyrsum habet, sectique hinnuli anteriorem partem averso a ceteris vultu rapit, ita ut alteri e nostris sit perquam similis.

(b) *Tom. 3. p. 2. Tab. clxxii.*

Quinimo marmor simillimum nostro in ipso thesauri aditu Gronovius edidit [*c*]; at de Parcis exponit. Atropon, ait, & Lachesim esse cædentes æquis partibus, utpote justas, hinnulum, qui humanæ vitæ refert celeritatem, idque aversis vultibus, ne ulla commiseratione moveantur, & alia nonnulla addit, ingeniose quidem satis, an vere, non ausim dicere. Illi enim postquam viderat in priori Tabula Promethei adpictam Clothon, reliquas duas Parcas cogitanti oblatæ hæ duæ mulieres Lachesis, & Atropos continuo visæ sunt, præsertim quum eæ in mentem venerint conjecturæ, quæ non sunt inanes, si vel monumenta ulla, vel scriptorum testimonia Parcas duas aliquando solas pingi, & hinnulum in illarum allegoria pro stamine locum habere nos doceant. Ceterum e nostris prima thyrsum habet, cujus non obscura supersunt vestigia; Gronoviana baculum tenet, seu fortasse νάρθηκα, seu ferulam in Bacchicis pro thyrso usurpatam. Ut hasce feminas itaque Bacchantes credamus, non infirma suadent argumenta, ut Parcas, vix leves conjecturæ.

[c] *Tab. 6. to. 1. Antiq. Græc.*

VII.

VII.
QUINTA BACCHANTIUM TABULA



Exprimit; hic socii patulos irrorat hiatus,
Irriguumque mero sordet mentumque, sinusque,
Ebriaque incertis titubant vestigia plantis.

Non

Nonnus vero ita illarum furorem deſcribit.

> Ὧν ἡ μὲν βοέην ἀγέλην διατρώσατο ταύρων,
> Ῥινοτόρῳ καὶ χεῖρας ἑὰς ἐμήνατο λύτρῳ
> Ταυρείῳ ὀνύχεσσι διαχίσσουσα καλύπτην
> Τρηχαλέην. Ἑτέρη δὲ δαφοινήεντι κορύμβῳ
> Εἰροπόκων ἄρρηκτα διέτμαγε πώεα μήλων.
> Ἄλλη δ᾽ αἶγας ἔπεφνεν.

Pars armenta petit, nitidos mactare juvencos,

non obſcura ſuperſunt veſtigia; Gronoviana baculum tenet, ſeu fortaſſe νάρθηκα, ſeu ferulam in Bacchicis pro thyrſo uſurpatam. Ut haſce feminas itaque Bacchantes credamus, non infirma ſuadent argumenta, ut Parcas, vix leves conjecturæ.

VII.

VII.

QUINTA BACCHANTIUM TABULA VINDEMIAM EXHIBENS.

FEstiva per vindemiam turba genio indulgens, magnosque novo temeto spumantes exhauriens calices, nonne Virgilianum illud hilari concentu iterare videtur (*a*).

(a) Georg. 2.

Huc, pater o Lenæe, tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo gravidus autumno,
Floret ager: spumat plenis vindemia labris.
Huc pater, o Lenæe, veni, nudataque musto
Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.

Nec absimilia, nostroque marmori non parum congrua lusit Politianus (in Rustico) Virgilio non *longo proximus intervallo*.

Ecce autem dulces labris pater ingerit uvas
Autumnus, crebræque elisus verbere plantæ
It per prela latex, puerique examine denso
Exsultant, lasciva cohors circumque, supraque.
Ille manu panda pronus bibit, alter ab ipso
Sugit musta lacu crepitantibus hausta labellis;
Hic sua suspensum resupinus in ora racemum
Exprimit; hic socii patulos irrorat hiatus,
Irriguumque mero sordet mentumque, sinusque,
Ebriaque incertis titubant vestigia plantis.

Non

Non modicam vero, sed insolentiorem præsefert hilaritatem expressa in hoc marmore ludibunda cohors omnem sexum, ætatemque complectens. Quatuor feminæ, cum totidem viris, ac tres barbati senes una simul indiscriminatim accumbunt, quoddam super stragulum extensis desuper aulæis, quibus a solis radiis tuti opaca in umbra quiescant. Mulier primum sedens fidibus ludit, quam juxta ex adverso jacet seminudus senex concentum auscultans, dextra versus feminam protenta, quasi admirans, poculumque ingens musto plenum sinistra tenet. Talis alicubi depictus visus est nobis Anacreon. Huic adjacet imberbis juvenis eodem conversus, & nudus. Post hunc mulier nescio quod sertum præ manibus habens. Deinceps vir alius magnam exhaurit cuppam, qua ejus pene tota obruitur facies, humerosque ille supinus retrorsum incurvat. Proximus huic alius pronus in ventrem jacet, poculumque plenum propter accubantis feminæ labris admovet, ut bibat increpitans. Sequitur senex armatus etiam panda cuppa, conversus ad juvenem, qui supinus cum sublato manibus puello ludit. A tergo juvenis mulier botrum inter illius, puerique os pendentem tenet. Ultimus tandem senex musto brachia tinctus jocundantibus sese, vinoque ingurgitantibus veluti supervenit, & nimiam ex temulentia proterviam exprobrat indignabundus; iste recalvaster est, calvum vero Silenum cum Baccho pictum refert Athenæus. [*b*]

[b] *Lib. XI. Deipnosoph.*

Cuinam porro sacra hæc vindemialis festivitas nisi Baccho? Lenæa illa, quæ in honorem Bacchi celebrata in Attico agro per autumnum vidimus, quibusnam peracta opinemur ritibus, nisi thiaso, libatione, crebrisque inter premendum vinum potatiunculis, & cantionibus? Lenæum ληναῖον locus ille in Attico agro dictus ἀπὸ τῦ λήνυ a torculari ibi primum posito. Atticorum vero morem secuti ceteri Græci populi, ut opinor, vindemiæ festum Lenæo Baccho sacrum pari pompa celebrarunt. Inde ληναῖος a Græcis omnibus, & Lenæus a Latinis etiam appellatus Liber ob allatum etymon, non a leniendo, ut somniatur Do-

natus

natus in Virgilium. Eundem ἐπιλήνιον vocat Orpheus in hymno, quasi torcularium præsidem, & festiva Baccho dum premeretur vinum decantata carmina ἐπίληνοι ὕμνοι ab Anacreonte dicuntur.

Nec minus apud Romanos vindemia sacra habebatur, ejusque *non levis cura fuit in Latio*, ut Varro testatur [*c*], adeo ut aliquot in locis vindemiæ primum a *Sacerdotibus publice fierent*, Romæ vero Flamen Dialis easdem auspicaretur. At sacra primum, ut ex Varronis citato loco patet, Jovi, non Baccho vindemia fuit. Ita sane, nam & ea vinalia, quæ IX. Cal. Majas Veneri, & ea, quæ XIV. Cal. Sept. fiebant, de quibus Varro, Jovi sacra fuisse certum est apud eruditos. Verum deinceps Romæ coli ceptum vindemiale festum Libero sacrum, cujus auctorem Julium Cæsarem facit Servius de Cæsaris morte, quintam explicans Virgilii Eglogam, ut ex interpretibus multi. En Poetæ versus, & interpretis verba.

[c] *Lib. V. de L.L.*

Daphnis, & Armenias curru subjungere tigres
Instituit, Daphnis thiasos inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.

Hoc aperte ad Cæsarem pertinet, quem constat primum sacra Liberi patris transtulisse Romam.

Ne tamen ita hæc Servii verba quispiam accipiat, quasi tum primum Liberalia Romam fuerint illata, quæ in libera Republica pridem viguerunt, & in XV. Cal. Aprilis incidebant. Sed nova Cæsar Liberalia instituit, quæ Lipsius notis in Taciti annalibus (*d*) non alia fuisse censet ab illo vindemiæ sacro, quod Tacitus meminit impudentissimæ Messalinæ Claudii Imperatoris conjugis Bacchantis fanaticum furorem ita describens. *At Messalina adulto autumno simulacrum vindemiæ per domum celebrabat: urgeri prela, fluere lacus, & feminæ pellibus accinctæ assultabant, ut sacrificantes, vel insanientes Bacchæ. Ipsa crine fluxo, thyrsumque quatiens, juxtaque Silius hedera vin-*

[d] *Lib. XI.*

vinctus gerere cothurnos , jacere caput , ſtrepente circum procaci choro.

Hoc itaque vindemiale feſtum Bacchicis ritibus concelebratum *adulto autumno*, nempe autumno modice progreſſo; menſe nimirum Octobri, juxta Lipſium, cujus hæc ſunt verba : *adulto autumno , ideſt menſe Octobri . Itaque etiam in Horologio veteri Romæ ſignatum eo menſe VINDEMIÆ SACRUM LIBERO* . Idem auctor eſt quo tempore hæc liberalia , ſeu ut ita dicam *vindemialia* Cæſar in Bacchi honorem inſtituit, cuſum fuiſſe Romæ in laudem Cæſaris nummum , in cujus altera parte C. *Vibius Rufus* , & impreſſa ara, cui perſona hiſtrionia impoſita adjunctis thyrſo, & tigri [de quo in ſequenti diſſertatione mentio iterum fiet]. Ex hoc vindemiali feſto fluxit etiam conſuetudo non ſolum ab Ethnicis , ſed a Chriſtianis etiam Imperatoribus obſervata, ut per triginta dies in villa vindemiæ tempore cum amicis ſuaviter jocundarentur. Hinc omnes etiam actiones , omniſque opera forenſis per eas vindemiales ferias ceſſabat a X. Cal. Sept. uſque ad idus Octob., ut Theodoſius habet . [*e*]

(e) *Lib. II. cod. de Feriis.*

At quorſum iſta ? Nihil ne aliud exhibet hoc marmor præter vindemiam vel ad Græca Lenæa , vel ad vindemiale Romanum feſtum referendam ? Ita plane, quantum noſtra opinio eſt , ſi quis magis oculatus novum aliquid ex penitiori deductum mythologia deprehendat, magnam ei habebimus gratiam. Torqueat, cui volupe eſt, ingenium ſuum, ſcruteturque quinam iſte puellus , qui ſenes , quæ mulieres, quid aliud vel auctor, vel ſculptor in mente habuerit præter ruſticum per vindemiam Thiaſum , ſolutamque lætitiam , qualem Poetæ ſæpe deſcribunt, ut Nonnus (*f*) ubi primam Bacchi vindemiam [*g*], & ubi ruſticos ebrios; & Anacreon ubi canit (*h*) τὸν μελανοχρῶτα βότρυν , nigricantem uvam .

[f] *Lib. XII. verſ. 337.*
[g] *Lib. XLVII. verſ. 110.*
[h] *Ode LII.*

Pauca tantum minus ſaturum lectorem monere adhuc poſſumus . Harum veſtes mulierum eædem ſunt cum illis, quas hactenus vidimus . Aulæa hujuſmodi extenta in Bacchi-

chicis thiasis, pellesque aliquando ferarum aulæorum loco extensas videre est apud Montfauc. [i]. Vindemiam a Geniis factam apud eundem (K). Id rei, cui primus innititur senex an pulvinar sit, an corbis, an aliquod ad sacrificium spectans, vel ad vindemiam instrumentum discernere difficile est admodum. Cyathi quibus bibitur, observandi sunt. Capaciores omnes, non tamen eadem est omnium forma. Unus in primi senis manu profundior est, & bovis cornu imitatur alludens mori antiquorum, qui bovis cornu in honorem Bacchi bibebant. Alii pandi potius patulique sunt, & vel unam tantum, vel nullam ansam habent. Athenæus Deipnosophist. lib. XI., in quo multorum apud Græcos poculorum nomina, formamque edisserit, Cotylos, Κοτύλας, vocat, μονῶτα ποτήρια, pocula unam tantum ansam habentia, eosque a Pamphilo existimatos inquit poculi genus Baccho peculiare. Qui plura de poculis cupit, Athenæum adeat: nemo non indoctus ignorat memorata duplici in loco a Virgilio Carchesia, quasi pocula Baccho peculiari ratione sacra. Æneid. lib. I.

(i) *Tom. II. p. I. pag. 194.*
(K) *In supplem. tom. I. p. I.*


Hic duo rite mero libans Carchesia Baccho.

Et Georg. lib. IV.

. . . . . *cape Mæonii Carchesia Bacchi.*

At volunt eruditi *Carchesium* poculi genus fuisse procerum, geminisque ansis a summo ad imum pertinentibus instructum, ut Macrobius lib. V., Saturn. cap. XXI., & Athenæus lib. XI. docent; adeoque cum crateribus in hoc nostro marmore descriptis convenire non posse certum est.

P: 83:



VIII.

SEXTA
BACCHANTIUM
TABULA
PERSONAS BACCHICAS
EXHIBENS.

VIndemiali festo recens descripto scenicos addimus ludos nullatenus ab ipso sejungendos; & alterum hoc monumentum a Bacchi cultu neutiquam alienum, illud ipsum modo explanatum necessaria quadam conjunctione consequitur. Expressam hic intuemur maximam scenici apparatus partem, personas nimirum, aras, cymbalum, fistulam, & histrionicum baculum. Quibus de rebus antequam dicimus, quid Baccho cum theatro, ludisve scenicis commune sit, videndum est, & quandoquidem hæ personæ hedera, & corymbis ornatæ sunt, ea ipsa, quam attigimus Dionysia inter festa, & theatralia spectacula convenientia plenius explicanda.

Quatuor præcipuas ludorum scenicorum species enumerant Tragœdiam, Comœdiam, Satyram, & Mimos. Omnium singillatim originem, variaque inter se discrimina referre nostrum non est, sed tantum ex iis ostendere a quibusnam scenica res omnis profecta fuerit initiis, primumque ejusdem caput a Bacchanalibus arcessere. Si enim a fabulis, & remotissimorum temporum memoria ordiamur, Musicam, & Poesim, quæ duæ disciplinæ, quum de vetustissimo ævo sermo est, promiscue accipi possunt, imo debent Baccho gratas fuisse, & cum Dionysiacis Sacris fere

conjunctas reperiemus. Cybele (quam eandem esse cum Cerere vidimus, cujusque saltem orgia eadem cum Bacchanalibus) fistulam, tympana, cymbala, choreasque invenisse fertur, Marsyamque celebrem illum tibiarum inventorem, iisque suavissime ludentem comitem habuit erroris sui, quousque ad Bacchum in Nysam urbem ventum est, ubi celebris Apollinem inter, & Marsyam contentio huic exitialis exarsit (*a*). Dionysus autem, seu Bacchus, uterque enim idem est, novem virgines Musas appellatas suavissimi cantus ergo circumduxisse dicitur, illarumque studiis delectatus, & satyrorum risu, jocisque, scenicisque ludis, & Musicorum certaminibus a se institutis maxima perfundi solitus voluptate [*b*]. Ipsa praeterea Bacchi orgia Parnasso in monte celebrari solita Pausanias in Phocicis meminit a Thyadibus, Delphicisque mulieribus quotannis illuc convenientibus. Nec totus Apollinis fuit mons ille, sed ut, Lucanus ait (*c*), *Mons Phœbo, Bromioque sacer*. Hinc illa fluxit Atheniensium consuetudo, ut tribus potissimum Bacchi festis Διονυσίοις, Ληναίοις, & Χύθροις Poetæ carminibus, & fabulis certarent, ut ex Aristophanis Scholiaste, Diogene Laertio, Athenæo, aliisque docet Meursius (*d*). Hæc est etiam caussa, cur Bacchantes, æque ac Tragœdiarum actores cothurnati, & Dithyrambica Poesis in Bacchi honorem orta, & Tragœdia ab ista profecta, ut docet Aristoteles, eidemque Deo sacra, & ludi scenici Dionysiaci Διονυσίακοι ἀγῶνες dicti, & Διονυσίακοι τεχνῖται eorum actores nuncupati, & Theatrum Dionysiacum, Διονυσίακον, Ληναῖκον appellatum teste Polluce. Hinc etiam Bacchus apud Aristophanem in ranis Æschylum inter & Euripidem Judex, ac Liber tandem ipse unus idem cum Sole, & Apolline habitus, ut auctor argumenti Demosthenis Orationis in Midiam planum facit hisce verbis. Ἐπιστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς ἠγονίζοντο οἱ χόρηγοι ὕμνους εἰς τὸν Διόνυσον ᾄδοντες, καὶ τῷ νικῶντι τρίπους τὸ ἄθλον ἦν, ἐπειδὴ τὸν αὐτὸν ἥλιον, καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ Διόνυσον ᾤοντο. i.e. *Festo autem jam instante certabant inter se Ædiles carminibus in Bacchi laudem can-*

[a] *Diod. Sic. bibl. l. 4.*

[b] *Id. ibid. l. 1.*

[c] *V. 73. l. 1.*

[d] *L. 5. Græc. Fer. in Len.*

cantandis. Victoris tripus præmium erat: quippe eundem & Solem, & Apollinem, & Bacchum putabant. Aptius adhuc in rem nostram Athenæus [*e*] inquiens ab ebrietate, & Comœdiam, & Tragœdiam esse profectam, atque utrumque, ut per vindemiæ tempus inventam τρυγῳδίαν, quasi vindemiale carmen dictitatam. Sentit idem Eustathius in Odyss. ξ. Ex quibus aliisque multis optimorum Auctorum locis omnem scenicum ludum a Liberi patris festivis celebritatibus ortum ducere planum est: nam choreas, saltationes, musices certamina, & symphoniacorum agmina, atque alia id genus propria fuisse Dionysiorum vidimus. Drammata autem ipsa, quibus postea urbium theatra perstrepuere ab eorum licentia, qui post epulas, & largiorem potationem in agris sese mutuis proscindebant conviciis, aut ab rusticorum turba per noctem, vel etiam de die acerbis scommatibus acceptas a ditioribus injurias ulciscente profecta fuisse certum omnino dicamus oportet. Hujusmodi fuisse ducimus circumvectas a Thespi Tragœdiæ, ut aliqui volunt, inventore fabulas juxta illud Horatii, in Arte.

(e) L. 2. c. 3.

Ignotum tragicæ genus invenisse camænæ
Dicitur, & plaustris vexisse Poemata Thespis,
Quæ canerent, agerentque peruncti fæcibus ora.

Quasnam porro alias intelligas fæces, quibus perungebantur primi harum fabularum actores? nisi vini recens expressi. Nam *fæcem* latini auctores, ut plurimum ad vinum referunt, ut Horatius ipse.

. . . . *Diffugiunt cadis.*
Cum fæce siccatis amici.

Sed enim de ludorum origine satis multa pro re nostra, & fortasse plura, quam oportuit. At hæc paullo uberius ita dicta sunto, ut hoc inter bacchica hactenus visa monumenta ultimum cum illis maxime congruere apertum fie-

ret, & fortaſſe una cum iiſdem eodem uno in loco poſitum olim fuiſſe, vel ad ſignificandam Dionyſiorum celebritatem, vel ad celebrandum viri alicujus nomen, qui illam ipſam aut introduxerit, aut inſtaurarit.

Res jam in marmore ſculptas videamus ſingillatim. At ea omnia fere perſecutus eſt eruditiſſimus Marchio Maffei in ſua ad Becellum epiſtola ad calcem Theatri Italici excuſa. Illius optimis animadverſionibus utemur, pauca tantum addentes, quæ ille non data opera, ſed curſim attingens ad unguem perſequi omiſit. Tres hic primum perſonas, ſeu larvas intuemur, de quibus tria pervidenda ſunt; ſtructura, uſus, & diſcrimen. Structura perſonarum apud antiquos quarumcunque hujuſmodi fuit, ut non faciem ſolum tegerent, ſicuti larvæ noſtris in Bacchanalibus hodie uſurpatæ, ſed ſinciput ſimul, & occiput operirent, additis auriculis, & cæſarie, vittiſque, & fertis perſonæ convenientibus, ita ut omnem una ſimul capitis ornatum fabularum Actores induerent, ne diu eſſet in ipſo comendo immorandum. Quæ res niſi ita ſe haberet, nihil propemodum ſalis ineſſet illis Phædri verſibus.

Perſonam Tragicam forte vulpes viderat.
O quanta ſpecies, inquit, cerebrum non habet.

Quod multo elegantius Phrygius ille fabulator, cujus græcum leporem, jocique vim latinus interpres transferre neglexit: ὢ οἵα κεφάλη ἐγκέφαλον ὐκ ἔχει, quod pari ferme cum venuſtate juxta aliquarum urbium dialectum italice cum Maffejo dicas: *Oh che bel capo; e pur non ha capitale*. Integram quippe capitis ſpeciem præſeferebat perſona. Nec leve eſt hac in re Pollucis teſtimonium, qui [f] varias enumerat perſonas, crineſque earum modo albos, modo nigros, modo flavos, mòdo promiſſos, modo ſolutos, modo collectos, modo vibratos ferro deſcribit. Sed & idem ſuadent alia monumenta, in quibus perſonæ capitum inſtar finguntur. Melpomene, & Thalia inter Muſas, cum Tragicæ,

(f) L. 4. c. 19.

gicæ, & Comicæ poesi præsint, hujusmodi personas præ manibus tenent. Hujusmodi etiam personæ in Terentiano Bibliothecæ Vaticanæ Codice, & altero Parisiensi Regiæ Bibliothecæ, unicuique fabulæ præfixæ inveniuntur. Idipsum nobis ostendit venustum Anthologiæ Græcæ distichon. [g] [g] *Lib. 2. cap. 13.*

Ἠγόρασας πλοκάμους, φύκος, μελὶ, κήρον, ὀδόντας
Τῆς αὐτῆς δαπάνης ὄψιν ἂν ἠγόρασας.

Mel, fucum, ceram, dentes emis, atque capillos:
At tanti non est integra larva tibi.

Numerantur hic omnia, quæ ad comendum caput, & fucandum vultum solent comparari, derideturque quidam ita se comens, ut pro deformi pulcher videretur: non tanti igitur, inquit Poeta, stetisset larva, seu persona, hæc omnia tibi una simul adferens adscititia ornamenta. Quæ omnia quisquis attenta consideratione perpendat, multa, quæ in antiquis monumentis occurrunt capita, personas esse agnoscet, nec in eum delabetur errorem, in quem eruditi quidam delapsi, ut Fulv. Ursinus quodam in marmore nostro simillimo in suis imaginibus agnoscens Callimachi Poetæ comici caput, & Montfauconius variis in locis personas pro abscissis capitibus accipiens. Sed semel cognita personarum forma, & scenicorum ludorum cum Dionysiacis conjunctione, explicatu facilia sunt antiqua monumenta multa, præsertim ea, quæ nulla humanæ cædis habent vestigia, & Bacchicum tamen thiasum cum variis orgiorum, scenicorumque ludorum instrumentis repræsentant, ut videre est in cratere Sancti Dionysii penes Montfauconium, [h] & in Gutto ab Eggelingio explicato (i), & in Gronovio [K], aliisque multis.

[h] *Tom. 1. p. 2. cap. 22.*
(i) *Gronov. Græc. Antiq. tom. 7.*
(K) *Tom. 1. tab. ee, ff, gg.*

Personarum structuram vidimus, nunc duplex illarum distinguendus est usus. Aliæ drammata agentium sunt propriæ, aliæ ludionum, mimorumque tantum. Quæ actorum erant, ingentem oris hiatum plerumque præseferebant, ut

ret, & fortasse una cum iisdem eodem uno in loco positum olim fuisse, vel ad significandam Dionysiorum celebritatem, vel ad celebrandum viri alicujus nomen, qui illam ipsam aut introduxerit, aut instaurarit.

Res jam in marmore sculptas videamus singillatim. At ea omnia fere persecutus est eruditissimus Marchio Maffei in sua ad Becellum epistola ad calcem Theatri Italici excusa. Illius optimis animadversionibus utemur, pauca tantum addentes, quæ ille non data opera, sed cursim attingens ad unguem persequi omisit. Tres hic primum personas, seu larvas intuemur, de quibus tria pervidenda sunt; structura, usus, & discrimen. Structura personarum apud antiquos quarumcunque hujusmodi fuit, ut non faciem solum tegerent, sicuti larvæ nostris in Bacchanalibus hodie usurpatæ, sed sinciput simul, & occiput operirent, additis auriculis, & cæsarie, vittisque, & sertis personæ convenientibus, ita ut omnem una simul capitis ornatum fabularum Actores induerent, ne diu esset in ipso comendo immorandum. Quæ res nisi ita se haberet, nihil propemodum salis inesset illis Phædri versibus.

Personam Tragicam forte vulpes viderat.
O quanta species, inquit, cerebrum non habet.

Quod multo elegantius Phrygius ille fabulator, cujus græcum leporem, jocique vim latinus interpres transferre neglexit: ὦ οἵα κεφάλη ἐγκέφαλον ὀυκ ἔχει, quod pari ferme cum venustate juxta aliquarum urbium dialectum italice cum Maffejo dicas: *Oh che bel capo; e pur non ha capitale*. Integram quippe capitis speciem præseferebat persona. Nec leve est hac in re Pollucis testimonium, qui [*f*] varias enumerat personas, crinesque earum modo albos, modo nigros, modo flavos, modo promissos, modo solutos, modo collectos, modo vibratos ferro describit. Sed & idem suadent alia monumenta, in quibus personæ capitum instar finguntur. Melpomene, & Thalia inter Musas, cum Tragicæ,

(f) L. 4. c. 19.

gicæ, & Comicæ poesi præsint, hujusmodi personas præ manibus tenent. Hujusmodi etiam personæ in Terentiano Bibliothecæ Vaticanæ Codice, & altero Parisiensi Regiæ Bibliothecæ, unicuique fabulæ præfixæ inveniuntur. Idipsum nobis ostendit venustum Anthologiæ Græcæ distichon. [g]

[g] *Lib.* 2. *cap.* 13.

Ἠγόρασας πλοκάμους, φῦκος, μέλι, κηρόν, ὀδόντας
Τῆς αὐτῆς δαπάνης ὄψιν ἂν ἠγόρασας.

Mel, fucum, ceram, dentes emis, atque capillos:
At tanti non est integra larva tibi.

Numerantur hic omnia, quæ ad comendum caput, & fucandum vultum solent comparari, derideturque quidam ita se comens, ut pro deformi pulcher videretur: non tanti igitur, inquit Poeta, stetisset larva, seu persona, hæc omnia tibi una simul adferens adscititia ornamenta. Quæ omnia quisquis attenta consideratione perpendat, multa, quæ in antiquis monumentis occurrunt capita, personas esse agnoscet, nec in eum delabetur errorem, in quem eruditi quidam delapsi, ut Fulv. Ursinus quodam in marmore nostro simillimo in suis imaginibus agnoscens Callimachi Poetæ comici caput, & Montfauconius variis in locis personas pro abscissis capitibus accipiens. Sed semel cognita personarum forma, & scenicorum ludorum cum Dionysiacis conjunctione, explicatu facilia sunt antiqua monumenta multa, præsertim ea, quæ nulla humanæ cædis habent vestigia, & Bacchicum tamen thiasum cum variis orgiorum, scenicorumque ludorum instrumentis repræsentant, ut videre est in cratere Sancti Dionysii penes Montfauconium, [*h*] & in Gutto ab Eggelingio explicato (*i*), & in Gronovio [*K*], aliisque multis.

[h] *Tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 22.
(i) *Gronov. Græc. Antiq. tom.* 7.
(K) *Tom.* 1. *tab. ee, ff, gg.*

Personarum structuram vidimus, nunc duplex illarum distinguendus est usus. Aliæ drammata agentium sunt propriæ, aliæ ludionum, mimorumque tantum. Quæ actorum erant, ingentem oris hiatum plerumque præseferebant, ut faci-

facilius, majorique etiam sono vox per immanem rictum erumperet: unde illud

Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis.

Et illud Juven. Sat. 3.

. . . . . . cum personæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans.

Hoc etiam discrimen diserte docet Lucianus quodam in dialogo, in quo saltatores, & mimos comicis hac ratione præfert, quod non hiantem mimicæ personæ, ut comicæ, at vero decenter compositum exhiberent vultum.

Sed enim ex Polluce multa personarum agnoscimus genera: nam aliæ Tragicæ, aliæ Comicæ, aliæ Satyricæ, aliæ muliebres, aliæ viriles, aliæ seniles, omnis denique ætatis, & conditionis, & indolis. Varias præcipue habuerunt novæ Comœdiæ Actores, & pro rerum varietate diversas, postquam veterum Comicorum exolevit consuetudo, qui personis utebantur eorum vultus ad vivum exprimentibus, quos ludum facere vellent. Recentiores itaque pro characterum, quibus fabula constare potest, varietate plures habuere personas, quæ & avarum senem, & zelotypum juvenem, & ardentem amasium, & impudentem lænonem, & protervum famulum, & procacem ancillam, & subdolam vaframque aniculam, & ventri servientes gnathones, parasitosque, fronte ipsa, supercilio, oculis, mento, naso, totiusque vultus lineamentis referrent.

Hisce explicatis personas nostras satyricas esse facile est conjicere: altera barbatum Silenum vitta, & hederis redimitum, altera juvenculum imberbem, salacemque satyrum exhibere potest. Corymbis etiam, & hedera ornatum, auresque ostentantem. Tertia muliebris est, eundemque haberet cum ceteris ornatum, si esset integra.

Cetera jam persequamur. Geminæ hic conspiciuntur aræ, dupli-

duplicemque referri ad cauſſam poſſunt. Vel enim peracta ſignificant ante ſcenicos ludos per Bacchi feſta celebrari ſolitos ſacrificia, vel ad ſcenicum pertinent apparatum, aræque ſunt in ipſo pulpito poni ſolitæ. Primum illud planum omnino eſt, nam ſi ludi ſcenici cum Dionyſiacis fuere conjuncti, ut diximus, & ludorum, & ſacrorum alluſionis gratia uno in marmore poſſunt ſupereſſe inſtrumenta. Verum ſi ad ludos tantum pertineant, exoritur alia quæſtio, an in ſcena locum veræ habuerint aræ, vel fictæ, vel utræque. Et ſane, ſicuti res cujuslibet fere generis in Choragiario apparatu eſſe poſſunt; veroſimile credimus fictas aras aliquando, ſicuti Deorum ſimulacra fuiſſe in ſcenam introductas, & cum ipſa ſublatas, ut imago cum ara Neptuni equeſtris in nebulis Ariſtophanis [*l*]. Quippe in privatis ædificiis, quæ ſcena comica ut plurimum repræſentat, aræ etiam, quales ſunt privatarum ædium, ponebantur. Hinc apud Comicos ſervi aliquando vapulaturi aram ſe occupaturos dicunt [*m*], & in Terentii Andria Davus Miſidi ſuadet, ut verbenas ex ara ſumat. Porro ante privatarum ædium fores ara poni ſolita columnæ ſimilis, &, ut volunt aliqui, in acumen deſinens, de qua Pollucem vide, [*n*] Heſychium in ἀγυιᾶς, Suidam in ἀγυίας, Scholiaſtem Ariſtophanis in Σφῆκας, & Acronium in Horatium [*o*]. Fictæ itaque eſſe potuerunt in ſcena poſitæ aræ, ut ex allatis auctoribus certum eſt. Nec minus verum eſt in ludis ſcenicis celebrandis duas poni ſolitas in proſcenio aras veras, & ad ſacrificia peragenda deſtinatas, quarum dextra Baccho in Tragœdia, Apollini in Comœdia, ſiniſtra ei ſacra erat vel Deo, vel Heroi, vel homini, cui per ludos parentabatur, aut cui nuncupati eſſent ludi: qui ſi funebres eſſent, iſta Diis Manibus inſcribebatur ara. Hæ duæ noſtri marmoris aræ ambæ ardent, & corollis ornatæ ſunt; altera tamen quadrata, altera rotunda, qualis, ut diximus, poni ante privatas ædes conſuevit, licet in acumen non deſinat.

Perſonas, araſque vidimus: cetera jam non multam meren-

[l] *Act. 1. ſc. 1.*

[m] *Plaut. Moſtell. act. 1. ſc. 1. v. 45. & Rud. act. 2. ſc. 4. v. 34.*

(n) *L. 4. n. 123.*

(o) *L. 4. od. 6.*

rentur verborum copiam. Orbem illum tympanum, ſeu crotalum credimus ſatis notum, & ſcenicis ludis, & Bacchicis feſtis conveniens inſtrumentum, quo perſæpe inſtructas intuemur Bacchantes; nihil fere illud diſcrepabat ab iis tympanis, quæ noſtrates etiam puellæ hodie ſaltitantes pulſant.

Additur fiſtula, quæ ſeptem compacta calamis a Poetis latinis dicitur, at a Theocrito *ἐννεάφωνος*, novem cannas habens: ejuſdem Diodorus Siculus Cybelem inventricem facit: Pāni plerique attribuunt. De hoc muſices inſtrumento multa Pitiſcus.

Curvum præterea, nodoſumque paſtorale pedum additur, quod non paſtorum ſolum, ſed & hiſtrionum proprium fuit. De baculis, quos hiſtriones præ manibus tenebant agentes fabulam, multi meminerunt auctores (*p*). Hunc vero baculum curvum ut plurimum fuiſſe præ ceteris Plutarchus docet in libro *περὶ παιδῶν ἀγώγης*, inquiens ea, quæ flexa ſemel fuerint, & curvata obduruerint in priſtinam rectitudinem non poſſe reſtitui, uti (*τὰς καμπύλας τῶν ὑποκριτῶν βακτηρίας ἀπευθύνειν ἀμήχανον*), *curvæ hiſtrionum virgæ rectæ iterum fieri nullo artificio poſſunt*.


(p) *V. Caſaub. in Suet. in Ner. cap. 24.*

Scenicum itaque univerſum inſtrumentum complectitur hoc Marmor, adeoque vel una cum ceteris Bacchantium monumentis alicujus fuit vel Theatri, vel Templi, vel alius operis publici ornamentum, vel forte pars fuit alicujus monumenti alicui Choragiario, viro nimirum qui ſcenico apparatui præeſſet, poſiti, qualis eſſe potuit ille Titius Bellicus Choragiarius, cui inſcriptum Marmor alibi interpretabimur.

IX.



Fran.A. Gilo di San Taurini.



XI.

ORPHEUS A BACCHANTIBUS DISCERPTUS.

SEx jam interpretati sumus Bacchantium anaglypha, septimum addimus ab iisdem neutiquam sejungendum. Vulgatissimam de Orpheo a Bacchantibus discerpto fabulam hoc saxo luculenter expressam, qui Græcam antiquitatem primis labris attigerit, facile agnoscit. Quatuor miserum Orpheum circumsistunt furore percitæ mulierculæ: alia lævo brachio, alia dextro pede, alia crinibus apprehensum in partes contrarias discerpturæ pertrahunt; alia vero ramo proximis ex arboribus abscisso magno ictu cædit. Quodque magis miserabile, luctuosumque est, impotentissimæ feminæ Orgia celebrantes, exerentes occultatum ficta religione furorem ipsum sacrorum Orgiorum, uti fama est, auctorem trucidant. Res prope Hebrum fluvium geritur, cujus ad oram jacet lyra tot prodigiis celeberrima. Quibus de rebus quamvis plurimi Antiquarii, Mythologi, Historici, Poetæ [a] multis egerint verbis, rem tamen non ingratam Antiquitatis Græcæ studiosis nos facturos putavimus, si Constantini Lascaris viri profecto eruditissimi græcam quandam in Orpheum præfationem, qua ille Orphei patriam, parentes, educationem, peregrinationes, res gestas, obitum, & conscripta carmina complexus est, nitidiorique præ cæteris ordine digessit, hic poneremus. Hoc autem opusculum e Regiæ Bibliothecæ manuscripto Codice, qui ob scriptoris incuriam, &

(a) *Ovid. Metamorph. lib. XI. fab. 1., & Virgil. Georg. lib. IV. in fine.*

& festinationem, & ob deleta aliquibus in locis literarum vestigia non parum legentibus negotium facessit, utcumque expressimus, interpretati sumus, iisque animadversionibus, quæ ad rem nostram facere, aut alicujus momenti esse videntur, illustravimus. Hoc quodcumque est non insuave fore lectori speramus, quanquam non parum a finibus nostris egredi videamur.



KON-

ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΛΑΣΚΑΡΕΩΣ

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ τοῦ σοφοῦ Ὀρφέως.

Ἐπειδὴ πρὸ τοῦ κειμένου ἀναγκαῖον εἰδέναι τὰ καλούμενα προλεγόμενα, λεκτέον ἂν εἴη περὶ αὐτῶν· ὧν τεσσάρων ὄντων γένους, σκοποῦ, ἐπιγραφῆς, καὶ μέτρου, ἀπὸ γένους, ἤτε βίου τοῦ σοφοῦ Ὀρφέως ἀρκτέον.

Ἐγένετο τοίνυν ὁ ποιητὴς κατὰ Λειβηθρείαν, υἱὸς Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης τοπάρχων, ὡς αὐτὸς φησὶν ἐν Ἀργοναυτικοῖς. ὁ δὲ Οἴαγρος ἦν πέμπτος ἀπὸ Ἄτλαντος ἄρχων Λειβήθρων τῆς Πιερίας Βιστονίας, καὶ Κικόνων, ὧν καὶ Ὀρφεὺς ἦρξε.

Γεγονὼς πρὸ τῶν Τρωϊκῶν γενεὰς ια, τῆς γενεᾶς ἀνὰ ἑπτὰ χρόνους ἀριθμουμένης, ἐπὶ Αἰγέως βασιλεύοντος ἐν Ἀθήναις, καὶ Λαομέδοντος ἐν Τροίᾳ καὶ τῶν Κριτῶν παρὰ Ἰουδαίοις.

Ἐτράφη δὲ παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ ἐπαιδεύθη ὅσα εἰκός. Ἔπειτα ἐφοίτησεν παρὰ Λίνῳ τῷ Θηβαίῳ σοφῷ ἀνδρὶ, καὶ τῶν πρώ-

των

CONSTANTINI LASCARIS (I)

PROLEGOMENA in Sapientem Orpheum.

Quandoquidem ante carmen ipsum necesse est ea videre, quæ dicuntur *Prolegomena*, de iis omnino præfandum nobis est. Quæ quum quatuor sint, auctor videlicet, scopus, inscriptio, & metrum, ab auctore, seu vita Sapientis Orphei exordiemur.

Natus est igitur Poeta in Libethria Œagri, & Calliopes ibi dominantium filius, ut ait ipse in Argonauticis. Œager [II] vero quintus erat ab Atlante Rex Libethriæ, Pieriæ Bistoniæ, & Ciconum, quibus etiam populis imperavit Orpheus.

Ortus est autem ante Troica (III) tempora ætates XI. (IV) qualibet ætate septem annorum spatium complectente, Regnante Athenis Ægeo [V], Trojæ Laomedonte, & inter Hebræos Judicibus.

Altus a patre fuit, & ut decebat eruditus. Postea frequens audivit Linum (VI) Thebanum sapientem virum, &

an-

antiquum in Thebis præceptorem, qui Philosophiam a Cadmo [VII] Agenoreo, & a Phœnicibus illuc Europæ ab Jove Cretensi Rege raptæ quærendæ caussa venientibus acceperat.

A quibus cum didicisset quæcumque potuit, navigavit in Ægyptum (VIII), & Lybiam, ubi multos annos versatus est, omnem ab incolis discens sapientiam, & doctrinam. Talem vero assecutus est famam, ut illius sapientia ab Ægyptiis etiam, ne dum a Græcis esse summa crederetur.

Rediit in patriam, mortuo patre, matris gratia, ut ipse loquitur, ibique docens, leges ferens, & scribens, vitam transigebat. Plurima vero ut vir sapientissimus conscripsit, ab Ægyptiis pleraque convertens, & primus Bacchi, aliorumque Deorum mysteria, quæ Thracibus sollemnia fuere, & ab Aristophane in Ranis celebrantur, adinvenit, & in Samothracia insula celebravit.

Quum autem in patria esset, & philosophicam vitam ageret (IX), ad ipsum venit Jason Æsonis filius, ita suadente Chirone præceptore suo,

τῶν διδάσκοντι ἐν Θήβαις καὶ λάβοντι σοφίαν παρὰ Κάδμου τοῦ Ἀγήνορος καὶ Φοινίκων τῶν ἀφιγμένων ἐκεῖσε ζητούντων τὴν Εὐρώπην ἁρπαθεῖσαν παρὰ τοῦ Διὸς τοῦ Κρητῶν βασιλέως.

Διδαχθεὶς δὲ παρὰ ἐκείνων, καὶ μάθων ὅσα τῶν * δυνάτων ἔπλευσεν εἰς Αἴγυπτον καὶ Λιβύην, ὅπου πολλὰ ἔτη διέτεψε μάθων παρὰ τῶν ἐκεῖ πᾶσαν σοφίαν, καὶ ἐπιστήμην. Καὶ τοιοῦτος ἐγένετο, ὅτι οὐ μόνον παρ' Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις σοφὸς εἰς ἄκρον ἐνομίσθη.

Ἐπάνηκε δὲ εἰς τὴν πατρίδα μεθὰ θάνατον τοῦ πατρὸς χάριν τῆς μητρὸς, ὡς αὐτὸς φησὶ, διδάσκων, νομοθετῶν, καὶ συγγράφων, ὅθεν καὶ πολλὰ ἐσόφισε· πλεῖστα τε συνέθηκε παρ' Αἰγυπτίων τὰ πολλὰ μετερμηνεύσας, καὶ πρῶτος μυστήρια τοῦ Βάκχου, καὶ τῶν ἄλλων θεῶν τοῖς Θραξὶ, καὶ τοῖς Ἀριστοφάνους βατραχοῖς ἔφρασε, καὶ ταῦτα ἐν Σαμοθρακίᾳ τῇ νήσῳ συνέστησεν.

Ὄντος δὲ αὐτοῦ ἐν πατρίδι, καὶ φιλοσόφου βίον διάγοντος ἦσκε πρὸς αὐτὸν Ἰάσων ὁ τοῦ Αἴσονος, βουλῇ τοῦ καθηγητοῦ Χείρονος, καὶ τῶν ἄλλων Ἀργοναυτῶν, καὶ

ϗ ἱκέτευσεν αὐτὸν αὐτοῖς συμπλεῦσαι εἰς Κόλχους, ϗ συμποιῆσαι, δεῖξαί τε, καὶ διδάξαι Κοσμογραφίαν ἄγνωστον σχεδόν τι τε πᾶσι τοῖς ἄλλοις. Πολλὰ δὲ εἴποντι μόλις ὑπήκουσεν, καὶ κατῆλθεν εἰς Παγάσαν τῆς Θεσσαλίας, ὅπου καὶ ἡ Ἀργὼ συνεπηγνύθη, ϗ μετὰ τῶν Ἀργοναυτῶν συνέπλευσεν εἰς Κολχίδα ᾄδων, ϗ κιθαρίζων, ϗ μετὰ ταῦτα εἰς Ἐφημερίδα τοὺς πόνους, ϗ ἀγῶνας ἐκείνων, ϗ πλοῦν συνέθηκεν, ὡς φαίνεται ἀπὸ τοῦ ἔργου, ϗ μετ' αὐτῶν ἐπανῆκε εἰς Λειβῆθρα, ὅπου διῆγεν, ὡς ἄρχων ϗ Φιλόσοφος.

Καὶ ἐν γήρᾳ βαθεῖ παρὰ τῶν γυναικῶν ἐπελεύτησεν τούτῳ τῷ τρόπῳ. Ἀποθανούσης αὐτοῦ τῆς γυναικὸς Εὐρυδίκης τοσοῦτον ἐπένθησεν, ὅτι παρεῖδη πάντα, ϗ τὴν ἐρημίαν ἠσπάσατο, ϗ οὐ μόνον δευτέραν μὴ ἐγάγετο, ἀλλὰ ϗ ἄλλοις κατέπειθε μὴ ἀγάγειν· Ὅθεν αἱ γυναῖκες μισήσασαι αὐτὸν τοὺς ἄνδρας ἀνέχεσθαι γυναικῶν νουθετοῦντα, καὶ σεμνῶς ζῆν καὶ φιλοσόφως, ἀπέκτειναν δικέλλαις, καὶ ἄλλοις ἐργαλείοις γεωργικοῖς κατὰ Γ'μβρον

suo, & aliis Argonautis, & supplex ab illo petiit, ut secum navigaret in Colchos, societatemque cum ipsis Argonautis iniens ostenderet, traderetque Cosmographiam rectori navis, & aliis adhuc plane ignotam. Cui multum roganti tandem morem gessit, & Pagasam Thessaliæ urbem profectus est, ubi Argo compacta fuerat, atque una cum Argonautis navigavit in Colchidem (X) canens, & citharam pulsans, omnia pro sociis agens; ac postea in Ephemeridem eorum labores, certamina, & navigationem retulit, ut in ipso opere videre est, cumque ipsis Libethriam rediit, ibique vixit, ut Princeps, & Philosophus.

Extremam [XI] senectutem agens occisus est a mulieribus, hoc modo. Ob mortuam sibi (XII) Eurydicem tanto dolore affectus est, ut omnia aspernaretur, & solitariam vitam amplexus non solum aliam non duceret uxorem, verum etiam cæteris minime nubere suaderet (XIII). Quamobrem in ipsum iratæ mulieres, ut pote suadentem viris, a feminis abstinerent, severamque, & philosophicam

eam vitam agerent, bipaliis, aliisque ruralibus armis interfecere juxta Imbrum montem Bacchi mysteria celebrantes.

βρον ὄρος τελῦσαι τὰ τῦ Βάκχυ μυςήρια.

Mortuus est autem senex, antequam Græci Trojam obsessum irent, quum vixisset annos LXXVII.; discerptusque profecto fuit a mulieribus, ut constans docet Oraculum Cyro Persarum Regi datum [XIV] Lyrnessi prope Lesbum, ubi haud incertum vaticinium a quodam Poetæ discipulo illius caput illic esse opinante factum fuit. Oraculum hujusmodi erat. *Ut meæ sic tuæ res se habebunt.* Atque ita res cecidit. Quemadmodum juxta aliquorum sententiam a mulieribus discerptus est Orpheus, ita a Thomyride Scytharum Regina Cyrus.

Ἐτελεύτησε γεραιὸς πρὶν τὺς Ἕλληνας κατὰ τῆς Τρωΐας στρατεῦσαι, γενέας ια βιώσας· παρὰ γυναικῶν ἀποκλανθεὶς ὡς βηβαῖος, καὶ ὁ δοθεὶς Χρησμὸς Κύρῳ τῷ Περσῶν βασιλεῖ ἐν Λυρνήσσῳ τῆς Λέσβυ, ὅπυ μαντεῖον ἀψευδὲς παρὰ μαθητῦ τινὸς τῦ ποιητῦ συςάθη τῆς κεφάλην αὐτῦ ἐκεῖσε κομίζαντος. ὁ δὲ Χρησμὸς τοῖος δὲ ἦν. ΤΑ' ἘΜΑ' ΣΑ'. Καὶ ὕτως ἐγένετο. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς παρά τινας ἀπὸ γυναικῶν ἀνεκλάσθη, ὕτω καὶ ὁ Κῦρος παρὰ τῆς Θομυρίδος τῆς Σκυθῶν βασιλίδος.

Alii vero ipsum dicunt inter ambulandum fulmine ab Jove percussum, ut Cnidii Macedonis distichon ostendit Epigramma.

Ἄλλοι δὲ αὐτὸν κεραυνωθῆναι φασὶ παρὰ τῦ Διὸς περιπατῦντα, ὡς δηλοῖ τὸ Κνιδίυ τῆς Μακεδονίας ἐπίγραμμα ἡρωελεγαίων.

Insignem fidibus tumularunt
Orphea Musæ,
Quem telo occidit Juppiter
altitonans.

Θρήϊκα Χρυσολύρην τῇδ' Ὀρφέα
Μῦσαι ἔθαψαν.
Ὃν κτάνε ὑψιμέδων Ζεὺς
ψολόεντι βέλει.

Illi autem post obitum magnos honores tota Græcia persol-

Ἀποθανῦντα δὲ αὐτὸν μεγάλως ἐτίμησε πᾶσα ἡ Ἕλλας, ὡς ἄνδρα

δρα ἀγενῆ καὶ σόφον, καὶ τῶν ποιητῶν τρίτον. πρὸ αὐτοῦ γὰρ ὀλίγον Μουσαῖος ὁ Ἐλευσίνιος ἐγένετο, καὶ Λίνος Θηβαῖος καθηγητὴς αὐτοῦ, μεθ' ὧν Ὀρφέα ἀριθμοῦσι τρίτον Ἀρχικὸν φιλοσοφίας, καὶ ποιητικῆς, καὶ πάσης ἐπιστήμης, καὶ οὐδενὸς καταδέστερον, καὶ τῶν εἰς Αἴγυπτον καταπλευσάντων ἀρχαίων, καὶ παρ' Αἰγυπτίων λαβόντα πάντα. Ὧν πρῶτον Μουσαῖον, δεύτερον Λίνον, τρίτον Ὀρφέα, Μελάμποδα καὶ Δαίδαλον λέγουσι· καὶ ὡς ἥρωα οὐ μόνον Ἕλληνες, ἀλλὰ καὶ Αἰγύπτιοι ἐτίμων, καὶ ἔθυον ναοὺς, καὶ βωμοὺς, καὶ ἀγάλματα ἀναθήσαντες.

solvit, ut viro illustri sapienti, ac inter Poetas tertio; nam paullo ante ipsum natus est Musæus Eleusinius, & Linius Thebanus ejus præceptor, a quibus tertium numerant Orpheum Philosophiæ, Poeticesque, omnisque doctrinæ primarium Auctorem, in quo nihil desideres, & inter antiquos, qui in Ægyptum navigarunt, principem (quippe ab Ægyptiis omnia hausit) quos inter Musæum primum, Linum secundum, Orpheum tertium, postque hos Melampodem, & Dædalum numerant. Ut Heroem etiam [XV] non solum Græci, sed Ægyptii venerabantur, ipsique litabant templa, & aras, & simulacra in illius honorem erigentes.

Ἔν τε Λειβήθροις ξόανον σεβάσμιον ἦν αὐτοῦ κυπαρίττινον ὃ πολλοὺ ἱδρῶτα ἀφῆκεν, Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως κατὰ τῆς Ἀσίας στρατεύσαντος. Ἀπορούντων δὲ πάντων, καὶ τὸ σημεῖον δεδιότων Ἀρίστανδρος παραινήσας θαῤῥεῖν ἔφη. Καί γαρ ἀοιδικοῖς καὶ περιβοήτοις πράξεσι κατεργάσεται Ἀλέξανδρος, αἳ πολλοὺ πόνον καὶ ἱδρῶτα παρέξουσι τοῖς συγγραφεῦσι, ποιηταῖς, καὶ μουσικοῖς συγγράφειν, καὶ

In Libethriis ejusdem erat statua cupressina magna religione culta, quæ multo sudore manavit, quum Alexander Rex bellum Asiæ esset illaturus. Consternatis vero omnium animis, & ob hujusmodi ostentum perterrefactis, solus Aristander jubens bono animo esse: magna, inquit, & præclara facinora peraget Alexander, in quibus scribendis, canendisque Poetæ, Mu-

ficique, qui laudes illius literis mandare, aut voce celebrare velint, multum laboris, & sudoris impendent; ut revera fuit.

Multa metrice scripta reliquit, quæ omnia ipse in Argonauticis [XVI] singillatim enumerat. Pleraque fabulose scripsit poetico more de Diis, de Mundi genesi, hymnos varios in Deos, Georgica, Physica, Argolica, Metheora, de Lapidibus, Mysteria varia, de Plantis, de Herbis, Chorographiam, Medicinam, Leges, & ut brevi dicam omni de re, pleraque transferens ab Ægyptiis. Supersunt Argonautica, in quibus quanta fecerint, & tulerint Argonautæ narrat, & quemadmodum Medeam, aureumque vellus rapientes multis defuncti periculis in patriam redierint.

Omnia metrice composuit, ut Philosophus [XVII] enim omnia oratione metro & numeris alligata scribebat. Usus est Phœnicum literis, ut opinamur, quæ in usu fuerunt usque ad Trojanum bellum, quo tempore Palamedes Nauplii filius sexdecim nostras literas ex Phœnicum li-

ᾄδειν τὰ ἐκείνων κατορθώματα, ὥσπερ καὶ γέγονε.

Κατέλιπε συγγράμματα μετρικά, καὶ ὅσα καὶ αὐτὸς ἐν Ἀργοναυτικοῖς κατ' ἐπανάληψιν ἀριθμεῖ, καὶ τὰ πλείω μυθικῶς κατὰ τὸν ποιητικὸν τρόπον περὶ Θεῶν, καὶ Κοσμογενείας, ὕμνους διαφόρους εἰς Θεοὺς, Γεωργικά, Φυσικά, Ἀργολικά, Μετέωρα, Λιθικά, Μυστήρια διάφορα, περὶ τῶν Φύτων, Βοτάνων, Χορογραφίας, Ἰατρικῆς, Νόμων, καὶ ἁπλῶς εἰπὼ περὶ παντὸς πράγματος παρ' Αἰγυπτίων τὰ πλείω μετενέγκων. Τελευταῖα τὰ Ἀργοναυτικὰ ἐν οἷς διηγεῖται ὅσα ἔπραξαν, καὶ ἔπαθον οἱ Ἀργοναῦται, καὶ πῶς ἁρπάξαντες τὴν Μεδείαν, καὶ τὸ χρυσοῦν δέρος ἐπάνηκον πολλακὶς δυνάοντες.

Πάντα δὲ συνέθηκε μέτρῳ, ἐπειδὴ ἐκεῖνος Φιλόσοφος μέτρῳ, καὶ ῥυθμῷ πάντα συντεθηκώς, καὶ γράμμασι Φοινίκων, ὡς δοξάζομεν, οἷς ἐχρῶντο μέχρι Τρωϊκοῦ πολέμου, ἐν ᾧ Παλαμήδης ὁ Ναυπλέως ις ἡμέτερα γράμματα ἐκ τῶν Φοινίκων μετεμορφώσατο. Διὰ τοῦτο καὶ Δίκτυς ὁ Γνώσιος τοῖς Φοινίκων γράμ-

γράμμασι τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον, ᾧ συμπαρῆν, συνέγραψε πέζον, ὡς αὐτὸς πολλάκις μαρτυρεῖ ἐν τῇ ἑαυτοῦ Ἐφημερίδι, ἣν σεισμοῦ γενομένου ποτὲ ἐν Κρήτῃ, καὶ πολλῶν τάφων ἀνεωχθέντων εὗρον ἐν τινὶ αὐτῶν, καὶ μετήνεγκαν εἰς τὴν Ἀττικὴν γλῶσσαν, καὶ ἔπειτα εἰς τὴν τῶν Λατίνων ἐπὶ Κλαυδίου Αὐτοκράτορος.

literis efformavit. Iccirco Dictys Cretensis etiam Phoeniciis literis Trojanum bellum, cui adfuit, scripsisse videtur, prorsa tamen oratione, ut ipse in sua testatur Ephemeride, quæ, quum magna terræmotus vis in Creta multa patefecisset sepulchra, in quodam ipsorum reperta est, & in Atticam linguam translata, & postea sub Claudio Imperatore latinitate donata.

Γεγόνασι δὲ Ὀρφεῖς ἕξ. Πρῶτος οὗτος ἀρχαῖος ποιητὴς ἐκ Λειβήθρων τῆς Θράκης. δεύτερος Κικοναῖος ἐκ Βισαλτίας τῆς Θράκης ἐποποιὸς πένθων Τρωϊκῶν καὶ αὐτὸς, ὃς συνέγραψε Μυθοποιΐαν, ἐπιγράμματα, ὕμνους. Τρίτος Ὀδρύσης ἐποποιΐαν τινὰ ποιήσας. Τέταρτος Κροτωνιάτης Ἰταλιώτης, ὃς συνῆν Πεισιστράτῳ τῷ τυράννῳ. συνέγραψε δὲ δεκαετηρίαν, Ἀργοναυτικὰ, καὶ ἄλλα. Πέμπτος Καμαριναῖος Σικελιώτης ἐποποιὸς, οὗ φασὶν εἶναι τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν. Ἕκτος, καὶ τελευταῖος βασιλεὺς Θρᾳκῶν, ἐφ' οὗ Ἀμαζόνες ἐδασμολόγησαν Φρύγας.

Sex autem extiterunt Orphei. Primus iste antiquus, ex Libethria Thraciæ; alter Ciconæus ex Bisaltia item Thracius, Epici cujusdam carminis de Troicis laboribus auctor etiam ipse, quive Mythopæam (fabularum confictionem) scripsit, epigrammata & hymnos. Tertius Odryses, qui Epicum etiam quoddam carmen scripsit. Quartus Italus ex Crotona Pisistrato tyranno familiaris, qui Decæteriam [decennium] & Argonautica, & alia composuit. Quintus ex Camarina Siciliæ urbe Epicus Poeta, cujus dicitur esse descensus in orcum. Sextus, & ultimus Rex Thracum, sub quo Amazones tributum Phrygibus imposuerunt.

Atque hæc quidem ſatis ex multis, quæ feruntur de Orpheo, quem aliqui temere fuiſſe negant, (XVIII) quod abſurdum eſt profecto. Quandoquidem & Poetæ, & Hiſtorici omnes, & Chorographi eundem extitiſſe ajunt, Poetamque, & Muſicum fuiſſe, & cum Argonautis navigaſſe.

Secernenda ſuperſunt ea, quæ fabuloſe conficta. Duxiſſe nimirum Eurydicem, eamque adamaſſe ardentiſſime, & ob ejus amorem in Orcum deſcendiſſe, videlicet in deſertam ſpeluncam, in qua otiabatur Eurydice, quam dilexit, & ſuavitate cantus ad ſe pertraxit. Hanc etiam amatam fuiſſe ab Ariſtæo paſtore, quem inſequentem, ut raperet, ipſa fugiens forte in ſerpentem incidit in herbis latentem, quo viſo mortua eſt. Quamobrem dolens Orpheus in Orcum deſcendit, ibique adeo ſuaviter cecinit, ut non ſolum in Orco degentes ad ſe traheret, verum etiam omnem levaret cruciatum. Cui Proſerpina reſtituit Eurydicem, hac tamen lege, ne illam reſpiceret, priuſquam

Καὶ ταῦτα μὲν ἐκ πολλοῦ περὶ τοῦ σόφου Ορφέως, ὃν ἔνιοι ἀλόγως οὐδὲ γεγονέναι φασὶν, ὅπερ ἀδύνατον δόκει. Επειδὴ καὶ ποιηταὶ, καὶ ἱστορικοὶ, καὶ Χορογραφεῖς αὐτὸν γεγονέναι φασὶ, καὶ Ποιητὴν, καὶ Μουσικὸν, καὶ συμπλοῦν Αργοναύταις.

Ετι γινόσκειν δεῖ τὸ λεγόμενον μυθικῶς, ὅτι ἔγημεν Ευριδικὴν, καὶ μάλιστα ἠγάπησεν, καὶ δι' ἔρωτα αὐτῆς εἰς τὴν ᾅδην κατῆλθεν, ἤγουν εἰς ἄντρον ἔρημον, ἐν ᾧ ἐσχόλασεν, καὶ ἠγάπησεν, τὴν Ευριδικὴν, ἣν ἔλκυσε τῇ μουσικῇ πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἣν ἠγάπα Αρισταῖος πόιμην καὶ ἐνεδρεύεται ἅρπασαι, οὗ φεύγουσα ἐντυγχάνει ὄφει κεκρυμμένῳ ἐν βοτάνοις, οὗ τῷ δείγματι ἀπέθανεν· ὅθεν ἀλγήσας ὁ Ορφεὺς εἴσηλθεν εἰς ᾅδην, καὶ οὕτως ᾖσεν ἡδέως, ὥστε μὴ μόνον τοὺς ἐν ᾅδῃ ἕλξαι, ἀλλὰ καὶ πόνων ἀπαλλάξαι· ᾧ ἡ Περσεφόνη ἀπέδωκε τὴν Ευριδικὴν τούτῳ τῷ τρόπῳ, ἵνα μὴ αὐτὴν ἴδῃ ἕως οὗ ἀνήλθῃ εἰ δὲ ἴδως ἀπολέσῃ, ὅπερ καὶ γέγονε, διὸ καὶ πολλὺν χρόνον ἐθρήνησε.

quam superius evasisset, secus iterum amitteret, ut accidit, ac propterea diu flevit.

Τοῦτ' ἐστὶν, ὁ Ὀρφεὺς ἠγάπησεν ἐπιθυμίαν, καὶ ἦχεν αὐτὴν, ἣν ἐδίωκε ἡ ἀρετὴ καταλάβειν. Ἐκείνη δὲ ἔφυγε, καὶ κατακτάνθη ὑπὸ τῶν κηρύκων*, καὶ κατῆλθεν εἰς τὴν ἀφανείαν, ἀναρέγκειν αὐτὴν εἰς τὸ φῶς, καὶ ἐνερχομένην πάλιν διεδέξατο ἡ κακία. ὅθεν ἔξω τοῦ ἀπόλησεν ἔζησε μοναστικοῖς, καὶ φιλοσόφως ᾄδων, καὶ κιθαρίζων, καὶ φιλοσοφῶν μετὰ τῶν φίλων, καὶ τῇ αὐτοῦ μουσικῇ, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων εἵλκυοντο, οὓς ὁ μύθος πέτρας, καὶ ξύλα, καὶ ὄρη καλεῖ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ.

Cujus fabulæ hic sensus est. Eurydice, quam Orpheus adamavit, & duxit, concupiscentia est: hanc virtus, ut caperet, persequebatur; at illa fugiens, a cerycibus interfecta est [a censoribus morum correpta, & diffamata] (XIX) descenditque Orpheus in obscurum, ut eam iterum in lucem adduceret, jamque emergentem malitia rursus excepit. Quapropter, illa amissa, solitariam, & philosophicam vitam ducens canebat, (XX) & cithara ludebat, & cum amicis philosophabatur, musicaque, & doctrina multos homines rudes ad se trahebat, quos (XXI) Lapides, Sylvas, & Montes appellat fabula. Atque hæc ita se habent.

Ὁ δὲ σκοπὸς τὸ δεύτερον προλεγόμενον τοιοῦτος τυγχάνων γε ἄν. Διηγεῖται γὰρ τὰ ἔργα, καὶ τὰ ἆθλα, καὶ πολέμους, καὶ κινδύνους τῶν Ἀργοναυτῶν, οἵτινες εὐγενεῖς ὄντες, καὶ ἄρχοντες, καὶ τοῦ γένους τοῦ Μινύου

Scopus vero secundum *Prolegomenon* istiusmodi est. Gesta, & labores, & prælia in hoc carmine narrantur Argonautarum, qui aliquot viri erant nobili; regiaque stirpe orti, genus-

que a Mynia ducentes, laudis cupidi, hortante Jasone Pagasan convenerunt, ubi navis Argo extructa fuerat, quum ea urbs navigationis studiosa foret, & bellicosa; quibus navigandi auctor fuit Jason Æsonis filius, Peliæ consobrinus. Qui, quum ob oraculum quoddam ab Jasone regno expelli timeret, illum in Colchidem navigare jussit, verbo quidem, ut inde ab Œeta vellus aureum auferret, re tamen ut male interiret.

Illis quum se comitem addidisset Poeta, historici morem secutus narrat ab initio quanta per viam gesserint Argonautæ, quanta perpessi fuerint, quæ pericula superaverint, & quomodo per Icarium mare, & Hellespontum, & Propontidem, Bosphorumque Thracium navigantes in Euxinum Pontum pervenerint, ipsoque trajecto in Phasin fluvium intraverint: quomodo Medea Œetæ Colchorum Regis filia ab Jasone amata operam suam in rapiendo aureo vellere præstiterit, & cum Argonautis

χάριν ἐπαίνου, καὶ τοῦ Ἰάσονος συνήχθησαν εἰς Παγάσαν, ὅπου, καὶ Ἀργὼ ναῦς ἐναμπηγήθη, ὡς αὐτοὶ ναῦται, καὶ πολεμικοὶ ὄντες, ὧν ναύαρχος Ἰάσων ὁ τοῦ Αἴσονος, ἀνέψιος Πελίου, ὃς χρησμόν τινα δεδιὼς μὴ πρὸς τοῦ Ἰάσονος τῆς βασιλείας στερηθῇ προσέταξεν αὐτῷ εἰς Κόλχιδα πλεῦσαι λόγῳ μὲν λάβειν ἐκεῖθεν παρ' Οἰήτου τὸ χρύσουν δέρος, ἔργῳ δὲ ἐκεῖ κακῶς τελευτῆσαι.

Συμπαρὼν δὲ αὐτοῖς ὁ ποιητὴς διηγεῖται ἱστορικώτερον ἐπ' ἀρχῆς ὅσα ἔπραξαν οἱ Ἀργοναῦται καθ' ὁδὸν, ὅσα ἔπαθον, ὅσους κινδύνους ὑπέστησαν· πῶς διὰ τοῦ Ἰκαρίου, καὶ Ἑλλησπόντου, καὶ Προποντίδος, καὶ Βοσφόρου Θρακικοῦ πλεύσαντες εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον ἐξέεσαν, καὶ δι' αὐτοῦ εἰς τὸν Φᾶσιν πόταμον εἰσῆλθον. Πῶς δὲ ἡ Μεδεία θυγατὴρ Οἰήτου βασιλέως τῶν Κόλχων ἐρασθεῖσα τοῦ Ἰάσονος αἰτία γέγονεν ἅρπασαι τὸ χρύσουν κῶας, καὶ φεύγειν μετὰ τῶν Ἀργοναυτῶν. Πῶς δὲ διὰ ποίας ὁδοῦ ἐπάνηκεν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ μετὰ πόσων κινδύνων. Πάντα τ' ἐν τῷ πλῷ ἐν τάξει ἐφη-

ἐφημερίδος διὰ βραχέως διηγεῖται ὁ ποιητής.

tis aufugerit. Quo etiam modo, quave via, quot superatis periculis redierint in Patriam. Omnia vero in ipsa navi Ephemeridis instar digerens Poeta paucis perstrinxit.

Ἐξ ὧν τὸ τρίτον προλεγόμενον δῆλον ἡ ἐπιγραφή. Ἀργοναύτικα γὰρ τοῦ Ὀρφέως ἐπιγράφεται τὸ βίβλιον ὡς περιέχων τὰ ἔργα, πάθη, φόβους, ἀγῶνας, κινδύνους τῶν εὐγενέων ἐκείνων πλευσάντων διὰ τοσούτων, καὶ τοιούτων βαρβάρων ἀμελίκτων, καὶ ἀνδραφάγων.

Ex hisce tertium etiam manifestum est *Prolegomenon*, inscriptio nempe. Orphei etenim Argonautica hoc opus inscribitur, quum exhibeat res gestas, labores, timores, certamina, & pericula nobilium illorum virorum, qui per tot, ac tales barbaras, & immanes gentes, virosque devorare assuetas, navigarunt.

Τὸ δὲ τέταρτον, καὶ πλευταῖον τὸ μέτρον λέγω φανερὸν τοῖς εἰδόσιν, ἡρωϊκὸν γὰρ τυγχάνει τὸ συνηθὲς ἑξάμετρον, οὗ ὁ α ποὺς, καὶ β, καὶ γ, καὶ δ ἢ δάκτυλος ἢ σπονδαῖος, ὁ δὲ ϛ ἢ σπονδαῖος, ἢ τροχαῖος. ὡς τὰ πολλὰ, καὶ ἁπλοῦν, καὶ εὐχαρές ἐστιν· οὐ γὰρ ἔχει τὰ εἴδη, καὶ τὰ πάθη, οἷς χρῆσθαι Ὅμηρος, ὃς πρῶτος ἐφεῦρε τῆς, οὐ μόνον ἄλλων καλλῶν, ἀλλὰ καὶ ποιητικῆς πολυποικιλίας, καὶ ἀγλαότητος.

Quartum vero, & ultimum metrum dico, quod legentibus aperte patet Heroicum esse, consuetum videlicet exametrum, in quo I. II. III. IV. V. pes Dactylus, aut Spondæus; sextus vero Spondæus, aut Trochæus. Hujusmodi autem est, ut plerunque simplex sit, & concinnum: non enim eas habet species, aut eas affectiones, quibus utitur Homerus, qui primus non solum alia ornamenta, sed varietatem etiam, & venustatem poeticam invenit,

Orphei vero Poemata propter antiquitatem, & fatum quoddam auctori, & operi commune, adeo disparuerunt, ut vix inveniantur pauca, corrupta, mendosa, male digesta. Hoc enim illius opus, quod ego nuper Mediolani reperiens exscripsi, aliisque ostendi, & evulgavi, quum admodum laciniosum sit, aliud exemplar, quo emendarem, reperire non potui.

Τὰ δὲ τοῦ Ὀρφέως διὰ τὴν πολυετίαν, καὶ τὴν δυσυχίαν γένους τοσοῦτον ἐφάνισαι, ὥστε μόλις εὑρίσκεται ὀλίγα ἅτινα, καὶ ταῦτα διεφθερμένα, καὶ ἀνέξητα. Τὰ γὰρ ἐν τῷ μόλις τῷ Μεδιολάνῳ εὑρων, ἐγράψασε, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινοῦσας, καὶ διδάξας, οὐδὲ δύναμαι εὑρεῖν οἷς παρόντα διορθώσαιμι ἐν πολλοῖς ἀμφίβολα ὄντα:



ANIMAD-

ANIMADVERSIONES ALIQUOT.

I.

De Constantino Lascari, & hoc ejus opusculo.

CONstantinus Lascaris ex clarissima Familia ortus, quæ quatuor habuit Orientis Imperatores, ut Aldus Manutius affirmat in epistola ad Janum Lascaris editioni Rhetorum Græcorum præmissa, relicta patria Constantinopoli, Italiam venit anno MCCCCLIV. Amœniorum literarum cultum eximia, qua præditus erat, eruditione, & ingenio præ cæteris ea ætate restauravit. Eloquentiam, Græcamque linguam Mediolani primum, jubente Francisco Sfortia, publice docuit; subinde Romam se contulit, ibique plurimis a Cardinale Bessarione acceptis benevolentiæ, & amicitiæ signis Messanam adiit, ubi jure Civitatis a Senatu donatus extremum diem obiit. Magna quum inter vivos ageret, usus est auditorum frequentia, atque inter cæteros eruditissimi Cardinalis Bembi. Messanensi Senatui Bibliothecam suam Testamento legaverat, ob quam rem defuncto sepulchrum ære publico Senatus decrevit. Plurimas ac in rem Grammaticam præsertim lucubrationes græco, & latino idiomate scripsit Lascaris noster, quæ in unum collecta Aldus Manutius edidit anno MDXII. Vide Albertum Fabricium Biblioth. Græc. tom. VII. pag. 39., & Hieronymum Ragusa in elog. Sicul., qui auctori nostro attribuit catalogum eorum hominum, qui ab initio cum aliqua laudis, gloriæque fama in Sicilia floruerant.

Hoc vero opusculum ineditum, ut opinamur, præfatio est in Orphei Argonautica, quæ se Mediolani reperisse ait Lascaris, vetustate multum corrupta, frustraque quæsiisse alterum, quo emendaret, exemplar. Eadem illa esse cum iis, quæ Orphei nomine circumferuntur, dicunturque ab Onomacrito conficta, non vero aliquod Orphicæ Poeseos adhuc latens

fra-

fragmentum suadent nonnulla, quæ hic adducuntur Orphei de se ipso testimonia ab eodem Argonautarum carmine desumpta. At hoc opus Orphei revera esse, ut existimat Lascaris, is credat, qui *a lupinis æra discernere non novit*. Quamvis enim non assentiamur iis, qui nullum Orpheum exstitisse dicunt, in eorum tamen sententiam imus, qui nulla superesse Orphei carmina affirmant. Argonautica porro aut Orphici operis sunt epitome; quemadmodum Pindari Thebani Ilias; aut ab aliquo recentiore Poeta, quisquis ille fuerit, conficta. Nam linguæ suavitas, & stylus, & metrum nihil omnino sapiunt antiqui, multumque distant ab illa rudi, & inconcinna dictione, ut ita dicam, phœnicissante, qua usum fuisse Orpheum ante Troicum bellum scribentem necesse est. Id fortasse Orphicæ Poesi contigit, quod Dictys Cretensis libris, quos a Phœnicia lingua in Atticam translatos in istis Prolegomenis narrat Lascaris. Quandoquidem vero in fine hujus præfationis Lascaris de metro Orphici poematis loquens ait illud simplex esse, & carere iis speciebus, & affectionibus, licentiis nempe poeticis, quibus Homerus utitur in caussa est, cur non ausimus omnino negare ab illo repertum, & exscriptum aliquod antiquum Orphici poematis vel genuinum, vel suppositium fragmentum.

II.

Oeager Orphei pater quintus erat ab Atlante Rex; natus siquidem ab Alcyone Atlantis filia, & Tharope Thraciæ Rege. Lambeccius prodrom. hist. liter. lib. I. pag. 168. Licet enim unicum Atlantem Mythologi meminerint Mauritaniæ Regem Astronomiæ adeo deditum, ut in altissimum montem fuisse conversum fabulati sint; tres tamen hujus nominis Reges antiquos Servius enumurat, in lib. VIII. Æneid. Maurum nempe primum, alterum Græcum, tertium Kityn cognomine Hispaniæ Regem. De Græco hic sermo est, a quo quintus numeratur Oeager. Videsis Huetium propos. 4. pag. 127.

III.

III.

Ortus ergo est Orpheus ante Troica tempora. Initium autem belli ultimi Trojani juxta tabulam Lambeccii incidit in annum mundi CIↃCIↃIↃCCLVII. ante Æram Christianam CIↃCXCIII. Lydiatus in Marmor I. Arundellianum pag.250. ad annum mundi CIↃCIↃIↃCCLXXXVII., & ante Christum CIↃCCXLVI. refert. Seldenus vero ad annum Periodi Juliani CIↃCIↃCCCCXCVI., ante Æram vulgarem CIↃCCXVIII. Rege Atheniensium Menestheo. Newtonus, qui novam supputandi viam astronomicarum observationum ope indigitavit, Trojæ subversionem ad annum ante Christum natum DCCCCIV. revocat. Sed P. Souciet e Soc. Jesu Newtoni Chronologiam subvertere editis dissertationibus conatus est. Videantur in hanc rem Scaliger de emendat. pag. 43. & 45. Petavius de doctr. temp. lib. 9. cap. 27. Usserius, aliique. Nostrum enim non est litem hanc impræsentiarum dirimere.

IV.

Natus est igitur Orpheus ante initium belli Trojani anno LXXVII. Vetus hæc est annorum numerandorum ratio, per ætates septem annorum spatium complectentes. Hæ autem septenos singulæ annos complectebantur, eo quod septem annis quamlibet confici ætatem docuerint veteres physiologi; eo ducti argumento, quod post septimum fere quemque annum articulos quosdam, & in his aliquid novi natura ostenderet; inde factum est etiam, ut cuilibet ætati, sive septenario cuilibet annorum numero, planetam, ac Deum aliquem præsidere crederent: & apud Plautum in Pseud. sc. 1. v. 12. tertiam ætatem sub Venere fuisse perspectum est ex hoc carmine.

Sub Veneris Regno vapulo, non sub Jovis.

Vide Censorinum de die natali.

V.

Natus est Orpheus regnante Athenis Ægeo, qui Pandioni successerat, quique ab Æthra Pitthæi Regis filia Theseum Orphei coævum suscepit. Et Judicibus, inter Hebræos, Rempublicam administrantibus, uti docet Suidas, qui sex Orphei nomine illustres homines numerat; at Thracem, sive Libethrium tunc temporis floruisse asserit, quo Judices Hebræorum Rempublicam moderabantur.

V I.

Si Orpheus audivit Linum Thebanum, non recte igitur Vossius, qui Linum Orpheo juniorem ponit. Linus Thebanus rhitmorum, & melodiæ inventor a Marshamo traditur in Marmor I. Arundellianum, & in re poetica præstantissimus. A Suida, & Tacito lib. 2. annal. cap. 14. Lino quoque tribuitur literarum translatio e Phœnicia in Græciam, sed uterque errat, cum a Cadmo Græcos literas didicisse fere unanimis sit Scriptorum sententia.

V. I I.

Cadmus Phœnicia oriundus Agenoris Phœnicum Regis filius fuit; unde dictus Agenoreus. Quum Europam Sororem a Jove Cretensium Rege raptam, quam jussu Patris quæritabat, haud reperire posset, in Græciam abiit regnante Athenis Amphictyone, primusque literas, & Phœnicum mysteria, religionemque Græciæ intulit. Herodotus lib. V. cap. 58., Diodorus Sicul. lib. 3., Bochartus Geographiæ par. 2. lib. 1. cap. 20., atque in Bœotia domicilium suum cum sociis, ibique Thebas condidit, unde Thebanus audiit. Conon, narratione 37., auctor est Cadmum in Græciam venisse, non ut sororem quæreret, sed ut novas Phœnicum Colonias deduceret. Suidas perperam confundit Cadmum Phœnicium, cum Cadmo Milesio. Vide Lambeccium in prodromo histor. p. 157.

V I I I.

Navigavit Orpheus in Ægyptum. Disertissime id narrat Diodorus Siculus lib. IV. pag. 23., & Kircherus in Obelisc. Pamphil. lib. II. cap. 3. pag. 104. probare enititur Orpheum

ex

ex frequenti usu Sacerdotum Ægyptiorum non modo Bacchi Sacra, sed etiam Hieroglyphicam doctrinam didicisse, & in Græciam postea transtulisse. Tertium vero, ut ait inferius Lascaris, numerabant Ægyptii Orpheum inter Græcos, qui in Ægyptum profecti sapientia postmodum excelluissent. Id ex sacris libris constare, ut Diodorus Siculus auctor est, Sacerdotes Ægyptii demonstrabant, ponentes primum Musæum, Linum secundum, Orpheum tertium, quartum Melampodem, quintum Dædalum. Vide Diodor. Sic. Biblioth. lib. V.

I X.

Philosophiam summopere coluisse Orpheum locuples testis est Laertius in proemio. Quanquam nimis temere ipsum, ejusque philosophiam notat ob iniqua, & absurda de Diis commenta supposititiis illis comprehensa voluminibus, quæ sub Orphei nomine circumferuntur. Vide Lambeccium loco citato pag. 175. Profecto non alia de caussa finxerunt Poetæ Orpheum cantu suo feras, arbores, & saxa movisse, nisi ut ostenderent eundem feros, barbarorumque hominum mores cultiori, honestiorique vivendi ratione mirifice composuisse. Horatius de Arte Poetica.

Silvestres homines sacer interpresque Deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigreis, rabidosque leones.

De Orphica Philosophia multa legas apud Augustinum Steuchum de perenni Philosophia lib. VII. cap. 10.

X.

Argonautarum expeditionem in Colchos ad annum mundi CIƆCIƆIƆCCXV, ante Æram Christianam CIƆCIƆCCXXXV Lambeccius revocat; Newtonius a Lambeccii supputatione longe distat, sed eruditus P. Souciet viam illi intercludere contendit; unde Argonautarum expeditionem ad annum ante Christum CIƆCCCCLVII. rejicit; quingentis videlicet annis anteriorem facit Angli

Chro-

Chronologi supputatione, & centum viginti marmoris Seldeniani calculo. Petavius lib. XIII. pag. 531. Argonautarum navigationem rejicit in annum mundi CIↃCIↃDCCXXI., ante Æram vulgarem CIↃCCLXIII. Calmetus vero ad annum mundi CIↃCIↃDCCXXXI., ante Christum CIↃCCLXIX. Alii alia opinantur, nec tam facile est de hac re sententiam proferre. Hortante Jasone Thessaliæ Rege navigationem Orpheus suscepit, & Argonautarum, Sociorumque labores carminibus descripsisse fertur, quæque etiam nunc integra supersunt; quanquam horum Argonauticorum teste Suida auctor est Orpheus alter Crotoniates, sive Onomacritus Pisistrato Atheniensium tyranno, ejusque filiis coævus. Vide Vossium de Poetis Græcis cap. 4. Albertum Fabricium Biblioth. Græcæ Tom. 1.

X I.

Extremam senectutem agens occisus est Orpheus a Mulieribus. Si vera hæc Constantini Lascaris narratio, corrigendus artifex, qui Orpheum a Bacchantibus discerptum juvenili ætate sculpsit.

X I I.

Eurydice quum Aristæi vulgo Apollinis, & apud Ciceronem Bacchi filii, & Arcadiæ Regis amorem fugitaret, ab angue in herba latente icta interiit. Virgilius Georg. lib. IV. v. 457.

Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum, moritura puella,
Servantem ripas alta non vidit in herba.

Neminem latet Poetas fabulari Orpheum ob Eurydicis conjugis suæ mortem tanto dolore percitum fuisse, ut ad Inferos sumta cithara per Tænarum, ubi horribile antrum cernebatur, per quod ad Tartara aditus patebat, illico descenderit, ibique cum mirificam quandam, suavissimamque lamentationem cecinisset, Plutonem adeo demulsisse, atque Proserpinam Inferorum Reges, ut illi Eurydicem

suam

ſuam adducendi ſecum facta fuerit poteſtas; ea tamen lege, ne prius illam reſpiceret, quam ad ſuperos perveniſſet; quumque inferorum dominantium legem incitante amore fregiſſet, illam idcirco amiſerit. Cujus fabulæ allegoria inferius exponitur animadverſione XVII.

XIII.

Diſcerptus fuit a Bacchantibus inter ſimulata Liberi Patris ſacrificia; quia Orpheus, mortua Eurydice, ita mulierum amorem aſpernabatur, ut homines etiam a conjugio dehortaretur, Apollodorus in lib. de Diis. Alii tamen opinantur Orpheum a Jove fulmine percuſſum interiiſſe. Vide Nat. Comitem. Pauſanias in Bœoticis mulierum indignationem, furoremque in Orpheum a cantus ſuavitate, quo homines ſecum abducebat, ortam fuiſſe ſcribit. παιδεραςίαν Ovidius Orpheo mortis cauſſam ait exſtitiſſe. Metamorphoſ. lib. X. v. 84. Gelous vero in Philadelphis narrat Venerem in Orpheum feminarum iram provocaſſe ob Calliopis Orphei matris de Adonide ſententiam. Agatharchides Cnidius lib. XXII. rerum Aſiaticarum tradit Orpheum ſibi mortem conſciviſſe ab Eurydicis umbra deceptus in Aortho in Theſprotide, ubi vetuſtiſſimum erat animarum ab Inferis evocandarum oraculum. Haud nos movent tot de morte Orphei opiniones, quum plures exſtitiſſe Orpheos certum ſit, quorum ſex Laſcaris ipſe enumerat. Varius itaque illorum interitus per inſcitiam ad unum refertur.

XIV.

Philoſtratus in Philoctete narrat Orphei caput ab Hebro in mare dejectum, & Lesbo appulſum ibique conditum vaticinari conſueviſſe; unde Lesbii, cæterique Æoles, atque iis finitimi Jones ipſo ad vaticinia utebantur. Hujus præterea Oraculi reſponſa a Babylone petebantur. Sed præ cæteris celeberrimum, quod Cyro Regi datum referunt hiſce verbis τὰ ἐμὰ σά. i.e. *Mea, o Cyre Tua*. Quod quidem Oraculum tanquam de locis dictum acceperat Cyrus, ideoque Imperii ſui incrementum, felicitatemque eo ſignificari

cre-

crediderat, quum revera eandem a Thomyride Cyro mortem, quam ipse Orpheus a Bacchantibus tulerat, obscure quidem eo responso vaticinaretur. Vandale de Oracul. Ethn. cap. 10. pag. 215., Lambeccius loc. cit. cap. 4. pag. 180.

X V.

Heroes iidem dicuntur a Græcis, qui ἡμιθεόι, & a Latinis Semidei, vel Semones, qui, ut ut mortales essent, rerum tamen gestarum magnitudine ad Deos immortales propius accedere visi sunt; & quos altero parente Deo, altero mortali prognatos existimabant. Inde heroica tempora adpellata sunt, quibus Hercules, Castor, Orpheus, & hujusce generis homines floruernnt. Catullus de Argon. carm. 64. v. 23.

Heroes, salvete Deum genus.

Inter Heroas itaque statim relatus est Orpheus, ipsique ut Deo, vel semideo litatum est, imo Orpheum Sacrificiis, eodemque modo, quo Dii solent, cultum fuisse in Templis, quæ feminis interdicta essent, testis est Conon narratione XLVIII. apud Photium in Bibliotheca. Neque solum apud Græcos, & Ægyptios inter Deos habitus est, sed & apud Romanos. Alexander Severus, referente Ælio Lampridio pag. 550. edit. Salmasii in Larario suo majori juxta Christum, & Abrahamum Orpheum posuerat; quamvis Seldenus in Orpheo Davidem effinctum conjectaverit. Selden. de Diis Syris.

X V I.

Vide in supposititii Argonautarum carminis initio Catalogum, quem Orpheus attexit suorum operum; & Albertum Fabricium lib. 1. Biblioth. Græc., & Lambeccium loco cit.

X V I I.

Eosdem olim fuisse Philosophos, & Poetas in alio suo opusculo docet Lascaris, quod in eodem manuscripto Regiæ Bi-

Bibliothecæ hæc prolegomena excipit, cui titulus περὶ ποιητῦ· ἐςὶ τοινῦν ποιητὴς τοῖς πάλαι πρῶτος Φιλόσοφος, καὶ ἡ ποιητικὴ πρώτη Φιλοσοφία. i.e. *Est igitur Poeta antiquis primus Philosophus, & Poesis prima Philosophia*. Atque ideo Orpheus, ut Philosophus metrice scribebat quæcunque. Lascaris vero in eorum est hæresi, qui metrum soluta oratione antiquius existimant; quapropter in eodem opusculo περὶ ποιητῦ antiquos Poetas, & Philosophos usos esse scribit oratione metris alligata, utpote aptiori ad sublimia tractanda, at postmodum soluto metro factum esse sermonem pedestrem. λύσαντες τὸ μέτρον ἐποιήσαντο τὸν πέζον λόγον καταπέσοντα ἀπὸ τῦ ὕψυς τῆς ποιητικῆς ὥσπερ ἀφ᾽ ἵππυ. i.e. *Solventes metrum pedestrem fecerunt orationem, quæ visa est veluti decidisse a sublimi Poeseos gradu tanquam ex equo*. Hinc Græci prosaice πέζως dicunt, ut Lascaris paullo post.

XVIII.

De Orpheo, quem aliqui temere fuisse negant, Cicero lib. 1. de nat. Deo. refert Aristotelem prodidisse Orpheum illum nunquam extitisse, quæ vero carmina ejus nomine circumferuntur, ea a Pithagoricis attribui Cecropi cuidam. Et Origenes Celso Orpheum laudanti respondet illum nunquam extitisse, quorum auctoritatem secutus Vossius lib. de arte Poet. cap. 3. Linum, Orpheum, & Musæum nunquam fuisse docet, quod illorum nomina, ex Arabicis vocibus conficta sint. At merito ridet Albertus Fabricius *hac*, inquiens, *ratione concludi* neque Mosem extitisse. Adde Historicorum, Poetarumque de Orpheo testimonia. Ut Dio Chrysost. orat. 78., Pausanias lib. 9., Calpurnius egloga 2., Silius Italicus lib. 2., Horatius Carm. lib. 1. od. 12., Virgilius Georg. lib. 4., aliique, quos videre est apud Lambeccium loc. sup. cit.

XIX.

Vox κήρυξ multa apud Græcos significat nimirum Cerycem, ut etiam Latini dicunt, præconem, caduceatorem, legatum nempe pacis ineundæ caussa. Dicti etiam κήρυκες magistratuum ministri, & qui per vicos res parvi momenti

vendentes magna voce provocant emtores. Hic *Ceryces* fortasse vocat Lascaris buccinatores non virtutis, sed vitiorum alicujus. Atque ita cum Eurydice *latum judicium*, seu acrem judicandi vim, conscientiam nempe significet, Aristæus vero *optimum* sonet, *virtutem* nempe, qualis qualis sensus adhuc tamen obscurus eruitur. Cæterum moralem hujus fabulæ sensum exponit Boetius lib. III. de Consol. Philosoph. metro XII., ubi de Orphei descensu ad Inferos venuste satis.

Felix qui potuit boni
Fontem visere lucidum:
Felix qui potuit gravis
Terræ vincere vincula.
Vos hæc fabula respicit
Quicumque in superum diem
Mentem ducere quæritis,
Nam qui Tartareum in specus
Victus lumina flexerit,
Quidquid præcipuum trahit
Perdit dum videt Inferos.

Partem etiam hujus fabulæ tantum Tzetzes interpretatur Chil. II. num. 54.

Ἡ Εὐριδικὴ σύζυγος ὑπῆρχε τοῦ Ὀρφέως.
Ταύτην ὑπ᾽ ὄφεως φασὶ δηχθεῖσαν τεθνηκέναι
Ἀνενεχθῆναι δὲ πρὸς φῶς πάλιν ἐκ τῶν νερτέρων
Ὀρφέως ᾅδην θέλξαντος, καὶ κόρην μυσουργίαις.
Τὸ δ᾽ ἀλληγορικώτερον, ἡ λύπῃ βεβλημμένη
Λειποψυχοῦσαν νόσῳ τε δεινῇ περικαρδίῳ,
Ἅπερ καὶ χεῖρω δήγματος τυγχάνουσι δρακόντων,
Τέρψας Ὀρφεὺς ἐξήλασε τῇ μουσικῇ τὸ πάθος.
Ἣν ὑπ᾽ Ὄφεως αὐτὴν τῷ ὄντι δεδηγμένην
Καὶ κινδυνεύσαν θανεῖν ταῖς ἐπῳδαῖς, ἃς ᾖδε,
Καὶ ἀγχινοίᾳ μουσῇ τε καὶ πολυμαθείᾳ

Ὡς

Ὡς πρὶν Δαβὶδ τὸ τοῦ Σαοὺλ δαιμόνιον ἐκεῖνο,
Αὐτὴν ἐζωοποίησεν, ὅθεν ἐλέγχθη τᾶδε.

Formosa Thracis uxor Eurydice Orphei,
Anguis petita morsu, ut ajunt, occidit.
Egressa vero rursus Orci faucibus,
Rediviva purum denuo aspexit diem.
Nam flexit Orpheus Inferos pulsans lyram.
At hocce commentum probe fictum docet.
Mœrore quondam conjugem afflictam gravi
Morbo excedente tetro cor medullitus,
Quod est draconis morsibus pejus malum,
Dulci Orphei cantu saluti redditam.
Tristem ille curam musico expulit sono.
Aut illa veri vulnerata morsibus
Draconis interitura erat; ni cognita,
Qui cuncta norat, Orpheus vi concentuum,
Musaque pollens, ingeniique viribus
Pene mortuæ vitam dedisset conjugi.
Illa usus arte, qua Saulem Spiritu
Recreabat, & Davides oppressum malo.

X X.

Canentem & cithara ludentem Orpheum multæ lucu-lenter referunt imagines, & numismata, in quibus illum feræ circumstant, agni, & columbæ, una cum leonibus, & accipitribus, qui illum canentem audiunt. Sed Orpheus Lyræ inventor fuerit necne? & quot illam chordis instru-xerit, aliis alia sentientibus statuere difficile negotium est. Vide Seldenum in marmora Arundel. pag. 129. Nicoma-chum in Harmon. Enchirid. lib. 2. cap. 1. Plutarchum de musica. Athenæum lib. 14. Strabonem lib. 13. Ælianum de var. hist. lib. 8. cap. 6. Scaligerum Poet. lib. 1. cap. 48. Homerum in hymno Mercurii, ubi heptachordon ait esse lyram a Mercurio inventam. Marmora tamen, & Nu-mismata Tetrachordon habent, qualem etiam nostrum ex-

hibet Saxum. Vide Gronovium tom. I., Montfauconium tom. I. par. 2., & Regiam Saxonicam Pinacothecam fig. 18., & 20.

XXI.

Fabulam de tractis ab Orpheo montibus, & sylvis explicat Palephatus in libro incredibilium, inquiens, Pierias feminas errantes per montes, cædemque pecorum miserrimam edentes institutis ab illo choreis, & cantiunculis revocatas in urbem. Quæ quum inter bacchandum magnam ingentium ramorum copiam una cum virentibus foliis ex arboribus evellerent, secumque deferrent, agmen redeuntium, & saltitantium mulierum procul aspicientibus sylva incedens videbatur, & locum fabulæ præbuit, fingendi nempe tractas ab Orpheo sylvas una cum montibus.

Hæc in Constantini Lascaris præfationem a nobis sunt animadversa, ut Orphei & historia, & fabula paullo plenius explicaretur; quibus non ægre feret lector, si addemus tria, tanquam auctarium in Orpheum extinctum epigrammata, ex lib. III. Anthol. Græcæ.

Ἀντιπάτρου εἰς Ὀρφέα.

Οὐκ ἔτι θελγομένας, Ὀρφεῦ δρύας, οὐκ ἔτι πέτρας
  Ἄξεις, οὐ θηρῶν αὐτονόμους ἀγέλας.
Οὐκ ἔτι κοιμάσσεις ἀνέμων βρόμον, οὐχὶ χάλαζαν,
  Οὐ νιφετῶν συρμούς, οὐ παταγεῦσαν ἅλα.
Ὤλεο γάρ· σέ δε πολλὰ κατωδύραντο θυγατρές
  Μναμοσύνας, μάτηρ δ' ἔξοχα Καλλιόπα.
Τί φθιμένοις στοναχοῦμεν ἐφ' υἱάσιν; ἁνίκ' ἀλαλκεῖν
  Τῶν παίδων Ἀΐδην οὐδε θεοῖς δύναμις.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὀρφέα Θρηΐκιῃσι παρὰ προμολῇσιν Ὀλύμπου
  Τύμβος ἔχει μούσης υἱέα Καλλιόπης.

Ωῦ-

Ωἶ δρύες οὐκ ἀπίθησαν ὅ τῳ σὺν ἀμ' ἔσπετο πέτρη
  Ἄψυχος, θηρῶνθ' ὑλονόμων ἀγέλη.
Ὅς ποτε καὶ τελετὰς μυστηρίδας εὕρετο Βάκχου,
  Καὶ στίχον ἡρώῳ ζευκτὸν ἔτευξε ποδί.
Ὅς καὶ ἀμειλίκτοιο βαρὺ κλυμένοιο νόημα,
  Καὶ τὸν ἀκήλητον θυμὸν ἔθελξε λύρῃ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καλλιόπης Ὀρφῆα καὶ Οἰάγροιο θανόντα
  Ἔκλαυσαν ξανθαὶ μυρία Βιστονίδες.
Στικτοὺς δ' ᾑμάξαντο βραχίονας ἀμφὶ μελαίνῃ
  Δευόμεναι σποδιῇ Θρηΐκιον πλόκαμον.
Καὶ δ' αὐταὶ στοναχεῦντι συνευφόρμιγγι Λυκείῳ
  Ἔρρηξαν μοῦσαι δάκρυα πιερίδες
Μυρόμεναι τὸν ἀοιδόν. ἐπωδύραντο δὲ πέτραι,
  Καὶ δρύες, ἃς ἐρατῇ τὸ πρὶν ἔθελγε λύρῃ.

Antipatri in Orpheum.

Jam neque tu plantas, nec pastu armenta ferarum
  Omisso, Orpheu, nec saxa revulsa trahes.
Nec Boreæ fremitum poteris placare, nec imbres
  Solvere, nec glaciem, nec cohibere mare.
Ecce jaces: multumque novem flevere sorores,
  Ipsaque præ reliquis Calliopæa parens.
Cur querimur natos sublatos funere? Divis
  Si neque fas orco surripuisse suos.


In eundem.

Calliope natum musa saxum Orphea claudit,
  Heic ubi Threjicios spectat Olympus agros.
Quem lapides anima cassi, quercusque vocantem
  Sponte sequebantur, sylvicolæque feræ.

Qui sacra perfecit primus mysteria Bacchi,
Heroo & docuit jungere metra pede.
Qui cithara Plutonis inexorabile numen
Vicit, & emulsit pectora dura sono.

In eundem.

Calliopes, atque OEagri natum Orphea multis
Flevere extinctum Bistonides lacbrymis.
Lividaque ambabus cædentes brachia palmis,
Fœdantesque tetro pulvere cæsariem.
Et flevit fidibus, qui delectatur Apollo,
Fleverunt miseris Pieridesque modis,
Tantus erat cantor; fleverunt denique quercus,
Dulcisonamque prius saxa secuta lyram.



X.

SILVANO·AVG·
SACRVM
Q·TOSSASIVS
SYMPHORVS·V·S·
I·L·M



G. Brun

X.

ARA SILVANO SACRA.

PEculiaris quoque fuit Taurinæ Gentis in Deum Silvanum Pietas, & Religio. Hujusce rei nobis ultro fidem facit hoc marmor superioribus annis in hac augusta Urbe, dum muri amplificantur, erutum, in quo Silvanus nudus, si pallium, quod ab humeris pendet, excipias, ut in cæteris plerumque marmoribus apud Begerum, & Montfauconium (a). Dextera gerit ramum, cujus haud facile divinaveris genus; neque quercus tamen, neque pini, neque cypressus est: nos fagi, sed verius fortasse ilicis termitem conjectamus. Sinistra manu pedum tenet: in angulo lapidis arbor integra conspicitur, & sus ore, oculisque ad Silvanum conversis; victima ei sacra, acceptaque. Dextero in latere marmoris cernitur patera, quæ facti a Q. Tossassio Symphoro sacrificii, ut votum Augusto Deo solveret, indicium est. De Silvano, ejusdemque Sacro quanquam jam egerint viri totius antiquitatis scientia præclarissimi; attamen cum in eorum commentariis nonnulla aut indiligenter disputata, aut aliqua animadversione digna nobis videantur, plurima idcirco nos de Silvano, data nostri marmoris occasione, hic etiam dicturi sumus. Itaque

[a] *Beg. Thes. Brand. tom. 3. p. 258. Monsf. Am. to. 1. par. 2. pag. 274.*

SILVANO . . . . Pelasgi ab initio Silvanum in Italia coluere. Virgilius [b].

[b] *Virg. Æneid. 8. v. 600.*

Silvano fama est veteres sacrasse Pelasgos
Arvorum, pecorisque Deo, lucumque, diemque.

Fauni modo, modo Saturni apud Janum in Italia laten-

 tis

tis filius a Poetis, & Historicis adpellatur. Cum Fauno, Pane, & Inuo eundem esse summæ auctoritatis homines autumant, antiquorum marmorum testimonio adducti, in quibus Silvanus caprinis cruribus, fistula, & pedo, & fronte cornibus armata, pineaque corona redimitus non raro repræsentatur; ita ut pro varia officiorum ratione, quæ illi tribuebantur, modo Pan, modo Faunus vocari consueverit, dictus fuerit autem Silvanus a Silvis, in quas ille non trita via sese plerunque immitteret. Cl. tamen Salmasius (c) multa Historicorum, Poetarumque loca colligit, ut Silvanum cum Fauno, & Pane haudquaquam confundi debere evincat; ac præsertim Virgilium, & Ovidium testes adducit. Virgilius equidem [d].

[c] Salmas. exercit. in Sol. p. 413.

[d] Virg. Georg. 2. v. 494.

Panaque, Silvanumque Patrem, Nymphasque sorores.

Et Ovidius [e].

(e) Ovid. metam. 1. v. 192.

Sunt mihi Semidei, sunt rustica Numina Fauni,
Et Nymphæ, Satyrique, & monticulæ Silvani.

Adducit & Lucanum [f].

(f) Luc. 3. v. 402.

. . . . . *Ruricolæ Panes, nemorumque potentes*
Silvani.

Sed Plinium adfert, qui rem totam finire videtur, inquiens: *quin & Silvanos, Faunosque, & Deorum genera silvis, ac sua Numina tanquam a Cœlo attributa credimus* [g]. Addimus nos ad confirmandam Salmasii opinionem hanc e Muratorio inscriptionem (h).

(g) Plin. hist. nat. lib. 12. c. 1.

(h) Murat. Th. Insc. to. 1. p. 71. n. 4.

SILVAN. PAN.
ET. LIB. PAT.
INVIC. SAC.

Id

Id est Silvano, Pani, & Libero Patri invicto sacrum. Quæ quidem Historicorum, Poetarum, & lapidum testimonia diversum horum Deorum genus satis probare videntur. Litem tamen quis dirimat? Illud nos lubentissime fatemur Deorum sacra adeo confusa, & permixta ab antiquis fuisse; sive quia unum, eundemque ad alios referrent Deos, sive quia pluribus non raro Diis eadem tribuerent officia, ut ne vix quidem absque temeritatis nota rem conficere quis possit. Salmasio tamen subscribimus, cum multa de Silvano passim circumferantur, multaque etiam in ejus sacris reperiantur, quæ nec Pani, nec Faunis, neque Inuo communia ullo modo sunt; ut ex his, quæ suo loco dicemus, satis superque patebit. Interim Silvanum, qui agrestis ab initio Deus, ac veluti *arvorum, pecorisque custos*, silvarum, & montium Patronus colebatur, in hortos paullatim intulere; inde etiam in Civitatem, ubi domestica ei munia, & propria urbani Dei assignarunt. Hinc vetus Scriptor de agrorum finibus triplicem veluti Silvanum facit, Domesticum unum, Agrestem alterum, tertium Orientalem. De Silvano Domestico apud Gruterum vetus inscriptio [*i*]. [i] *Grut. pag. 64. n. 12.*

SILVANO.

DOMES.

Porro Silvanum Domesticum idem significare videtur, ac Larem, Geniumque, qui tecti, domus, & possessionis custos esset. Et sane Lar Etrusca voce præstitem, & principem significat, ut nempe variis rebus pro suo quisque munere præesset. Alii itaque familiares, qui domos custodirent, familiarumque curam gererent; viales alii, quos Viacos adpellat Varro (*K*), quosque invocare solebant hi, (K) *Var. de re rust.* qui peregre proficiscebantur, ut felix, fortunatumque iter auspicarentur; rurales alii, quibus lucus in agris, atque in compitis rusticis dicabantur, de quibus Horatius [*l*]. [l] *Horat. carm. 3. ode 23.*

Cœlo

Cœlo supinas si tuleris manus,
Nascente Luna, rustica Phillide,
Si thure placaris, & horna
Fruge Lares, avidaque porca.

Sed quovis modo Lares ii considerentur, eorum censui semper adscribi posse Silvanus videtur. Etenim cum agrorum ille custos foret, & conservator, ruralem propterea eundem a veteribus habitum fuisse Larem, discas ab antiquis lapidibus (*m*).

(m) *Murat. to. 1. p. 69. n. 10.*

SILVANO.

LARI. AGRESTI.

Cumque in iisdem sacra facta Silvano legamus pro salute itus, ac reditus virorum illustrium, non ne suspicandi locus est Silvanum in Larum quoque Vialium numero relatum fuisse. Gruterus [*n*].

(n) *Grut. pag. 63. n. 9.*

SILVANO. AUGUS. SACR.

PRO. SALUTE. ITUS. AC. REDITUS.

IMP. AUG.

Ut vero familiaris etiam Lar creditus, cultusque fuerit, evincit Sponius ex vetusto hoc epigrammate [*o*].

(o) *Spon. de ignot. Deor. aris ap. Grav. to. 7. pag. 243.*

SILVANO. FLAVIORUM.

Ubi eum tres Flavii tanquam familiæ suæ custodem, tutoremque venerantur. Quæ quidem in caussa fortasse fuere, ut Veteres Silvanum & magni Collegii Larum, & Imaginum Præsidem statuerint. De Silvani Collegio meminere Gruterus, & Muratorius [*p*].

(p) *Grut. p. 318. Murat. p. 529. n. 5.*

JULIO

JULIO. HERMETI.
COLLEG. SILVANI.
GEM. FEC.
ONESIMUS. ATTIL.
COLLEG. SILVANI.
CRATERAM. &c.

De Collegio itidem Silvani restituto singularem edidit inscriptionem Illustrissimus Marchio Maffejus [*q*].

(q) *Maff. Select. Ant. Gall. pag.* 27.

COLLEGIUM.
SILVANI. REST-
ITUERUNT. M.
AURELIUS. AUG.
LIB. HILARUS.
ET. MAGNUS. CRYP.
TARIUS. CURATORES.

Sed illud idem nuper memoratum in inscriptionibus Silvani Collegium unum idemque fuisse cum Larum Collegio juxta conjecturam nostram haud parum confirmare videtur hæc alia apud Gruterum [*r*].

[r] *Grut. p.* 63. *n.* 1.

SILVANO. SACRUM. SODAL. EJUS. ET. LARUM.
DONUM. POSUIT. TIT. CLAUD. AUG. LIB.
FORTUNATUS. A. CURA. AMICORUM.

In qua inscriptione ii, qui Collegio Larum adscripti essent, vel sodalitio Silvani, & Larum quoque sodales clarissime desi-

designantur. Eruditissimus Scaliger apud Fabretum (s) τὸ sodales ad Mercurium, Liberum, & Herculem tanquam comites, & socios Silvani referendum esse putat. Sed in hac re merito a Fabreto vapulat, cum de illis hominibus, qui in Collegii albo, vel decuriis recensebantur, ex vetustissima tabula marmorea ab ipso relata, sodales hi omnino intelligendi sint.

[s] *Fabr. in Colum. Traj. p.* 205.

Nunc de Silvano Agresti quæpiam dicamus. Agrestis pastoralem proprie significat, atque hoc modo cum Pane Silvanum conjungi posse videtur, multis enim ille cum Pane communibus persungebatur officiis; idem fere cultus; eademque fere sacra a rusticis utrique fiebant. Pan equidem *ovium custos* a Poetis dicitur [*t*], & *curare*

[t] *Virg.Georg.* 1. *v.* 15.

. . . . *oves, oviumque magistros.*

Sed præter pecorum curam, quæ utrique Deo communis erat, Silvano plantationis arborum inventionem affinxere; unde fortasse in omnibus Silvani simulacris, ut & in nostro, arbores cernuntur, quas inter ille vario fructuum, ramorumque genere ornatus stat. Juvat antiquam exscribere a Muratorio inscriptionem ad rem totam illustrandam (*u*).

(u) *Murat.to.*1. *p.* 70. *n.*6.

SILVANO. SANCTO.

PATRI. ET. CUSTODI.

PECUDIFERO. LACTIFERO.

GLANDIFERO. POMIFERO.

CANNABIFERO. LINIFERO. &c.

Quia nempe pecoris incolumitatem, lactis ubertatem, glandium, pomorum, cannabis, & lini copiam, & incrementum promoveret.

Silvanus ab auctore de agrorum finibus Orientalis tertio loco dictus est, *cui lucus in continuo positus erat, qui-*

que

que Terminalis Deus nuncupabatur, quia primus in terra finalem lapidem posuerit. Salmasius (x) de Silvano orientali verba faciens, erudite disputat, quid sentiendum sit de Marte Silvano? Martem Silvanum nonnulli eundem cum Silvano Patre fuisse putant, eique votum pro bubus factum adtribuunt, quod refert Cato (y): *votum pro bubus, ut valeant, sic facito Marti Silvano in silva interdiu in capita singula boum votum facito*. Imo in Solitaurilibus, aliisque rusticorum precationibus non alium esse Martem a Silvano contendunt. Alii vero Martem Silvanum volunt esse Martem Rusticum, vel Silvestrem, qui a silva dictus sit Silvanus, quemadmodum ab urbe quis Urbanus dicitur: ita Herculem Silvanum apud Victorem a Lampridio, Herculem Rusticum indigetari adserunt [z]. Profecto haud facile est in tanta literatorum opinandi varietate quidquam certo pronunciare. Illud cæteroquin certum, & omni procul dubio est Martem Silvanum, idest Silvestrem eadem ferme ratione dici potuisse, qua legitur in veteri Saxo.

(x) *Salm. loc. sup. cit.*

[y] *Cato de re rust. c. 53. p. 26.*

[z] *V. Salm. in C. Jul. Polyst. p. 414. 8.*

MARTI. CAMPESTRI.

Illud quoque extra omnem dubitationis aleam est συννάοις, & συμβώμοις plerunque fuisse Martem, & Silvanum; quod idem de Hercule intelligendum: nimirum θεοὺς συννάους Græci, Romani *contubernales* Deos vocabant, aut cum illi uno in Templo, aut cum variis sub uno tecto, & intra unum septum ædiculis colerentur: σύμβωμοι appellabantur hi, quos sacris communi super ara factis venerari solerent. Rem totam illustrat Petrus Victor, qui Herculi, & Silvano communem exstitisse ædem in Aventino narrat [a]; de qua fortasse illud Gruterianum Saxum (b), in quo Ara Silvano marmorea, item simulacrum Herculis restitutum, ædicula, & diruta ejusdem ara restituta memorantur. Sed a nobis aperienda est impræsentiarum ratio, cur plures Dii a veteribus simul jungerentur? & quidem

(a) *De Reg. Ur. ap. Græc. 10. 13. p. 109.*

(b) *Grut. p. 64. n. 9.*

[o] Cor. insc. ant. cl. 2. p. 57. n. 4. A solis igitur viris, & propriis (o) Sacerdotibus Silvano victima cædebatur. Silvano Deo Sacrificii faciundi seriem, & historiam, instrumentaque nobis exhibet insignis ara, [p] Beg. Thes. Brand. tom. 3. p. 258. quam a Begeri Thesauro [p] sumsimus, & ære insculptam hic addimus. Silvanum procera forma, & valde rustica stantem conspicimus: caput, uti Satyri, calatho ex ligno, vel canna, aut ex pinu compacto redimitum habet: nudus est, si laciniam excipias, quæ ab humero illi e transverso pendet, variis fructibus refertam, quos inter poma, & grandioribus acinis uvam cernere est; dictus exinde Silvanus Pomiferus; acinis vero ornatus, quia libentissime [q] Nat. Com. lib. 5. c. 10. mero indulgeret, desidiæque traduceretur amantissimus [q].

Συλβανὸς δύο παῖδας ἔχων οἰνόντε, καὶ ὕπνον,
Οὐκ ἔτι τὰς μούσας, οὐδὲ φίλους φιλέει.

Silvanus comites vinum, somnumque prebendens,
Spernit amicorum, Pieridumque choros.

Falcem, uti cæteri agrestes Dii dextera tenet, sinistra [r] Thom. de donar. vet. ap. Græv. tom. 12. ramum, quem cupressi putavit Thomasinus (r); sed verius cum Begero pini ramus videtur, strobilusque, qui hæret ramo fructus; nam in pluribus aliis Silvani monumen- [s] Monf. to. 1. part. 2. p. 276. tis pini ramum videre est apud Montfauconium (s); & hanc arborem, & Deorum matri, & agrestibus etiam Diis sacram accepimus. Sed & cupressum aliquando gessisse (t) Virg. Georg. lib. 1. v. 21. Silvanum testis est Virgilius (t).

Et teneram ab radice ferens Silvane Cupressum.

Uulgata est Cyparissi amasii Silvani in cupressum trans- [u] Dempst. in Ros. p. 412. mutatio; quanquam Dempsterus [u] cupressum Silvano dicatam suspicatur, quia hujusce arboris sationem primus invenerit. Præter cupressum, & pinum aliarum etiam arborum ramos sæpe in Silvani marmoribus videre est; in nostro enim ilicis ramus, & integra arbor conspicitur, quam

P: 128



Vitton Labranche Sculp

quam haud videas, ut opinamur; in alio Silvani monumento. A sinistro Begeriani lapidis angulo popa, seu victimarius porcum ad aram trahit immolandum, vitta sacrorum more ornatum, acceptamque Silvano hostiam, cum sus pecorum optima crederetur, & Laribus ea, Geniisque nocentibus, quos inter Silvanus locum habebat (x), mactari consueverit; unde & nostro in marmore suem a Q. Tossassio Symphoro oblatam Silvano intuemur. Alter a tergo sequitur, nescio quid capite gestans. Begerus vasculum esse conjicit lacte repletum. Horatius [y].

[x] Passerat. ad Prop. lib. 4. eleg. 4. Dempst. ad cap. 20. Ros. p. 42.

[y] Horat. lib. 2. ep. 1. v. 138.

Agricolæ prisci fortes, parvoque beati,
Tellurem porco, Silvanum lacte piabant.

At Thomasinus pilam esse arbitratur, qua veteres utebantur ad tundendas fruges, quas in sacris libarent: nec merito in hac re Thomasinus a Begero corrigitur; Romani siquidem ad avertendum a puerperii domo Silvanum pila usi sunt. Altera ex parte ignita cernitur ara, & prope infans, qui tibias inflat, quas cum Pane, sicut & fistulam, communes habuit Silvanus, ut in marmore Boissardi videtur; aram manu tangit, qui votum ex visu susceptum implet sacro faciundo, tum Sacerdos sequitur, qui vultu, ore, totoque corpore Silvanum vel advocat, vel invocat, aut rogat defixo in ejus simulacrum obtutu. Adstat præterea canis, quem in Thomasino aspicias (z) vinctum loris, quibus illum contineat unus sacrorum antistes. Lora tamen hæc in Begeriano, quod expendimus, marmore non apparent; etiamsi a Thomasino sacrum hoc sumsisse Begerus apertissime fateatur. Cæterum canem veluti antiquiorem victimam ad Silvani aram adductum uterque existimat. Nos non ita; adest enim, si vero innitimur, Canis in Silvani ara veluti excubitor ore, vultuque ad Silvanum conversus, ac veluti jussa Dei expectans, ut promtum sese, fidumque præbeat ad officium; quod satis superque indigi-

(z) De Donar. loc. sup. cit.

 tare

tare videntur arrectæ canis aures, elata supercilia, & vigilantis sessio, sive accubatio. Atque hæc quid ni liberiuscule etiam proponere audeamus, cum Laribus Canem adponi consuevisse certissimum sit? Audiamus in hanc rem Plutarchum in quæstionibus Romanis (a). Διὰ τί τῶν Λαρήτων, οὓς ἰδίως πραιστίτας καλοῦσι, τούτοις κύων παρέστηκεν, αὐτοὶ δὲ κυνῶν διφθέραις ἀμπέχονται; Ἤ πραιστίτης μὲν οἱ προεστῶτες εἰσὶ, τοὺς δὲ προεστῶτας οἴκου φυλατικοὺς εἶναι προσήκει, καὶ φοβεροὺς μὲν τοῖς ἀλλοτρίοις, ὥσπερ ὁ κύων ἐστὶν, ἠπίους δὲ, καὶ πράους συνοικοῦσιν; ἢ μᾶλλον, ὃ λέγουσι ἔνιοι Ῥωμαίων ἀληθές ἐστι, καὶ καθάπερ οἱ περὶ Χρύσιππον οἴονται φιλόσοφοι, φαῦλα δαιμόνια περινοστεῖν, οἷς οἱ Θεοὶ δημίοις χρῶνται κολασταῖς ἐπὶ τοὺς ἀνοσίους, καὶ ἀδίκους ἀνθρώπους; οὕτως οἱ Λάρητες Εἰριννυώδεις τινές εἰσι, καὶ ποίνιμοι δαίμονες ἐπίσκοποι βίων, καὶ δικῶν, διὸ καὶ κυνῶν δέρμασιν ἀμπέχονται, καὶ κύων πάρεδρός ἐστιν, ὡς δεινοῖς οὖσιν ἐξιχνεύσαι, καὶ μετελθεῖν τοὺς πονηρούς. Ita Xilander interpretatur. *Cur Laribus, quos præstites proprie vocant, Canis præficitur, ipsi autem caninis pellibus amiciuntur? An præstites sunt, qui præsunt, ideoque custodiam domus eorum curæ, alienisque eos terrori esse par est, domesticis mansuetos? qualis est canum natura. Aut id verius est, quod nonnulli Romanorum dicunt, sicut qui Chrysippum sectantur Philosophi, oberrare quosdam malos Genios, quibus loco carnificum Dii utantur in puniendis flagitiosis, & impiis hominibus? ita Lares Genios quosdam esse diros ac furiarum naturæ affines, ad puniendum factos, qui in vitas, & familias hominum inspiciant. Itaque canum exuviis vestiri, & Canem eis adsidere, ut callidis scrutari, atque ulcisci malorum facinora.*

(a) Plut. qu. Rom. 50.

Idem clarissime Ovidius [b].

Et Canis ante pedes saxo fabricatus eodem
Stabat: quæ standi cum Lare caussa fuit?
Servat uterque domum, domino quoque fidus uterque;
Compita grata Deo, compita grata Cani.
Exagitant & Lar, & turba Diania fures,
Pervigilantque Lares, pervigilantque Canes.

[b] Ovid. fast. 5. v. 137.

Non

Non itaque tam longe a veritate sumus, si Canem Silvano adpositum tanquam Lari conjiciamus; cum Larem Silvanum non obscure docuerimus. Adde in alio Silvani festo apud Montfauconium (c) canem adstare eadem a Silvano distantia, eodem corporis habitu, eademque ferme oris, vultus, & capitis figura, quem tamen nullus neque ducit, neque trahit, neque ferit minister. Sed Silvanum Larem ostendit etiam prægrandis illa, parvisque distincta globulis corona, quæ in Begeriano Saxo arbori appensa conspicitur. Laribus enim sacratas, suspensasque fuisse coronas discimus ab antiquo Lapide [d], in quo legitur.

[c] Momf. loc. cit. p. 274.

[d] Monf. loc. cit. p. 322.

D. M.

GENIO. AUGG. LAR. SAL.

FORTUNATUS.

AUG. LIB.

Palma ibi cernitur, a qua duo pendent intextæ coronæ. De coronis Laribus impositis meminit Plautus [e].

[e] Plaut. Aulul. a.2. s.5.

Nunc thusculum emi, & hasce coronas floreas.
Hæc imponentur in foco nostro Lari,
Ut fortunatas faciat gnatæ nuptias.

Cur non itaque Silvano veluti Lari hæc quoque haud fuerit suspensa corona? quamvis certo nobis non constet an illi similis fortasse, quam describit Virgilius [f].

[f] Virg. eclog. 10. v. 25.

Venit & agresti capitis Silvanus honore
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.

Neque nobis perspectum sit, fructibus ne, an globulis compacta fuerit. Advertas tamen eam, quæ in Thomasini marmore picta est corona, simillimam illis esse, quæ in Montfauconio aspiciuntur. Hæc in marmora Cl. virorum

Begeri, & Thomasini Silvano consecrata disputavimus; ut scilicet nostrum majori, quo fieri poterat, rerum & eruditionis ornatu explicaremus, & nulla omitteretur res, quæ ad Silvani cultum pertineret; utque ea omnia, quæ animadversione digna nobis videbantur, de Silvano, ejusdemque sacris agentes, lectorum oculis exponeremus.

Illud hoc loco nullatenus prætermittendum; privata non solum dicata fuisse Silvano Deo monumenta, sed publica etiam, eaque magnificentissima. Unum ei sub Viminali erectum fuit Templum in ea parte, qua mons spectat occasum Solis [g], in via Suburrana, quod ob vetustatem collapsum a Sex. Antonio Trevirensi Cive inde restitutum fuisse docet nos Gruteriana Inscriptio [h]. Alterum in Aventino Monte commune habuit cum Hercule [i]. Alterius in Aventinis hortis Soli Silvano sacri meminit Petrus victor, quod in altero Montis vertice situm fuisse opinatur Alexander Donatus [K]. Ad Saturni Ædem a Romanis statua Silvani poni etiam solebat (l); nec alia de caussa, ut credimus, nisi quia Saturnus agrorum culturæ parens cum haberetur, rem conficere putabant, si exteriorem Saturni Templi faciem agrestium Deorum simulacris condecorarent.

AUG. . . . Augusti ne, an Silvano Augusto legas, id in dubio est? Si veterum inscriptionum rationem persequamur, profecto in hisce omnibus, in quibus alicui magno Deo inscribitur ara, sigla AUG. *Augusto* legi omnino debere nullus dubitat. Innumera quippe marmora hujusce lectionis veritatem confirmant. At de Silvano non ita habet sese res; plerique siquidem, iique viri præstantissimi *Augusti* legendum esse putant; nempe Augusti Silvano Genio, Custodi, aut Patrono; tamque lectionem hanc probat Ferrarius (m), ut imperitos adpellet quoscumque, qui *Augusto Silvano* legant. Sed bona tanti viri pace dixerimus, & Silvano Augusto legi posse: nam & Mercurium, & Herculem, & Liberum, & Apollinem, Laresque Augustos inscribi plurima nos docent antiquorum monumenta.

SA

[g] *Marl. Topogr. U.R. p.* 93.

[h] *Grut. p.* 64. *n.* 6.

(i) *Petr. Victor. de region. urbis ap. Græv. tom.* 3. *pag.* 109.

[K] *Donat. ibid. p.* 786.

[l] *Plin. hist. lib.* 16. *cap.* 18.

[m] *Ferrar. de re vest. ap. Græv. tom.* 6. *p.* 735.

SACRUM.

MERCURIO. AUGUSTO.

C. JULIUS. HELAISSUS. (*n*)

HERCULI. AUGUSTO.

VOSA. JULIA. D.D.D. [*o*]

LIBERO. AUGUSTO. SACR. (*p*)

APOLLINI

AUG.

SACRUM. [*q*]

LARIBUS. AUGUSTIS. (*r*)

[n] *Murat.Th. Insc.tom.1.p.49. n. 1.*

[o] *Don. Insc. cl. 1. n. 103.*

[p] *Murat.loc. cit.p.41. n. 8.*

(q) *Murat. loc. cit. p. 23. n. 7.*

(r) *Don.loc.cit. p. 48. n. 136.*

Silvano autem par, ac iis dignitas tributa erat, & par undique majestas, uti præsertim ex Oxoniensi marmore. n. 185.



GENIO
MVNICIPI
SEGVSINI
IVL·MARCEL
LINVS·V·P·
EX·VOTO POSVIT

X I.

MUNICIPIUM SEGUSINUM.

VOtivum hoc Saxum, quod Segusii in ædibus de Bonis repertum est, jam publici juris fecere Guichenonius [a] & Gruterus [b]. Iterum vulgamus, benevole lector, justo quoque, uti nostrum fert institutum, commentario ornatum; atque in hac re pretium operæ nos etiam facturos esse speramus, cum ab hujusce Segusini marmoris interpretatione Subalpinæ Regionis historia lucem aliquam, splendoremque sit acceptura.

GENIO . . . . Ab Ægyptiis Dei Genii cultus, & religio orta est; inde ad Etruscos, & ab his ad Romanos, cæterasque Gentes dimanavit. Non inter selectos solummodo Deos, sed & inter illos, quos majores, seu majorum Gentium, vocamus, adcensebatur [c]; idque nunquam dubitatum est, utrum satus esset Divorum sanguine, & suam ad Summos Deos referret originem. Genium modo aerem veteres, modo ignem, aquam non raro, & terram, quia ex his omnia oriri crederent, dixerunt [d]. Res inde omnes, curare, & ea, qua pollebat vi, cuncta moderari, & singulis hominibus, ut nati sunt, [e] nec non unicuique loco, veluti præstitem, ac tutelarem Deum continuo præesse adfirmabant. De Locorum Geniis passim in Inscriptionibus (f).

[a] *Guich. hist. geneal. de la Mais. de Sav. tom. 2. p. 55.*

(b) *Grut. p. 111. n. 1.*

[c] *Montf. ant. tom. 1. par. 1. p. 36.*

(d) *Fest. lib. 7.*

(e) *Fest. lib. 5. c. 4.*

[f] *Grut. p. 1268. &c. Murat. tom. 1. cl. 1.*

DIIS. MILITARIBUS.
ET. GENIO. LOCI.

I. O. M.
ET. GENIO. LOCI.

Inde

Inde singulis Regionibus, Civitatibus, Municipiis, Coloniis, Senatui, Exercitibus, Centuriis, Collegiis, Familiis, Ædibus, Populisque Genium adsignavere. Genios equidem Civitatum, Senatus, Exercitus, Populique præsertim Romani meminere Arnobius, Turnebus, Vaillantius in nummis [g]; & frequentissime Gruterus, Reinesius, Fabretus, aliique in Inscriptionibus, quarum hic copiam facere nimis longum esset. At eorundem unam, aut alteram, eamque venustissimam e nummis figuram cognoscere, haud injucundum erit, nec inutile. Genius itaque civitatis corona turrita ornatus, cornucopiam sinistra, dextera vero statuam super ara præseferens in numismate Saloninæ Augustæ (h) exhibetur. Exercitus Genium juvenili forma sculptum cernimus, Calatho, Patera, & Cornucopia, erectoque militari signo instructum [i]. Senatui qui præesset Genius in nummo Antonini Pii (K), dextera ramum, sinistra vel ramum, vel hastam portendit. Sed elegantissimus, qui regeret Romanum Populum. Juvenis pingebatur ille, qui perpetuo staret, dextera Pateram, sinistra vero spicas, aut cornucopiam gereret, non raro adjecta Sacrificii Ara (l). In Numismatis familiarum, capite diademato exhibetur, cum appicto sceptro, cui additus temo, Regiminis symbolum, adjunctusque globus, qui Orbem designaret Romani Imperii legibus obtemperantem, cum epigraphe G. P. R., i.e. GENIUS. POPULI. ROMANI. [m]

De Geniis Municipiorum, & Coloniarum vetustissimæ quoque supersunt Inscriptiones (n).

(g) Arnob. lib. 1. p. 15. Turneb. advers. lib. 26. cap. 26.

(h) Beg. Th. Brand. tom. 2. p. 747. & tom. 3. p. 185.

(i) Ibid. in num. Aur. Imp. p. 760.

(K) Mediobarb. p. 195.

(l) Beg. loc. cit. tom. 2. p. 789.

(m) Beg. ibid. p. 550.

(n) Grut. p. 110. & 466.

GENIO.

MUNICIPI. HISP. SACR.

DEO. MAGNO. GENIO.

COLON. PUTEOLAN.

Illud

Illud autem hoc loco prӕterire non debemus, eos nimirum, qui Urbibus, & Regionibus prӕessent, Genios, non modo Deos Magnos, ut in relata Inscriptione, dictos fuisse, sed Patrios, & Custodes Deos; qualis fuit Minerva Athenis; Carthagini, Argis, & Samo Juno &c., unde Ovidius Fast. III.

Pallada Cecropiӕ, Minoja Terra Dianam,
Vulcanum tellus Hypsipilӕa colit.
Junonem Spartӕ &c.

Tutelares quoque nuncupatos fuisse, haud obscure evincitur ex Cӕcilii Metelli denariis argenteis, in quibus (o) Genius sub specie adolescentis intonsi, ac laureati reprӕsentatur; in altero latere Consul regens aratrum, Coloniӕ a Metello deductӕ symbolum; cum enim Colonias Romani deducerent, sacra primum Genio loci faciebant, ac postmodum Urbis futurӕ Pomӕria aratro designabant. Eos denique Sanctos locorum incolas vocabant; ita tamen ut, si Civitas adverso fato obsidenda, expugnandaque foret, hanc Genius continuo desereret, aut sollemni prece evocatus in alium locum migraret; qua de re Virgilius Æneid. 2. v. 350.

Excessere omnes, adytis sacrisque relictis,
Dii, quibus Imperium hoc steterat.

Sollemnis evocationis ritus refertur a Macrobio [p]; & Vejentium apud Livium expugnatio rem manifestissime confirmat. Hinc ne contra Romam ab hostibus Tutelaris Urbis Deus evocaretur, Romani verum ejus nomen ignotum vulgo esse voluere (q).

Sed & flumina suum habuisse Genium, docet Sacrificium Genio Istri fluminis a Trajano peractum [r]. Ideo apud Virgilium Æneas Italiam salutaturus [s].

...*Fron-*

(o) *Voss. loc. sup. cit.*

(p) *Macrob. Saturn. cap. 9.*

(q) *Plin. nat. hist. lib. 26. c. 11.*

(r) *Fab. de col. Traj. c. 6.*

[s] *Virg. Æneid. 7. v. 135.*

. . . . . . Frondenti tempora ramo
Implicat, & Geniumque loci, primamque Deorum
Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota precatur
Numina.

Et ex Virgilio Silius lib. VI.

. . . . . . Et Nymphas, Numenque precamur
Gurgitis ignoti.

Quanquam nulla omnino res erat tam vilis, tam obscura, tamque sordida, quam aliquis non curaret Genius. Concinit Prudentius [t].

(t) *In Symmachum.*

Quanquam cur Genium Romæ mihi fingitis unum,
Cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis
Assignare suos Genios?

Imperatores ipsos (tanta fuit iis adsentandi Romanorum licentia) veluti Tutelares Imperii, Populique Genios, in marmoribus, & nummis [u] posteriori ævo venerati sunt; imo vero, teste Minutio [x], tutius iis erat per Genium Jovis pejerare, quam Imperatoris.

(u) *Gall. Num. ap. Trist. tom. 3.*
(x) *Minut. felix. in Octav.*

De Geniis, qui homines, ut nati sunt, moderarentur, regerentque, Menander novæ Comœdiæ auctor hæc ait (y).

(y) *Men. frag. edit. Grot. p. 262.*

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται,
Εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγος τȣ̃ βίȣ.
Ἀγαθός.

Nobis comes nascentibus Genius adest,
Eumque vitæ quilibet statim habet ducem.

Et Horatius lib. 2. ep. 2. v. 187.

Scit Genius, natale comes qui temperat astrum
Naturæ Deus humanæ.

Dia-

Diagoras vero apud Seldenum (z). [z] Selden. in 2. mar. oxon. p. 160.

A Dæmone, seu Genio, & fortuna fiunt omnia.

A Græcis etenim Genii δαίμονες dicti sunt, quibus procreandorum idcirco hominum cura divinitus tributa credebatur, omnisque vitæ præsidium, & moderatio [a], sed præter bonum Genium, malum quoque ab initio homines sortiri, antiqui opinabantur (b), facit in hanc rem patera etrusco opere insignis, in qua Genii duo, bonus, & malus singulorum hominum præsides aere incisi cernuntur (c). Alter ab altero differt, & alter cum altero ex adverso sedente contendere videtur. Genius malus alis instructus est, & clypeo; ad pedes vero jacet projecta amphora, malo Genio a veteribus adsignata, quia sibi persuaserant, tunc morbos omnes, & calamitates in genus humanum miserrime induci, cum malus Genius haustam Stygis aquam tristiori vultu in terram effunderet. Itaque Genio etiam malo, sicuti cæteris Diis malis, non ut prodesset, sed ut ne noceret modo sacra indicta fuere, templaque variis in locis dedicata (d).

(a) Mart. cap. de nupt. Philolo. lib. 2.

(b) Vandale de ortu Idolo. p. 42.

(c) Gor. mus. Etrusc. tom. 2. p. 221.

(d) Jul Minut. diss. 2. de Templ. in suppl. Græv. & Gronov. to. 1. p. 102.

Animabus etiam post mortem Genios tanquam comites dedere, qui frequentissime in urnis, & in sarcophagis insculpti sunt cymbas agitantes [e]; piscatui indulgentes, vel hamo pisces efferentes, ut Elysiorum gaudia, risus, & amœnitatem significarent. Sed, ut rem finiamus, Deos ipsos, suos habuisse Genios clarissime testantur Plutarchus, Martianus Capella, & antiqua marmora [f]. Varias autem horum Geniorum imagines videre est apud Poetas, ut illa apud Persium [g], & Virgilium [h] sub specie videlicet serpentis; unde pateræ manubrium, quam tenere Genium, supra diximus, sinuoso plerunque flexu serpens obire videtur. Horatius vero Genium vultu mutabilem describit [i].

(e) Fabr. insc. ant. c. 5. p. 382.

[f] Plut. de orac. defect.

[g] Pers. sat. 1. v. 113.

[h] Virg. Æneid. 5. v. 95.

(i) Horat. lib. 2. ep. 2. v. 188.

. . . . . *Vultu mutabilis; albus, & ater.*

Ma-

Manilius eumdem ait:

(K) Manil. lib. 2.

Viribus ambiguum geminis. (K)

[l] Dion. lib. 5.
[m] Ovid. trist. 3. 13. 18.

Genio, ficuti cæteris Diis templa publice ædificata (*l*); & facrificia natali præfertim die oblata (*m*).

Libaque dem pro te genitale notantia tempus.

[n] Tib. lib. 2. eleg. 2. v. 5.

Thure, ac mero, libis, & floribus in facris utebantur [*n*].

Ipse suos adsit Genius visurus honores,
Cui decorent sanctas mollia serta comas,
Illius e puro distillent tempora nardo,
Atque satur libo sit, madeatque mero.

[o] Tib. carm. ad Junon.

Natalicii Dii Jupiter, & Juno præcipue dicebantur (*o*).

Natalis Juno sanctos cape thuris acervos,
Quod tibi dat tenera docta puella manu.

[p] Pauf. in Lacon.
[q] Plin. lib. 18. cap. 8.
[r] Prop. lib. 3. 8. 23.

Neptunum tamen Natalicios inter Divos relatum quoque fuiffe a Paufania colligere poffumus, qui fcribit, non *procul a Theatro Lacedæmoniorum Ædem fuiffe Neptuni Natalicii* (*p*). Sacra natalium pulte fritilla conficere (*q*) folebant; ludos agere [*r*], & tripudia.

Tibia nocturnis fuccumbat rauca choræis.

[s] Ovid. metam. lib. 10.
[t] Horat. od. lib. 3. 17. 14.

Lumina accendebantur; & ignis ad comburendam hoftiam e Platano Deo Genio dicata excitabatur (*s*). Quamvis autem a Cenforino acceperimus hoftiam Genio haud faciendam fuiffe, ne die, quo lucem accepiffent, aliis demerent, hanc confuetudinem tamen Horatii temporibus exoleviffe videtur ex hifce verfibus (*t*).

. . . . . Cras Genium mero
Curabis, & porco bimeftri.

Nifi

Nisi ad convivium potius id referatur, quod post sacra celebrabant, & in quo ultimum poculum in ejus honorem degustatum, Α᾽γαθȣ̃ δαίμονος (u) dicebant.

MUNICIPJ . . . . . . Municipii vocabulum ante legem Juliam varie acceptum fuit [x]; siquidem & Coloniæ, & fœderatæ Civitates Municipia dicta sunt. At veri nominis Municipium erat oppidum jure Civium Romanorum datum; & duo fuerunt Municipiorum genera, alterum quibus Civitas cum jure suffragiorum data erat, alterum vero, cui sine suffragio Civitas impertita [y]. Festus quidem triplex Municipiorum genus distinguit; quanquam hæc Municipiorum differentia Paterculo, Gellio, & Ulpiano testibus post bellum Marsicum penitus exolevit [z]; ac tunc potissimum, cum edita ab Antonino Imperatore Constitutione, omnes in orbe Romani Cives effecti sunt; in cujus rei memoriam Senatus Consulto percussum est numisma (a), in quo ex una parte Antoninus Augustus, ex altera Inscriptio S.P.Q.R. Ampliatori Civium. In eo cæterum a Coloniis Municipia (quæ meliori sunt conditione, inquit Svetonius (b)) differre potissimum censebantur; quia Coloniæ ex Civitate Romana quasi propagarentur, Municipia vero in Civitatem extrinsecus vocarentur [c]. Municipes itaque Cives Romani erant, qui suis Municipiis propriis legibus, suoque jure utebantur, muneris tantum cum Romano Populo participes [d]; quæ quidem verba apertissime significant Municipes, ut pote qui Romani Cives censerentur, multis idcirco juribus, ac privilegiis, quæ duntaxat Civium Romanorum propria erant, donatos fuisse. Hinc Municipes nummos cudi jubebant, in quibus lupa cum puerulis repræsentaretur [e]. At vero, etsi Romani Cives dicerentur, non tamen ingenui adpellabantur, cum Romanæ Urbis incolæ hoc nomine duntaxat gauderent; neque jure optimo Civitatis potiebantur, nisi Romæ domicilium constituissent (f).

Propriis præterea legibus, atque institutis, quæ leges Municipales vocantur, Municipes omnino vivebant (g); neque

[u] *Æl. var. hist.* 1. 20.

(x) *Sig. de ant. jure Ital. lib.* 2.

(y) *Kipp. ant. Rom. lib.* 11. *cap.* 2.

[z] *Paterc. lib.* 2. *Ulp. l.* 1. *ff. ad munic. & de incolis.*

(a) *Spanh. exerc.* 2. *de Anton. Imp.*

(b) *Svet. in Aug. n.* 40.

[c] *Gell. lib.* 16. *c.* 13.

[d] *Gell. & Ulp. loc. cit.*

[e] *Vaill. de num. Mun. & Col.*

(f) *Cic. in Brut. c.* 75.

(g) *Gell. loc. cit.*

neque Romanas leges recipere cogebantur, *nisi id sua sponte vellent, quo casu Fundi facti* esse censebantur [*h*]. Vossius tamen multis adfirmat evinci posse argumentis Municipes Romanis vixisse legibus, & Agellium suæ ætatis consuetudinem tantummodo respexisse, cum ait Municipes nullis aliis necessitatibus, neque ulla populi Romani lege adstrictos fuisse. Sed Municipes jure suffragii donatos jus suum non amisisse, post Sigonium, multus est Heinecius [*i*]; unde fœdus duntaxat relinquebant, idest non amplius fœderati populi Romani dicebantur, sed Cives. Muneris insuper cum eodem populo participes erant, quod quidem de muneribus militaribus præcipue intelligendum esse adserit jam laudatus Heinecius (*K*). At veri nominis Municipes omni jure, omnique Civium Romanorum privilegio, uno excepto, quod in Curias Romanas, quæ tantum in urbe erant, non referebantur, tributos fuisse docet Pitiscus Municipes, inquit Gravina vir omnigena eruditione clarus [*l*], *non solum Civitatem Romanam, & jus Quiritium privatum, sed etiam publicum accipiebant, & Romanos Magistratus pari cum cæteris civibus jure, ac sorte capiebant.*

(h) *Cic. pro Balbo.*

(i) *Heinec. ant. Rom. lib. 1. c. 1. p. 387.*

(K) *Loc. sup. cit.*

(l) *Grav. de Imp. pag. 537. 46.*

Propria Municipes etiam habebant sacra, quæ nec Romæ quidem, si in urbem commigrassent, Cicerone teste (*m*) amittebant. Hæc vel Gentilitia, vel Municipalia dicebantur, de quibus sic Festus. *Municipalia sacra vocantur, quæ ab initio habuerunt ante Civitatem Romanam acceptam, quæ observare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo fecissent antiquitus.*

(m) *Cic. de leg. II. I.*

Duplex præterea Municipibus patria erat, altera in qua nati, altera qua excepti erant (*n*); quamvis hæc veluti major esset, & illa in hac contineri videretur, ut præclare ostendit Cicero (*o*). Hinc sæpe fiebat, ut unus idemque Romæ, & in Municipio suo honores impetraret. [*p*]

(n) *Heinec. loc. cit. pag. 267.*

(o) *Cic. de leg. 2.*

(p) *Svet. in Aug. c. 2. n. 6.*

Illud hoc loco observandum esse haud ab re judicamus, in quibusdam nempe Municipiis eam institutam fuisse Reipublicæ formam, quæ imaginem quamdam, speciemque Romani Imperii referret. Enim vero quemadmodum Romæ Sena-

Senatus; ita in nonnullis Municipiis Decurionum exstabat Collegium, quod vel amplissimum Ordinem, vel splendidissimum, vel sanctissimum adpellabant (q). Præcipuum autem Decurionum ornamentum, si Livio [r] credimus, erat prætexta. Hanc Regiminis formam Municipium Segusinum quandoque retulisse, colligere possumus ex altero Segusino marmore [s].

(q) Cic. pro Cæl. XI. Grut. pag. 257. 293. &c.
(r) Liv. 34. 7.
(s) Atl. Sab. part. I. p. I.

IMP. CÆS. VAL. DIOCL.
INVICT. AUG.
ORDO. SPLEND. CIV. SEGUS.
CURANTE. AUR. SATURNINO. URB. PRÆS.

Porro municipia hæc ad Reipublicæ Romanæ speciem instituta, suos juri dicundo habebant Duumviros, qui bacillis pro fascibus, ut Romæ Consules, utebantur (t); suos etiam Dictatores (u); Ædiles, de quibus meminit Suetonius [x]; Quæstores, Censores [y]; adde Prætores, & Flamines; Collegia Tignariorum, Tabulariorum, Fabrorum &c., quæ in corpora varia, seu curias divisa, ea, quæ bellicis expeditionibus necessaria erant, vel opportuna, Romanorum copiis suppeditabant. Sed amplissimum Equitum ordinem in Municipiis etiam floruisse testatur Cicero (z); & de ipso Tullio Municipii Arpinatis Equite Juvenalis (a).

(t) Lips. in Tac. I. 23.
(u) Cic. pro mil. 10.
(x) Suet. de Cl. Rhet. 6.
[y] Cic. verr. II. 52. Grut. p. 366.
(z) Cic. pro Planc. 15.
(a) Juv. Saty. 8. v. 237.

Hic novus Arpinas ignobilis, & modo Romæ
Municipalis Eques.

Perspicuus quoque est in hanc rem Dionis locus [b], qui, de Cajo loquens, diserte narrat primores ex omni Imperio, etiam extra Italiam, qui genere, & opibus excellerent, Equites lectos fuisse ad Equestrem ordinem, ad paucos tunc temporis redactum, justo numero augendum. Per-

(b) Dio. lib. 59.

petua denique in Municipiis Romanæ Reipublicæ Imago conspiciebatur: *nam*, inquit Sigonius [c], *si Ordines quæramus; Decuriones, Equites, & Plebem inveniemus; si Consilia publica; Senatum, & Populum; si Magistratus, & Sacerdotes; Dictatorem, II. Viros, IIII. Viros, Censores, Ædiles, & Quæstores, & flamines Municipiorum inveniemus*.

(c) *Sig. de ant. ju. Ital. lib. 2. c. 8.*

SEGUSINI . . . . Segusium, ut scribit Ptolomæus, Segusio apud Plinium, sive Segusia, & Seggusium geminato G. ut in Inscriptionibus (*d*), civitas olim fuit celeberrima, nunc vero haudquaquam ignobilis, & obscura; quamvis ab illo pristino honoris, gloriæque fastigio, uti cæteris insignibus civitatibus evenire solet, decursu temporis exciderit. Sita est ad Alpium Cottiarum radices; unde Ammianus Marcellinus (*e*): *in his Alpibus Cottiis, quarum initium est a Segusia* [vel ut Eutropio placet, a Segovione Oppido], *præcelsum erigitur jugum, nulli fere sine discrimine penetrabile*. Galliæ Subalpinæ fuerat antiquitus attributa, sed in novis Romani Imperii divisionibus Italicæ Provinciæ adjuncta fuit [*f*]. Ut vero fortissimæ Gentis caput, Segusianorum nempe, aut Sebusianorum [*g*] populorum fuit; ita & illustrium Principum ab initio Sedes florentissima, multorum postea Imperatorum, & Magistratuum Romanorum monumentis amplificata. Alpes itaque, quarum Segusium caput erat, quæque a Ptolomæo Scutiæ falso appellantur (*h*), suis ævo Augustæo parebant Principibus e Gente Cottiana oriundis; unde Cottiæ a Cottio Allobrogum fortasse Rege (*i*) dictæ sunt, qui in amicitiam Octavii Principis receptus (*K*), & ob eidem Patriam Ditionem confirmatam, grati animi ergo medias inter Alpes vias (non Civitates, ut Albertus Leander tradidit) quam brevissimas, & viatoribus Galliam euntibus opportunas aperuit. Quamobrem devictis ab Augusto Alpinis Gentibus, in Tropheo, quod in Alpibus a S. P. Q. R. Imperatori erectum, dicatumque fuerat, nulla de Cottianis Civitatibus mentio facta fuit, inquit Plinius (*l*), *cum nihil*

(d) *Cell. Geograph. ant. to. 1. lib. 2. c. 9.*

[e] *Am. Marc. lib. 15.*

(f) *Pancir. Imp. Rom. p. 542. & 546.*

[g] *Cæs. de bell. Gall. lib. 7.*

(h) *Siml. de Alpib. in thes. Helvet. pag. 15.*

(i) *Bergier. de Rom. viis ap. Græv. tom. 1. p. 313.*

(K) *Am. Marc. loc. sup. cit.*

(l) *Plin. nat. hist. lib. 3. c. 20.*

nihil hostile gessissent; itemque Lege, Pompeja dicta, quia a Cn. Pompeo Strabone magni Parente lata fuerat, Municipiis attributæ.

At vero duodecim, nec ne fuerint, & ubi nam sitæ essent, quæ dicerentur postmodum Cottiani Regni Civitates, id adeo obscurum, & implicatum est, ut vix conjectando quidem rem adsequi possimus. Bergierius, & Simlerus XII. illas Civitates ad radices Alpium Italiam versus sitas fuisse opinantur (*m*). Et sane in libro Provinciarum, qui in Antonini Itinerario exstat, inter decem, & septem Italiæ Provincias Cottiæ Alpes recensentur; inde suspicari possumus illum terræ tractum, qui Padum inter & Alpes Cottias est, Cottianum Regnum vetustissimis illis temporibus constituisse; ideoque inter eas Urbes, quæ Regni Cottii fuerint, non male referri possent, Ocellum, quod ultimum summis Alpibus Terræ Cottianæ Oppidum fuisse adfirmat Strabo [*n*], & quo Cæsar in Gallias iter instituit (*o*). Ocellum, Exillearum Castrum (*Exilles*) putant; alii Ultium, nunc *Oulx*. Oppidum ad Martis, ubi Martis fanum fuisse creditur, quodque ab Ælio Spartiano Villa Martis nuncupatur [*p*]. Oppidum ad Martis Cluverio est *Orsi*; *Oulx* Boucherio. Segusium inde, Gentis caput, uti diximus. Postmodum Oppida ad *Duodecimum*, cujus nihil præter nomen fortasse superat; ad Fines, & ad Octavum, hodie patria lingua *Veillane*; & Ripulæ, ubi Regia magnificentissima Villa. Si Straboni credimus, Taurinorum Augusta Cottianas inter Civitates censebatur; clarissime enim testatur Taurinos Ligusticam Gentem partem Cottii, aut Idonnæi terræ fuisse. De Taurinorum Augusta, quæ Cottii esset, augere videtur conjecturam Numisma in honorem Cottii, & Augustæ Taurinorum jubente Tiberio excusum, quod Taurini interfodiendum repertum fuisse adfirmat Pingonius [*q*]. Memoratis Cottiani Regni Civitatibus, addere possumus Scincomagum, quod Cl. Bimardo *Sezane* dicitur. Urbem itidem Cottiam [*r*] (vulgo *Coatia*) Gavio proximam; nunc Pagum obscurum.

(m) *Berg. & Siml. loc. sup. cit.*

(n) *Strabo ed. Casaub. lib. 4. p. 69.*

(o) *Cæs. de bell. Gall. lib. 7. p. 99.*

(p) *In Itiner. Anton. p. 361.*

(q) *Ping. Aug. Taur. p. 12.*

(r) *Berold. in Suet. de Tiber.*

Postremo Pollentiam clarissimam olim Urbem, quam Cottii Regno tribuit Jornandes [s]; verum hanc ex Suetonio pene certi sumus e Cottii Regno non fuisse. Scribit enim ille Tiberium ut Pollentinam plebem puniret, cohortem e Regno Cottiano accivisse, alteram misisse ab urbe, dissimulata itineris caussa.

Quod si Cottii Regnum eo usque, quo Alpium ab ipso dictarum anfractus etiam Galliam versus feruntur, protendamus; tum nonnullas eidem adscribere possumus non obscuri nominis Civitates: ut Ebrodunum, quod in Alpibus Cottiis situm ex Strabone, & Casaubono ejus commentatore intelligimus (t), nunc *Ambrun*. Brigantium, aut Virgantia, cum in Segusianis quoque posuerit Ptolomæus (u): hodie *Briancon*: & Rame inter utrumque situm Oppidum [x], & cujus tantum nomen, & vestigia supersunt.

Sed Cottianum Regnum suos longius protulisse fines, & ab illis, quæ a Plinio memorantur XII. Civitatibus, minime conclusum fuisse, adversus Cellarium [y], & Cluverium, aliosque a Strabonis loco deceptos, probare conantur viri inclyti, & non uno nomine laudandi Marchio Maffejus, & Baro de Bimard [z]; quamvis inter se valde, multumque dissideant in finiendis ejusdem Regni limitibus. Alter enim Cottianas Alpes; ut Romano Imperio adjunctæ sunt, novam Romanorum Provinciam evasisse opinatur, cum tunc temporis exigui tractus Provinciæ haud constituerentur; Bimardus vero contendit, Alpes Cottianas Provinciam quidem constituisse, sed parvam admodum, & ignobilem, cum neque Proconsul, neque Legatus, sed Procurator duntaxat eam administraret. Quare autem ab iis summis Viris Cottiano Regno ampliores, longioresque fines tribuantur, maximo fundamento est ea, quæ in Arcu Segusino insigni antiquitatis monumento legitur Inscriptio, in qua plurimæ recensentur præter illas, quæ Plinio auctore Augustali Trophæo adiectæ non sunt, Civitates, quibus Præfectus fuit M. JULIUS. COTTIUS.

(s) *Jornand. de reb. Get. p. 116.*

(t) *Strab. loc. cit.*

(u) *Ap. Cell. l. 2. tom. 1. c. 9. p. 466*

(x) *Anton. Itiner. pag. 142.*

(y) *Cluv. lib. 3. c. 24. p. 253.*

(z) *Maff. Gall. ant. ep. 2. p. 15. Bimard. ap. Mur. Th. insc. tom. 1. diss. 2.*

Jam

Jam pluries editam, recens accuratissime descriptam a diligentissimo viro Secusino cive, & ad nos missam hic bis ponimus, quandoquidem in utraque arcus fronte eadem est, sed utrobique non paucus literas temporis injuria delevit. Quatuor ea versibus continetur.

Ad Meridiem.

I.

IMP. CÆSARI. AUGUSTO. DIVI. F. PONTIFICI.
MAXUMO. TRIBUNIC. POTESTATE.
XV. IMP. XIII.

I I.

M. JULIUS. REGIS. DONNI. F. COTTIUS.
PRÆFECTUS. CEIVITATIUM. QUÆ.
SUBSCRIPTÆ. SUNT.
SEGOVIORUM. SEGUGINORUM.

III.

BELACORUM. CATURIGUM. MEDULLORUM.
TEBAVIORUM. ADANATIUM. SAVINCATIUM.
EGDINIORUM. VEAMINIORUM.

I V.

VENICAMORUM. IEMERIORUM. VESUBIANORUM. OVADIATIUM. ET. CEIVITATES. QUÆ.
SUB. EO. PRÆFECTO. FUERUNT.

Postremo Pollentiam clarissimam olim Urbem, quam Cottii Regno tribuit Jornandes [s]; verum hanc ex Suetonio pene certi sumus e Cottii Regno non fuisse. Scribit enim ille Tiberium ut Pollentinam plebem puniret, cohortem e Regno Cottiano accivisse, alteram misisse ab urbe, dissimulata itineris caussa.

Quod si Cottii Regnum eo usque, quo Alpium ab ipso dictarum anfractus etiam Galliam versus feruntur, protendamus; tum nonnullas eidem adscribere possumus non obscuri nominis Civitates: ut Ebrodunum, quod in Alpibus Cottiis situm ex Strabone, & Casaubono ejus commentatore intelligimus (t), nunc *Ambrun*. Brigantium, aut Virgantia, cum in Segusianis quoque posuerit Ptolomæus (u): hodie *Briancon*: & Rame inter utrumque situm Oppidum [x], & cujus tantum nomen, & vestigia supersunt.

Sed Cottianum Regnum suos longius protulisse fines, & ab illis, quæ a Plinio memorantur XII. Civitatibus, minime conclusum fuisse, adversus Cellarium [y], & Cluverium, aliosque a Strabonis loco deceptos, probare conantur viri inclyti, & non uno nomine laudandi Marchio Maffejus, & Baro de Bimard [z]; quamvis inter se valde, multumque diffideant in finiendis ejusdem Regni limitibus. Alter enim Cottianas Alpes; ut Romano Imperio adjunctæ sunt, novam Romanorum Provinciam evasisse opinatur, cum tunc temporis exigui tractus Provinciæ haud constituerentur; Bimardus vero contendit, Alpes Cottianas Provinciam quidem constituisse, sed parvam admodum, & ignobilem, cum neque Proconsul, neque Legatus, sed Procurator duntaxat eam administraret. Quare autem ab iis summis Viris Cottiano Regno ampliores, longioresque fines tribuantur, maximo fundamento est ea, quæ in Arcu Segusino insigni antiquitatis monumento legitur Inscriptio, in qua plurimæ recensentur præter illas, quæ Plinio auctore Augustali Trophæo adiectæ non sunt, Civitates, quibus Præfectus fuit M. JULIUS. COTTIUS.

Jam

(s) *Jornand. de reb. Get. p. 116.*

(t) *Strab. loc. cit.*

(u) *Ap. Cell. l. 2. tom. 1. c. 9. p. 466*

(x) *Anton. Itiner. pag. 142.*

(y) *Cluv. lib. 3. c. 24. p. 253.*

(z) *Maff. Gall. ant. ep. 2. p. 15. Bimard. ap. Mur. Th. insc. tom. 1. diss. 2.*

Jam pluries editam, recens accuratissime descriptam a diligentissimo viro Secusino cive, & ad nos missam hic bis ponimus, quandoquidem in utraque arcus fronte eadem est, sed utrobique non paucus literas temporis injuria delevit. Quatuor ea versibus continetur.

Ad Meridiem.

I.

IMP. CÆSARI. AUGUSTO. DIVI. F. PONTIFICI.
MAXUMO. TRIBUNIC. POTESTATE.
XV. IMP. XIII.

I I.

M. JULIUS. REGIS. DONNI. F. COTTI US.
PRÆFECTUS. CEIVITATIUM. QUÆ.
SUBSCRIP TÆ. SUNT.
SEGOVIO RUM. SEGUGINORUM.

III.

BELACORUM. CATURIGUM. MEDULLORUM.
TEBAVIORUM. ADANATIUM. SAVINCATIUM.
EGDI NIORUM. VEAMINIORUM.

I V.

VENICAMORUM. IEMERIORUM. VESUBIANORUM. OVADIATIUM. ET. CEIVITATES. QUÆ.
SUB. EO. PRÆFECTO. FUERUNT.

Ad Septentrionem.

I.

IMP. CESARI. AUGUSTO. DIVI. F. PONTIFICI.
MAXUMO. TRIBUNIC. POTESTATE.
XV. IMP. XIII.

II.

M. JULIUS. REGIS. DONNI. F. COTTIUS.
PRÆFECTUS. CEIVITATIUM. QUÆ.
SUBSCRIPTÆ. SUNT.
SEGOVIORUM. SEGUGINORUM.

III.

BELACORUM. CATURIGUM. MEDULLORUM.
TEBAVIORUM. ADANATIUM. SAVINCATIUM.
EGDINIORUM. VEAMINIORUM.

IV.

VENISAMORUM. IEMERIORUM. VESUBIANO-
RUM. OVADIATIUM. ET. CEIVITATES.
QUÆ. SUB. EO. PRÆFECTO.
FUERUNT.

Jam

Non minus celebre est illud a Plinio (*a*) memoratum, & Augusto erectum in nostris Alpibus Trophæum, quod Simlerus, Bergierius, aliiq; illustrarunt. Sed Secusinam inscriptionem, cujus tamen primos versus jam ab anno MDCLXXI. editos refert Harduinus (*b*), primus totam edidit perspicacissimus Marchio Maffejus [*c*]; postea Bimardus, ac nuper eruditissimus Muratorius [*d*]. Uterque Maffejus scilicet, & Baro de Bimard Populos, Civitatesque, quæ ibi numerantur, detegere conati sunt; sed omni ex parte res feliciter confecta minime videtur. Multa tamen se domi servare ait Cl. Maffejus (*e*), ut aliquando Secusina illustretur Inscriptio. Experiemur & nos, cum suo loco Segusinum Arcum explicabimus; illud tamen hic obiter addimus, multa alia priscorum monumenta, eaque insignia superare, quæ Cottiorum familiæ memoriam magnopere illustrare videntur, adeoque non tam ignota, & obscura ante Segusinum detectum marmor Cottiorum historia fuerat, ut ab eo solo repetenda quasi sit. Præter Ovidium enim, qui Donni Cottii parentis meminit.

(a) *Lib.* 3. *cap.* 20.
[b] *In not. ad Plin. t. 1. p.* 177.
(c) *Istor. dipl. p.* 19.
(d) *Thes. insc. t. 2. p.* 1095.
(e) *Gall. ant. ep. 2. p.* 18.

Progenies alti fortissima Donni. (*f*)

[f] *Ovid. de Pont. 4. eleg.* 7.

Numisma superius retulimus ad Cottii, & Augustæ Taurinorum honores designandos excusum. Alterum quoque ad mirifice augendam Donni memoriam exhibet Begerus (*g*), in cujus adversa parte caput Romæ galeatum visitur, in aversa Eques cum hasta, qui effuso cursu in hostes tendit: cum epigraphe: DONNUS. Quid Romæ caput, ait Begerus, in Donni Numismate? Quid Eques Regi Alpino? nisi ut Romanis amicus, & equestri militia clarus ostenderetur? Sed non a nummis dumtaxat, verum etiam a literatis saxis Cottiorum memoriam haurire possumus. Donius antiquissimam hanc refert inscriptionem [*h*].

[g] *Beg. Th. Brand. tom.* 1. *p.* 301.
[h] *Don. insc. ant. cl.* 1. *n.* 36.

Ad Septentrionem.

I.

IMP. CESARI. AUGUSTO. DIVI. F. PONTIFICI.
MAXUMO. TRIBUNIC. POTESTATE.
XV. IMP. XIII.

II.

M. JULIUS. REGIS. DONNI. F. COTTIUS.
PRÆFECTUS. CEIVITAT[illegible] UÆ.
SUBSCRIPTÆ. SUNT.
SEGOVIORUM. SEGUGINORUM.

III.

BELACORUM. CATURIGUM. MEDULLORUM.
TEBAVIORUM. ADANATIUM. SAVINCATIUM.
EGDINIORUM. VEAMINIORUM.

IV.

VE[illegible]ORUM. IE[illegible]ORUM. VESUBIANO-
RUM. OVAD[illegible]TIUM. ET. CEIVITATES.
QUÆ. SUB. EO. PRÆFECTO.
FUERUNT.

Jam

Non minus celebre est illud a Plinio (*a*) memoratum, & Augusto erectum in nostris Alpibus Trophæum, quod Simlerus, Bergierius, aliiq; illustrarunt. Sed Secusinam inscriptionem, cujus tamen primos versus jam ab anno MDCLXXI. editos refert Harduinus (*b*), primus totam edidit perspicacissimus Marchio Maffejus [*c*]; postea Bimardus, ac nuper eruditissimus Muratorius [*d*]. Uterque Maffejus scilicet, & Baro de Bimard Populos, Civitatesque, quæ ibi numerantur, detegere conati sunt; sed omni ex parte res feliciter confecta minime videtur. Multa tamen se domi servare ait Cl. Maffejus (*e*), ut aliquando Secusina illustretur Inscriptio. Experiemur & nos, cum suo loco Segusinum Arcum explicabimus; illud tamen hic obiter addimus, multa alia priscorum monumenta, eaque insignia superare, quæ Cottiorum familiæ memoriam magnopere illustrare videntur, adeoque non tam ignota, & obscura ante Segusinum detectum marmor Cottiorum historia fuerat, ut ab eo solo repetenda quasi sit. Præter Ovidium enim, qui Donni Cottii parentis meminit.

(a) *Lib.* 3. *cap.* 20.
[b] *In not. ad Plin. t.* 1. *p.* 177.
(c) *Istor. dipl. p.* 19.
(d) *Thes. insc. t.* 2. *p.* 1095.
(e) *Gall. ant. ep.* 2. *p.* 18.

Progenies alti fortissima Donni. (*f*)

[f] *Ovid. de Pont.* 4. *eleg.* 9.

Numisma superius retulimus ad Cottii, & Augustæ Taurinorum honores designandos excusum. Alterum quoque ad mirifice augendam Donni memoriam exhibet Begerus (*g*), in cujus adversa parte caput Romæ galeatum visitur, in aversa Eques cum hasta, qui effuso cursu in hostes tendit: cum epigraphe: DONNUS. Quid Romæ caput, ait Begerus, in Donni Numismate? Quid Eques Regi Alpino? nisi ut Romanis amicus, & equestri militia clarus ostenderetur? Sed non a nummis dumtaxat, verum etiam a literatis saxis Cottiorum memoriam haurire possumus. Donius antiquissimam hanc refert inscriptionem [*h*].

[g] *Beg. Th. Brand. tom.* 1. *p.* 301.
[h] *Don. insc. ant. cl.* 1. *n.* 36.

APOLLINI . C. JUL. DONNI . L.
ERASTUS . ET . JULIA . DONNI .
CYPRIS .
V. S. L. M.

An Apollo Donniorum , Alpiumque Cottiarum tutelaris Genius ? cui Julius quoque Marcellinus votum solverit lubentissime merito. Sed quod præcipuum est, a Doniana inscriptione fortasse edocemur , Donnum Julii prænomen in Juliæ gentis obsequium sibi etiam adscivisse , quod de solo Cottio Donni filio commemorat Arcus Segusinus ; quodque nemo hucusque observaverat.

Verum ut ad Segusinum Municipium, unde digressi sumus , illico revertamur . M. Julio Cottio , Donni filio Claudius Imperator paternum Principatum adauxit, eumque tunc primum Regem salutavit (*i*) ; quo mortuo, aut ejus successore Alpes Cottiæ, Cottiique Regnum eodem tempore , quo Ponti regiones in Provinciam jubente Nerone Cæsare redactæ sunt [*K*]. Cottianæ igitur Alpes jure Provinciarum donatæ , & Segusinum earum caput Municipium tamdiu Romano Populo paruere ; donec labentibus Imperii rebus , & a Barbaris pluries concussa , obrutaque penitus Italia, variam sub variis Populis, & Ducibus fortunam expertæ sunt ; nec antea tam dulci pacis otio frui potuerunt ; nisi cum faustissimo Regiæ Sabaudæ Domus Imperio sunt adjunctæ .

JUL. MARCELLINUS .... Marcellini nomen a virtute, & moribus ortum adfirmat Plutarchus , & Sigonius Marcellinorum familiam a Marcella gente ortam adserit [*l*], easque inter familias collocat , quæ cognomen a cognomine sortitæ sunt . Hæc, si Patino (*m*) credimus , tam late patuit gens , ut nulla alia , cum in Græcia , tum Romæ fuerit , quæ tot præclaros homines ad ultima usque imperii tempora transmiserit. Infinita propemodum sunt,

(i) *Dion. lib. 60. p. 783.*

(K) *Suet. in Ner. pag. 521. Aur. Vict. p. 478.*

(l) *Sig. de nom. Rom. p. 959. ap. Grav. tom. 2.*

(m) *Pat. in mon. Marcel. ibid. p. 1102.*

sunt, quæ citato loco illustrantur monumenta, in quibus Marcellinorum Familia, illustriora gesta, dignitatesque continentur. Marcellinorum memoria quoque in inscriptionibus apud Gruterum [n], Donium, Fabretum, aliosque frequentissima est, cum prænominibus, Fabii Julii; Marci Julii, Marci Julii Fabii; Aurelii; Tiberii, & Caii. In epigrammatibus etiam antiquis Urbis Romæ plures reperire est Marcellinos, qui Marii, Valerii, & Sexti Aureli appellantur (o), quosque summos in Romano Imperio honores impetrasse ex iisdem inscriptionibus ostenditur. Sed consulares præcipue fasces variis Reipublicæ, & Imperatorum temporibus obtinuisse, a Dione, Fastis Idatianis, & Cuspiniano [p] clarissime intelligimus; & anno jam Ch. CCCXLI. Antoninum Marcellinum cum Petronio Probino consulatum gessisse docet nos inscriptio apud Muratorium (q), quam fuso commentario illustravit Petrus Polydorus. Marcellinorum præterea meminere Plinius [r]; & passim numismata (s). Attamen hos inter e gente Marcellina homines, neminem, ni fallimur, detegere potuimus, apud eos scriptores nempe, quorum nobis copia est, cui Julii dumtaxat prænomen tributum sit; uno excepto, cujus memoria in inscriptione Augustæ Veronæ nobis superest, quique jubente Sanctissimo Gallieno muris Veronæ Urbis restaurandis præfuit (t).

[n] Grut. p. 34. 35. 413. &c. Don. cl. 2. p. 4. &c

(o) Epigr. ant. pag. 3. 37. 99.

[p] Dio. lib. 39.

[q] Mur. Thes. inscr. tom. 1. p. 377. n. 2.

(r) Plin. ep. lib. 5.

(s) Goltz. in num. Jul. Cæs. p. 17.

[t] Gru. p. 166. n. 1. Maff. Veron. Illustr. part. 1. p. 368. 38.

COLONIA. AUGUSTA. VERONA. NOVA.
GALLIENIANA. VALERIANO. II. ET LUCILIO.
CONS. MURI. VERONENSIUM. FABRICATI.
EX. DIE. III. NON. APRILIUM. DEDICATI. PR.
NON. DECEMBRIS. JUBENTE. SANCTISSIMO.
GALLIENO. AUG. N. INSISTENTE. AUREL.
MARCELLINO. V. P. DUC. CURANTE. JUL.
MARCELLINO.

Unde

Unde fortasse liceat Julium hunc Marcellinum sub Gallieno Civitatis Segusinæ Præsidem conjectare; eo temporis, aut paullo post, cum Gallienus Imperator (*u*) commeavit in Gallias, ut hostiles barbarorum motus compesceret, frangeretque; de cujus victoria extat Nummus cum epigraphe RESTAURATORI. GALLIARUM. [*x*]. Neque ulla res obstat, quod Gallienus quinto post anno [*y*] eumdem Marcellinum muris Augustæ Veronæ contra barbarorum quoque incursiones excitandis, veluti publicorum operum curatorem præfecerit. Cuicumque enim, qui res Romanas, vel a limine salutaverit, exploratum est, quam magni haberentur operum publicorum curatores, quorum officium ab Augusto institutum recenset Svetonius [*z*], quodque summopere commendat Plinius Secundus (*a*).

V. P. i.e. Urbis Præses. Ita legendum esse opinari quis possit; tum ex his, quæ superius diximus, Segusium nempe Municipium Urbis, & Civitatis nomine ornatum fuisse [*b*], tum quia ex inscriptionibus satis superque constat eum, qui Segusium, Alpesque Cottias regeret, Præsidis nomen, & jus habuisse [*c*].

(u) *An. ch.* 260.

[x] *Harduin. op. sel. p.* 851. *Beg. t.* 2. *p.* 744.

[y] *An. ch.* 265.

[z] *Svet. in Aug. cap.* 37.

(a) *Plin. lib.* 5. *ep.* 15.

[b] *V. Nazarium in Orat. Pane. Const.*

[c] *Epigr. ant. V. R. p.* 157.

IMP. CÆS. C. VAL. DIOCL. P. F.
INVIC. AUG.
ORDO. SPLENDIDISS. CIVIT. SEGUS.
CURANT. AUR. SATUR. URB. PRÆS.

PROCURATORI. ET PRÆSIDI.
ALPIUM. COTTI. (*d*)

(d) *Grut. p.* 493. *n.* 7.

Præsidis nomen tunc primum usu cœpit, cum Augustus Provincias cum Populo Romano divisit. Hi enim, qui a Senatu mittebantur Præsides, ii Proconsules veteri vocabulo adpellati sunt [*e*]; quos vero Imperatores designabant, ii vel

(e) *Dio. lib.* 58.

vel Legati Augusti, vel Proconsules, aut Propraetores, modo Praefecti Augustales, modo Praesides, Procuratores etiam Caesaris nuncupati fuere. Qui ab Imperatoribus mittebantur Praesides, summa in provinciis post Principem utebantur auctoritate, praeclarisque fruebantur honoribus, cum apud Populos, tum apud Imperatores, a quibus amici, & carissimi adpellantur. Quamobrem Signa Praesidibus, cum in publicum prodirent, praeferebantur, quae vultum referrent Imperatoris. Legati praeterea, Tribuni militum, Centuriones, Praefecti, Decuriones, Scribae, Accensi, Praecones, Lictores, Interpretes, aliique militarium operum, rationumque adjutores, & quod summum est, posteriori aevo fasces consulares Praesidibus permissi sunt. Lege autem cautum erat, ne Praesides in provinciam proficiscerentur, quin primum a Senatu mandata accepissent, & in Capitolio solemnia vota nuncupassent, quae in tabulas referebantur [*f*]; & de quibus fortasse Juvenalis (*g*).

(f) *Svet. in Tib. p.* 259.

(g) *Sat.* 12. *v.* 5.

Legitime fixis vestitur tota tabellis
Porticus.

Duo autem erant Praesidum, qui ab Imperatoribus legebantur, praecipua munera, quorum alterum jurisdictione, alterum continebatur Imperio; nempe ut jus dicerent, & Legionibus praeessent [*h*]; quam quidem Imperii militaris partem Proconsulibus a Senatu missis Augustus ademerat, nec obtinere poterant, nisi regiones ducere juberentur. Jus eodem ordine dicebant ultimis temporibus, quo Romae Praetores; sed edicta latina solummodo lingua ferebant (*i*); Jus praeterea gladii habuere, & militem capite plectere poterant [*K*]. Non tamen his erat jus deportandi in insulam, neque jus publicandi bona post Theodosii, & Valentiniani constitutionem (*l*); utque, uno verbo dicamus, omnis in universum provinciae curatio penes Praesides erat.

EX. VOTO. POSUIT.... Vota, inquit Plinius (*m*), ut plurimum Romani Diis nuncupare solebant, aut pro aeternitate

(h) *Dio. lib.* 53. *p.* 503.

(i) *Lipsius ad ann. Tac.* 1. 12.

(K) L. 6. §. *de offic. Praet.*

(l) L. un. c. *Th. ne Sin. juss. Princ.*

(m) *Plin. in Paneg.*

nitate Imperii, aut pro ſalute Civium, vel pro ſalute Principum, eorumque felici itu, atque reditu, aut pro ſe ipſis. Ita Julium Marcellinum, ſi ille ſit, quem ſub Gallieno Imperatore ſuſpicati ſumus, votivam hanc aram Deo Genio Municipii Seguſini dedicaviſſe exiſtimamus, aut ut Imperatori res ſecundas adprecaretur, aut ut pro parta a Gallieno victoria, aut pro rite adminiſtranda Cottiarum Alpium provincia votum vel ſolveret, aut conſecraret.

Hæc etiam fortaſſis ara alicui ſacrificio quotannis a Municipibus Secuſinis fieri ſolito deſtinata fuit; nam veroſimillimum eſt ſtatam habuiſſe diem, qua Deo urbis Genio ſacra facerent.

Illud etiam obſervandum ſupereſt hanc aram ſuperiori parte excavatam tantiſper eſſe, ut facilius, ſi conjectare licet, imponenda liba, liquoreſque, & victimarum præſertim ſanguinem contineret.



XII.

P: 157.



Fran. A. Gilodi scu. Taurini

nitate Imperii, aut pro salute Civium, vel pro salute Principum, eorumque felici itu, atque reditu, aut pro se ipsis. Ita Julium Marcellinum, si ille sit, quem sub Gallieno Imperatore suspicati sumus, votivam hanc aram Deo Genio Municipii Segusini dedicavisse existimamus, aut ut Imperatori res secundas adprecaretur, aut ut pro parta a Gallieno victoria, aut pro rite administranda Cottiarum Alpium provincia votum vel solveret, aut consecraret.

Hæc etiam fortassis ara alicui sacrificio quotannis a Municipibus Secusinis fieri solito destinata fuit; nam verosimillimum est statam habuisse diem, qua Deo urbis Genio sacra facerent.

Illud etiam observandum superest hanc aram superiori parte excavatam tantisper esse, ut facilius, si conjectare licet, imponenda liba, liquoresque, & victimarum præsertim sanguinem contineret.



P: 157.



Fran. A. Gilodi scu. Taurini

XII.

TRITONES.

IN Anaglypho, quod sequitur, duo nobis exhibentur Tritones justæ quidem molis, & humana usque ad umbilicum forma, ac in piscis speciem reliquo corpore desinente, quales profecto bellissime pinxit Virgilius [a].

[a] *Æneid. lib. 10. v. 209.*

Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta: cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem præfert, in pistrin desinit alvus.

Caput neque omnino incomtum habent, neque passis horridule capillis, neque simul confusis, ea ratione, qua Pausanias (b) palustri apio comparat, *tum ob colorem, tum quod capillum omnino nullum ab aliis discernere possis.* Utriusque facies, etsi agrestis paullulum videatur, nil truculenti tamen, & immanis præsefert, ut in multis aliis Tritonum figuris apud Fabretum (c), & Gorium [d] cernere est, quosque Pausanias (e) glaucis oculis, rictu oris latiore, & Pantheræ dentibus describit.

[b] *Pauf. in Baot. lib. 9. pag. 359.*

[c] *Fabr. de col. Traj. pag.* 154.

[d] *Gor. muf. Etruf. tab.* 75.

(e) *Loc. cit.*

Prolixiori ornati sunt barba, sed alga intexta haud cernitur, ut in Fabreti, & Gorii marmoribus; unde tetrica quædam Tritonum facies, & aspectus oriri videtur. Ab eorum humeris sursum sese explicat folium algæ trifidæ, & monofoliaceæ, quam Festus ait a Mari, in quo nascitur, ad litus projici, ob quam rem a Virgilio [f] projecta dicitur.

(f) *Virg. Bucc. 7. v. 45.*

Horridior rusco, projecta vilior alga.

Ita vero auctore Servio nuncupata, quia natanti, atque etiam submerso involvi, & alligari soleat. Manus ad humanam effigiem conformatas habent, non ea tamen forma, qua Pausanias refert [loc. cit.] *manus, digiti, ungues*

quali

quali sunt forma superiores conchyliorum testæ. Sinistra remum tenet unus, alter dextera anchoram, ac veluti ulnis remum, & anchoram complecti uterque videtur; forma denique totius corporis, colli, brachiorum, pectoris, & alvi usque ad umbilicum ad humanam verissime composita est; ab umbilico verum cauda producitur prælonga sinuosis flexibus circumvoluta, quæ in altum tamen erigit se se, atque in extrema parte pinnam explicat, lateque diducta modice flectitur. Squammis tota distincta conspicitur, quæ quidem ejusdem duritiei sunt, ac lima, si Pausaniæ credimus (loc. cit.). Sed hujusce marmoris elegantiam, dignitatemque auget non parum Tripes Ara, sive Candelabrum in medio affabre, venusteque insculptum, quod uterque Triton manu tenet, & in cujus coronata summitate ignis, & fructus conspiciuntur.

Jam vero cui bono ab antiquis invecta Tritonum Religio? Non desunt sane multjugæ eruditionis viri, qui Tritones nil nisi fabulam, & figmentum olere putant; sed longe dissident ab iis Plinius, Ælianus, Alexander ab Alexandro, Gyraldus, Scaliger, (g) aliique Scriptores; necnon vetera, quæ supersunt de Tritonibus monumenta [h].

Ut ut tamen sit (litem enim quis componere audeat?) Tritonem Neptuno, & Amphitrite natum adfirmat Hesiodus (i).

(g) *Scalig. exercit. 226.*

(h) *V. Fabr. Gor. loc. cit. Beger. Thes. Brand. tom. 1. pag. 178., & seq. Montf. tom 1. pag. 160.*

[i] *Theogon. v. 930.*

Εκ δ' Αʹμφιτρίτης, ϗ̀ ἐρικτύπȣ ἐννοσιγαιȣ
Τρίτων ἐυρυβίης γένετο μέγας ὅς τε θαλάσσης
Πύθμεν' ἔχων παρὰ μητρὶ φίλῃ, ϗ̀ πατρὶ ἄνακτι
Ναίει χρύσεα δῶ δεινὸς θεός.

'Ast ingens Triton immani corpore surgit
Qui valida pollet vi præditus, Amphitrite
Neptunoque fremente satus, fundoque sub imo,
Una cum dulci Matre, & Patre Rege verendus
Ipse etiam Deus auratam simul incolit ædem.

Am-

Amphitritem cum Salacia Nimpha unam, eamdemque esse adfirmat Gyraldus, cujus progeniem fuisse Tritonem clarissime docet Servius [*K*], qui latuit clarissimis Dictionnarii Trevultiensis (*l*) auctoribus admirantibus, cujus scriptoris fide, & auctoritate Salaciam Tritonis parentem scripserit Hoffmanus (*m*), Tritonem porro tanquam Deum ab ultimis temporibus veteres coluere. Polybius (*n*) in formula juris jurandi Annibalis, & Xenophontis inter multos Carthaginensium Deos, quos nominat, inquit.

(K) *Servius in Æneid. lib. 1. v. 148.*
[l] *Diction. de Trev. v. Triton.*
(m) *Hoffm. lex univ. voce Triton.*
(n) *Polyb. lib. 7. hist.*

Ἐναντίον ἄρεως, τρίτωνος, ποσειδῶνος.

i.e. coram Marte, Tritone, Neptuno. Si vero Herodotum [*o*] audire velimus, fuit quoque erectum Tritonibus Templum in Lybia, quod a prima jam Argonautarum ætate multum honoris, & famæ obtinuerat. Sed & apud Etruscos divinis etiam affecti sunt honoribus, uti non obscure testantur illa duo Tritonum capita (*p*) ab ore Delphinorum pendentia, qui simul innexi manubrium conficiunt etrusci vasis, cujus omni procul dubio emblemata, & ornamenta sunt; *Vasibus namque*, inquit eruditissimus Gorius, *Tripodibus, & Candelabris, utpote Diis consecratis sigilla, & capita Deorum medii, vel infimi ordinis insculpere Etrusci consuevere*. Inde a Veneris, & Neptuni famulitio Tritones fuisse traduntur. Venerem quidem per æquora a Tritonibus vectam adfirmat Nonnus, & Venus ipsa apud Claudianum (*q*) ad Cupidines hæc fatur.

[o] *Herod. lib. 4. pag. 148.*
[p] *Gor. mus. Etrusc. tom. 2. tab. 75.*
[q] *Claud. in nupt. Honor. v. 128.*

Equis erit pueri vitreas qui lapsus in undas
Huc rapidum Tritona vocat? quo vecta per altum
Deferar?

Apulejus etiam Metamorphoseon lib. IV. Tritonas in Veneris pompa ita describit. *Jam passim maria persultantes Tritonum catervæ hic concha sonaci leniter buccinat,*

ille

ille serico tegmine flagrantiæ solis obsistit inimici, alius sub oculis dominæ speculum prægerit, currus bijuges alii subnatant.

Hinc sæpius in veteribus monumentis eam videre est Tritonum caudis insidentem [r], a quibus citissimo cursu feratur, ludentibus interim cupidinibus, Deamque comitantibus; cum enim e maris spuma orta Venus crederetur, dictaque ideo sit Αφροδίτης, haud mirum si Tritones, cæterique marini Dii eidem in alto famulari fingerentur. Quin etiam & Nymphas Veneris comites protenta cauda deferunt in variis gemmis, & lapidibus apud memoratos Begerum, & Montfauconium [s]. Illos Neptunus adhibebat ad fluctus componendos; ideo Statius (t)

[r] *Beger. Thes. Brandeb. tom.* 1. *pag.* 170. *Montf. antiq. tom.* 1. *p.* 160.

[s] *Loco cit.*

(t) *Stat. Silv. lib.* 3. *v.* 411.

Stat celer obsequio jussa ad Neptunia Triton.

Et Ovidius [u]

[u] *Ovid. metamorph. lib.* 1.

Cæruleum Tritona vocat, conchaque sonanti
Inspirare jubet, fluctusque & flumina signo
Jam revocare dato, cava buccina sumitur illi
Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo,
Buccina, quæ in medio concepit ubi aera Ponto
Litora voce replet sub utroque jacentia Phoebo.

quos quidem tam magnum, tamque canorum edidisse sonum Poetæ comminiscuntur, ut maria undique cohibere, ac terrefacere viderentur. Virgilius [x]

(x) *Virg. Æneid.* 10. *v.* 209.

Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta . . . .

Nec a Tritonibus, quos famulos habuit Venus, abhorruisse Pallas ab antiquis fingitur, quum eandem, quam illi Tritoniam in Africa paludem amaverit, & ab illa Tri-

tonia

tonia dici voluerit, uti Lucanus innuit [y], narrans Catonis profugi classem illuc appulsam.

[y] *Pharf. lib. 9. v. 348.*

Hanc ut fama Deus, quem toto littore pontus
Audit ventosa perflantem murmura concha,
Hanc & Pallas amat . . . . . .
Et se dilecta Tritonida dixit ab unda.

Quum vero singula plerumque ædificia cum sacra, tum profana variis Deorum imaginibus condecorare, eorumque majestatem hoc modo augere veteres existimarent; inde factum est, ut in Templorum, Ædiumque fastigio Tritonum signa sæpissime imponerentur. Auctor est Macrobius (z) cum buccinis, & caudis abditis fastigio Saturni Ædis superposita fuisse, vel ut historiæ parens ostenderetur, *quoniam ab ejus commemoratione*, inquit, *ad nostram ætatem historia clara, & quasi vocalis est, ante vero muta, & obscura, & incognita*: vel fortasse etiam, ut eundem artis navigatoriæ, aut magistrum Latinis, aut restauratorem significarent; navem siquidem invenisse [a], & navi primum Italicas oras legisse ferunt.

[z] *Macrob. Satur. lib. 1. cap. 8.*

(a) *Ath. Deipno. lib. 15. p. 692. Macrob. Satur. lib. 1. cap. 7.*

Sicuti in Pronao, ita & in Larario sacratum Ædium Tritonum simulacra collocabantur. Pausanias narrat [b] in Neptuni Corinthii Templo duos æneos stetisse Tritones; alterum quoque Tanagræ in Liberi Patris Æde, qui *admirationem intuentibus adferret*.

(b) *Pausan. Corinth. lib. 2. pag. 56. lib. 9. pag. 359.*

Diximus ad ædificia itidem profana Tritones ab antiquis poni consuevisse; quia scilicet magno ornamento, & usu venirent hujusce generis Deorum signa. In Naumachia etenim, & in Theatris buccina mugientes productos fuisse præter Svetonium [c], testatur Poeta (d).

(c) *Svet. in Claud. p. 177. & 468.*
(d) *In Carm. ath.*

Carmineque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis.

Unde Junius (e) Tritonem inter hidraulica Theatri instru-

(e) *Jun. de pict. vet. lib. 2. c. 8. p. 106.*

menta usu frequentissime venisse scribit, *ut nempe aquarum assultu pari ratione, qua buccina conceptas voces ederet*. Neque alia de caussa turrium fastigiis superpositi olim Tritones sunt, *nisi quia*, inquit [*f*] Vitruvius, *ut imaginem flantis venti indicem virgam, quam præ manibus habebant, tenerent*. Sed multos quoque reperias triumphales arcus olim Imperatoribus erectos horum marinorum Deorum imaginibus ornatos; ac præsertim Remensem illum [*g*] Julio Cæsari dicatum, in quo Venus insidet Tritonem complexa, ut Cæsaris a Venere genus, & origo panderetur; id circo Propertius [*h*].

(f) *Vitruv. lib. 1. cap. 6.*

[g] *Bergier. de viis Rom. ap. Grav. Tom. x. pag. 208.*

[h] *Propert. lib. 3. eleg. 3. v. 135.*

Ipsa tuam Prolem serva Venus, hoc sit in ævum
Cernis ab Ænea quod superesse caput.

In Sarcophagis vero quam frequentissime Tritones insculptos aspicimus, uti & Nymphas, flumina, aliosque marinos Deos (*i*), ad designandam putamus æternitatem, cum ex Oceano cuncta gigni, crearique veteres pro certo haberent; aut ut defunctorum ad Elysios campos migrationem significarent. In Oceano siquidem, aut in Insula, quæ Oceano circumfunderetur, arbitrabantur sitas esse Regiones piorum, &

(i) *Bell. descript. sepult. Nas. ap. Grav. tom. 12. Beger. Spicileg. antiq. pag. 105. n. 28., Montf. tom. v. part. 1. pag. 218.*

. . . . . *Locos lætos, & amœna vireta*
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas [k].

[K] *Virg. lib. 6. Æneid. v. 638.*

Ut rem hanc aperte testantur Cicero, & Plutarchus [*l*]; indeque celebris est apud Scriptores Græcos Beatorum Insula *μακάρων νῆσος*; cujus meminere Eustathius (*m*), aliique prisci ævi scriptores. Sed præ cæteris Pindarus [*n*],

[l] *Cic. ad att. lib. 10. ep. 1., Plut. in Q. Sert.*

[m] *Eust. in iv. odyss.*

(n) *Pind. olimp. od. 2.*

. . . . ἔνθα μακάρων
Νᾶσον ὠκεανίδες
Αὖραι περιπνέοισιν. ἄν-
Θεμα δὲ χρυσᾶ φλέγει,

Τά

Τὰ μὲν χέρσοθεν ἀπ' ἀ-
Γλαῶν δενδρέων
Ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει.
Ὅρμοισι τῶν χέρας ἀνα-
Πλέκοντι, καὶ στεφάνοις
Βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος. Pind. Olymp. 2.

Quos versus Averanius ita vertit [o].

(o) *Aver. diss. 76. in antholog. pag. 197. n. 14.*

Ubi Beatorum Insula nobilis
Perflatur auris Oceani, micant
Flores, & auri, quos vel arbor
Pulchra parit, vel amœna tellus:

Et rore puro lympha rigat, quibus
Texunt corollas, atque monilia,
Manusque circumdant secuti
Consilium, Rhadamante, vestrum.

Quin imo cum vasa, & Tripodes ignitos, fructibusque refertos in lapidibus sepulcralibus non raro videamus apud Montfauconium (*p*), & Gruterum, ubi juvenis in lecto cubat, & ante lectum Tripus cum flamma, & fructibus, suspicari recte possumus Anaglyphum nostrum, in quo Tritones, ignitum candelabrum simul, & fructus conspiciuntur, cuipiam tumulo ornamento fuisse. Quanquam peculiare hic Neptuno Aquarum Deo votum indigitari posse, non male dixerit quis, grato lubentique animo solutum, dicatumque ab aliquo navigatore, qui aut longum per maria iter fauste, feliciterque confecerit, aut maris inter fluctus, tempestatesque ejus beneficientia incolumis evaserit.

(p) *Montf. t. 5. part. 1. pag. 98. Grut. p. 613. n. 4.*

Solemne fuit antiquis, idque non tam usu, quam religione cautum, ut nil nisi auspicatum agerent, Deosque, quos unicuique rei præsides credebant, rite, sancteque propitiarent. Nihil itaque aggrediebantur, quin vota Diis suis vel publice, vel privatim nuncuparent, quæ postmodum solvere dicebantur, cum in eorum Templis dona,

 ta-

tabulasque suspenderent, aut alio in loco publica erigerent monumenta, quibus erga se, suosque maximam Deorum beneficentiam posteritati commendarent: quo sensu Catullus (q).

(q) Catull. carm. 64. 103.

Non ingrata tamen frustra munuscula Divis
Promittens tacito suspendit vota labello.

Et Carmine 67.

Pristina vota munere dissolvo.

Multiplex porro harum Tabularum usus intercesserat: aliæ enim superati periculi titulum dumtaxat referebant: aliæ (quæ pictæ dicebantur) exantlatos casus, & labores exprimebant; unde Tibullus [r].

[r] Tib. lib. 1. eleg. 3. v. 28.

Picta docet Templis multa Tabella tuis.

Aliæ demum, in quibus Inscriptiones incidebantur, voventium nomina, locum, tempus, & voti occasionem vel carmine, vel soluta oratione narrabant; de his, quæ scriptæ vocabantur meminit Propertius (s).

[s] Prop. lib. 11. eleg. 19.

Pro quibus optatis sacro me carmine damno,
Scribam ego: per magnum est salva Puella Jovem.

Hæc, & hujusce generis monumenta Nautas, & Navigatores Neptuno, Diisque Aquatilibus dicasse, ne diutius immoremur, fidem facit locupletissimam Tullius (t) inquiens. *Tu, qui Deos putas humana negligere, non ne animadvertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint, in portumque salvi redierint?* Et vetus Horatii interpres ad illud Carmen [u].

[t] Cic. lib. 3. de nat. Deo.

[u] Horat. lib. 2. serm. sat. 1. v. 33.

Votiva pateat veluti descripta tabella.

Nau-

Naufragi solent, ait, suum naufragium Tabella depictum in Templis alicui Deo consecratum suspendere, ut nempe apertissime testarentur, quanto Deorum beneficio servati fuissent. Innumera inde hujuscemodi nobis occurrunt votiva marmora, in quibus naves ut plurimum, vel remos, aut temones, multaque id genus intuemur, atque ita, ut faustæ videlicet Deorum auxilio peractæ navigationis memoriam transmitterent, animumque simul religione liberarent. Duo nobis tradit anaglypho opere saxa eruditissimus Montfauconius (*x*), quæ vota, cum pro felici itu emissa, tum pro felici reditu Neptuno soluta elegantissime referre videntur. In primo ad unum latus mulierem aspicis sedentem, quæ dextera palmam portendit, sinistram vero imponit globo, cum Inscriptione.

[x] *Montf. t. 1. part. 2. planch. 97.*

SALVOS. IRE.

Ad alterum latus mulier cernitur sedens, & velata; altera manu cornucopiam gerit, altera temonem [fortunæ reducis imaginem dixeris] cum epigraphe.

SALVOS. REDIRE.

En emissi, conceptique voti in hoc lapide symbola: agnosce nunc in secundo marmore pro felici itu, redituque soluti voti monumentum. Cernitur itaque juvenis stans in navi, manibus remos agens, adjecta inscriptione.

ΡΟΥΦΙΝΑ. ΙΟΥΣΤΟΝ. ΕΙΣ. ΜΝΕΙΑΝ. ΧΑΡΙΤΟΣ.

i.e. *Ruffina Neptuno Deo gratias agit, quod filium, quem navigaturum illi commendaverat, sospitem, & incolumem in patriam reduxerit.* Remos aspicis in hac votiva Tabella insculptos, quos utraque manu tenet juvenis, ut nempe pro fausta a Neptuno impetrata navigatione solutum votum symbolice designaret? Jam vero in nostro Anaglypho

Aram idcirco, ut nullus de Sacrificio facto locus dubitandi superesset, laureo serto redimitam insculpsit peritissimus artifex; imo ad summitatem diadema addidit, ut fortasse Neptuni Regis honores designaret, qui ποντομέδων, Rex Ponti Orpheo dicitur [q] & Silius (r).

[q] Orph. in hymnis.

[r] Sil. 17. v. 289.

Talibus alloquitur Regem maris.

Neptuni Regis figuram diademate ornatam in gemma venustissime incisam videas apud jam toties memoratum Begerum [s].

[s] Beger. t. 1. pag. 73.

Sed qua de caussa ignis, qui veluti e candelabri sinu emittitur, malis punicis, amygdalis, ficubus, & pyris circumdatur? In Tabula [t] Sacrificii Neptuno facti a Trajano Imperatore cernitur Ara, quæ communem, uti nostra exsuperat altitudinem, & quæ iisdem omnino fructibus instructa est, si Strobilum excipias, aquarum Deo sacrum; aut quia Pinus ei dicata [u], aut quia arbor esset navigiis componendis idonea (x). Cæterum fructus in aris Deorum non infrequenter aspicimus, ac præsertim ficus, quas Diis omnibus sacras, & aris in omni Sacrificio imponi, & quovis thure ad odorem esse aptiores, præter Hierophantas, [y] disertissime testatur Julianus (z).

(t) Ap. Monts. tom. 1. part. 2. pl. 77.

(u) Voss. de Theol. gent. lib. 9. p. 789.


(x) Gyrald. lib. de navig.

[y] Apud Bulleng. de conviv. cap. 43. in Thes. Rom. ant. Tom. 12. p. 140.

(z) Epist. 24.



XIII.


ΟΜΗΡΟΣ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ

XIII.

HERMA
MENANDRI COMICI
POETÆ.

SAxum hoc fœde mutilatum, & longitrorsum præcipue ita scissum, ut tertia pene descriptorum versuum pars desideretur, magnum facesseret explorantibus negotium, nisi aliud huic simillimum nobis integrum servasset eruditorum hominum industria. Illius itaque absolutam perpetuamque speciem ex Grutero, & Fulvio Ursino, & ex Gronovio repetentes terminum esse, aut Hermam (a) reperiemus, cui superpositum fuerit Menandri clarissimi Poetæ Comici caput, ut cum ex ipsius mutilato nomine, tum ex tribus insculptis tetrastichis apertissimum est. Propterea eum, quem Gronovius habet [b], adjecimus, ex quo videre est, quam turpiter attritum fuerit istud, quod nobis superest, fragmentum.

[a] *De Hermis in præf. dictum.*

(b) *Thes. Græc. antiq. tom. 2. pag. 98.*

Versus autem in ipso insculpti usitatioribus literis ita describi possunt.

Μένανδρος.

Ἔχρην μεν ςῆσαι σὺν ἔρωτι φίλῳ σε, Μένανδρε;
Ὧ σὺν ζῶν ἐτέλεις ὄργια τέρπνα θεῦ.
Δήλος δ' εἰ φορέων αἰει Θεὸν, ὄπποτε ϗ νῦν
Σῆν μόρφην κατίδων αὔτικα πᾶς σε φιλεῖ.

Φαῖδρον ἕταιρον Ἔρωτος ὁρᾶς σειρῆνα Θεάτρων
Τὸν δὲ Μένανδρον αἰει κράτα πυκάζομενον.
Οὕνεκαρ ἀνθρώπȣς ἵλαρον βίον ἐξεδίδαξα
Ἡδύνας σκήνην δράμμασι πάσι γάμων.

Ου

Οὐ φαύλως ἔστησα κατ' ὀφθάλμους σε, Μένανδρε,
Τῆς δέ γ' Ὁμερείης φίλτατε μοὶ κεφάλης.
Ἀλλά σε δεύτερα ἔταξε σοφὸς κρίνειν μετ' ἐκεῖνον
Γραμμάτικος κλεινὸς πρόσθεν Ἀριστοφάνης

Vocem ΦΙΛΩ non φιλῶ a φιλέω, ut aliis placuit, verum φίλω a recto φίλος reddimus. Hæc vero tria tetrasticha ita interpretamur.

Debueras socium prope stare, Menander, Amorem,
Quocum vixti ejus dulcia sacra colens.
Utque Deum semper referebas ore, tuam sic
Continuo formam qui videt, omnis amat.

Idalii socius pueri, Sirenque theatri
Multo stipatus flore Menander hic est.
Ille docens hilarem mortales ducere vitam,
Cuncta edulcavit drammata connubiis.

Non male te posui contra ora, Menander, Amoris
Care mihi ante alios, heic statuendus eras,
Namque a Mæonio dixit te vate secundum
Olim Grammaticus clarus Aristophanes.

Quum vero hunc terminum Menandro inscriptum una cum Homerico ipsi ex altera parte respondente Romæ fuisse Gruterus, Ursinus, Gronovius, aliique asserant, iisdemque characteribus Gronovius expresserit, quos in saxo insculptos legimus, verisimillimum est hunc Hermam ex iis esse monumentis, quæ Romæ emta Carolus Emmanuel primus in hanc augustam urbem advexit; & huic optimo Principi debemus, quod illud prorsus non interierit, sicuti non parva illius pars a Fulvii Ursini, qui integrum legerat, ætate, prorsus interiit. Quanquam vero ista epigrammata perire amplius non possint, tot jam in cusis operibus exscripta, attamen magna semper autographi,

phi, quo illæ corrigi possunt editiones, jactura. Duos fuisse simul positos hujusmodi Hermas Homericum unum, Menandricum alterum ex tertio epigrammate omnino certum est. At ubi primum steterint hi termini, vel quo tempore, quove pacto, vel a quo Romam advecti, an ipsa in urbe elaborati fuerint, an publici, an privati ædificii steterint in vestibulo conjectare difficillimum est. Agedum potius quocunque, ut ita dicam, fato, hoc tanti Poetæ non despiciendum penes nos servatum fuerit monumentum, ipsum tantisper pro nostris viribus illustremus.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ.

Menandri nomine plures fuisse viros non ignorat quicunque fuerit in Græcis, & Latinis historiis mediocriter versatus. Duos etiam Comicos Poetas hujus nominis tradit Suidas, omnesque admittunt eruditi, alterum nempe inter veteres Comicos annumeratum, cujus nulla superest litera, alterum novæ Comœdiæ Principem, de quo nunc agimus, cujus nomini extra omnem dubitationis aleam hoc inscriptum fuit monumentum. Hujus patriam, tempusque, quo vixit, græca nobis aperit inscriptio penes Gruterum, [c] quam etsi Bellorius in suo omiserit Menandro, ut mendosam, aut spuriam, tamen Gronovius, Meursius, aliique probant emunctæ naris critici (*d*).

ΜΕΝΑΝΔΡΟϹ ΔΙΟΠΕΙΘΟΥϹ
ΚΗΦΗϹΙΕΥϹ ΕΓΕΝΝΗΘΗ ΕΠΙ
ΑΡΧΟΝΤΟϹ ϹΩϹΙΓΕΝΟΥ
ΕΤΕΛΕΥΤΗϹΕΝ ΕΤΩΝ Ν̄
ΚΑΙ Β̄ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟϹ
ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟ Β̄
ΚΑΙ Λ̄ ΕΤΟϹ ΤΗϹ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ
ΤΟΥ ϹΩΤΗΡΟϹ ΒΑϹΙΛΕΙΑϹ

i.e.

[c] *Pag.* 1037. *v. etiam pag.* 918. *n.* 12.

(d) *Gronov. Thes. antiquit. Græc. t.* 11. *pag.* 98., *Meursius in populis Atticæ*, & *in Archontibus*. *V. eundem Gronov. ibid. t.* 4. *pag.* 731., & 1246.

i. e. Menander Diopithi filius Cephesiensis natus est Archonte Sosigene, obiit annum agens LII. Archonte Philippo, anno XXXII. Ptolemæi Soteris regni.

Menander itaque Diopithi, & Hegesistrates filius, ut Suidas ait, Cephesiæ in oppido Atticæ quinque, vel sex passuum millibus Athenis dissito natus est, Archonte Sosigene, anno nimirum tertio Olympiadis CIX., obiit vero anno ætatis suæ (*e*) LII. (quanquam alii quinquagesimo mortuum velint) tertio Olympiadis CXXII., XXXII. Ptolemæi Soteris regni, si superius allatæ inscriptioni fides est habenda, quam nonnulli mendosam putant, cum annus Ptolemæi regni trigesimus secundus juxta illos, quinquagesimo secundo ætatis Menandri non respondeat, nec congruat (*f*).

[e] *Eusebius in Chron. vixisse ait an. 1. Olymp. 122.*

[f] *Meursium vide de Arch. l. 4. c. 18. in tomo 4. Gronov. Ant. Græc.*

Præceptore usus est Theophrasto, ut ex Diogene Laertio in hujus Philosophi vita perspicuum est. Versatus etiam est cum Alexide Comico Poeta, ab eoque fabulas componere didicit, ut in Prolegomenis antiqui cujusdam scholiastis in Aristophanis comœdias legitur. Ab Ægypti, & Macedoniæ Regibus per legatos petitus fuit auctore Plinio. (*g*) Majorem nihilominus consecutus est gloriam a posteris post obitum, quam a popularibus suis dum viveret: quamobrem Martialis.

(g) *Plin. hist. nat. l. 7. c. 30.*

Rara coronato plausere theatra Menandro.

Subiit etiam multorum invidiam, & Philemonis præcipue Comici pariter Atheniensis, qui variis eum lacessivit, & vicissim ab eo petitus est dicteriis [*h*], a quo etiam ambitu, & factionibus plerunque vincebatur. [*i*] Præterea Menandrum magnum etiam in discrimen adduxit inita cum Demetrio Phalereo, qui Athenas occuparat, amicitia: nam cum is hostis patriæ declaratus urbe excedens in Ægyptum se recepisset, accusatus Menander parum abfuit, quin capite damnaretur ob hoc unum, quod amicus Tyranni fuisset: at purgavit ipsum Telesphorus De-

(h) *Athenæus Deipnosoph. p. 585. 594. 774.*

[i] *A. Gellius n. att. l. 17. c. 4.*

Demetrii gener. (*l*) Quo tandem genere mortis fuerit extinctus, ostendit vetus Nasonis interpres ad illos in Ibin versus.

[l] *Diogenes Laertius in Demetrio*.

Comicus ut liquidis periit dum nabat in undis,
Et tua sic stygius strangulet ora liquor.

Inquiens. *Menander Comicus Atheniensis, dum in Pireæo portu nataret submersus est, de quo nobilissimæ a Græcis editæ traduntur elegiæ, & a Callimacho epigramma*. Errant siquidem, qui versum illum de Terentio aut Eupoli exponunt (*m*), non enim hic sermo est de naufragio, quem fecerit alteruter ex istis, at de natatione voluptatis, & lavationis ergo, quæ mortis causa fuit Menandro. Quod si de naufragio hic ageret, Ovidius dixisset potius *mersus in undis*, *aut obrutus undis*, aut aliqua alia phrasi, quarum ipsi magna semper copia, usus foret. Menandri vero sepulchrum in Attica ostendi venientibus ex Pireæo testis est Pausanias in Atticis. Quæ de hujus Poetæ patria, vita, & obitu hactenus dicta cum ita sint, ut deinceps aliquid de illius moribus indole, & operibus dicamus trium horum epigrammatum occasionem præbebit interpretatio.

[m] *V. Edit. Cnippigii in Ibin n. 591.*

Ε'χρην μεν ςῆσαι σὺν Ε'ρωτι . . . .

Curnam amicus amoris Menander, ejusque cultor dicitur, atque adeo dignus, qui juxta Erotem collocaretur? Si hæc Gyraldus legisset, aut Suidas, qui mulierosum fuisse, & fœminarum impotentissimum amatorem istum Poetam putarunt, hic ejus intemperantem libidinem notassent. At Gyraldus nimium severus fuit parumque cautus in ferendo de hujus Poetæ moribus judicio, quum enim in Suida legisset περὶ γυναίκων ἐκμανέςατον fuisse Menandrum, perperam insuper intellectis duobus Plinii, & Plutarchi locis, eundem velut omnis obscœnitatis magistrum sugillavit (*n*).

Ac primum in errorem inductus est Plinii loco (*o*), in quo

[n] *Gyraldus dial. 7. p. 857.*

[o] *Hist. nat. l. 30. c. 1.*

Stephanus in prolegom. in hujus Comici γνώμας a se collectas; [u] sed enim utut inter tot aureos, & Philosophiæ plenos versiculos nonnulli sint parum pii, quibus illos personis tribuat Poeta videndum esset, ejusque probitas, & impietas ex integris drammatibus foret judicanda. Plutarchus, qui legerat, ut habemus in epitome opusculi, in quo Aristophanem cum Menandro conferebat illius jocos, ait, aut obscœnos esse, aut Cynicam sapere mordacitatem: Menandrum vero utroque carere vitio, salibusque scatere, & honestis, & innocuis.

(u) Pag. 188.

Denique Comicum hunc satis commendat, vel unus a D. Paullo laudatus versus.

Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμίλιαι κακαί.

Mores bonos colloquia corrumpunt mala.

Ο'ργια τέρπνα Θεοῦ.

Quanquam orgia proprie sint festa in honorem Bacchi, ὄργια ἀπὸ τῆς ὀργῆς dicta, i.e. a furore, quo incitatæ Bacchantes discurrebant, quælibet etiam apud Græcos sacra significabant, ut cæremoniæ apud Latinos teste Servio [x] quapropter ὄργια πόθων, *amorum sacra*, & in epigr., & apud Aristophanem in ranis legitur.

[x] In Æneid. IV. 302.

Δῆλος δ' εἰ φορέων . . . , . .

Δῆλος, φανερὸς, & alia significationis ejusdem cum participiis cujuslibet temporis, eleganter conjunguntur per verbum substantivum εἰμὶ resolvique possunt per particulam ὅτι hoc pacto. Δῆλος ἐστὶ παρανόμησας, pro δῆλον ἐστὶ, ὅτι αὐτὸς παρενόμησε, *certum est eum contra legem fecisse*; ita dictum est a Poeta δῆλος δ' εἰ φορέων ἀεὶ Θεὸν pro δῆλον ἐστὶ ὅτι σὺ ἀεὶ φέρεις Θεὸν, *apertum est, quod Deum, amorem nempe, semper præ te feras.*

Amo-

Amorem igitur præ se tulisse, facieque ipsa nunc intuentium amorem sibi conciliare Menander dicitur. Porro quanquam strabis oculis præditus foret, attamen formosulum fuisse, nimiæque elegantiæ studiosiorem, ac veluti amorem spirasse ex illis etiam Phædri versibus (y) conjicimus.

(y) Lib. 4. fab. 1.

. . . . Menander nobilis Comœdiis,
Quas ipsum ignorans legerat Demetrius,
Et admiratus fuerat ingenium viri,
Unguento delibutus, vestitu adfluens,
Veniebat gressu delicato, & languido &c.

Σειρῆνα Θεάτρων.

Ut Siren theatri dicitur hic Menander, *latina Seiren* appellatus est Terentius illius imitator (z). At Menander præcipue jure optimo ita nuncupatus, ut jucundarum, & jocosarum fabularum autor, quibus cæterorum Comicorum luminibus obstruxit, & novæ Comœdiæ princeps appellari meritus est.

[z] Farnabius in notis Terentii

Quamobrem de illo Quintilianus [a], *ita omnium imaginem in vita expressit, tanta in eo inveniendi copia, & eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus, ut omnibus ejusdem operis autoribus tenebras obduxerit*. Statius etiam Menandricas fabulas Romæ agi solitas commendat hisce versibus (b).

(a) Lib. 8. instit. orator. cap. ult.

[b] Sylv. lib. 5. ad uxorem versu 93.

Quid laudem risus, libertatemque Menandri,
Quam Romanus bonos, & Graja licentia miscet.

Multi denique ejus laudant Comœdias, quarum numerus incertus esse videtur. Alii enim CV., alii CVII., alii CVIII., ut A. Gellius refert, enumerant [c]. Qua de re luculenter Albertus Fabricius, qui omnium nomi-

[c] N. Att. lib. 17. cap. 4.

na ex variis antiquorum Scriptorum monumentis collegit (*d*). Minus tamen mirum est tot composuisse fabulas, cum ab aliis auctoribus multa excerpserit, quod illi vitio vertunt Eusebius, & Porphyrius [*e*], qua de re Cratinus, seu Latinus, ut alii volunt sex libros edidit, quos de Menandri furtis inscripsit [*f*].

[d] *Biblioth. Græcæ tom. 2. pag. 768.*

(e) *Gyraldus dial. 7. p. 857.*

[f] *Eusebius in Chronico. Baillet jugement des sçavans tom. 3. p. 437.*

Ἄιει χράτι πυκαζόμενον.

Πυκαζόμενος a πύκαζω, & a Th. πύκα *dense*, *valde* stipatum significat, aut affabre expolitum: adeoque vel vertere possumus. *floribus valde semper stipatum*, vel potius *politulum*, *formosulum*. Et forte eo hic sensu dicitur πύκαζομενος, quo Hesiodus (*g*) dixit μάλα γαρ τε νόον πεπυκασμένος ἐςὶ; ita ut ingenio limatulo, & admodum liberali fuisse dicatur Poeta. Arrisit tamen magis *multo flore stipatum* dicere, juxta illud in epigr. (*h*) ϗ ςεφάνοις κεφάλας πεπυκάσμεθα, *coronis capita stipemus*.

(g) *Oper. v. 791.*

(h) *Antholog. lib. 2.*

Ηδύνας σκήνην.

Dulcem reddidisse scenam fortasse dicitur, quod veteris Comœdiæ severitatem, nimiamque libertatem attemperarit, suaviorem, jucundioremque reddens Comœdiam; cum nemo jam palam suis de vitiis reprehendi e theatro, & in populi frequentia exagitari extimesceret, quod ab Eupoli, Cratino, atque Aristophane factitatum fuisse testatur Horatius [*i*].

(i) *Sat. 4. lib. 1.*

Δράμμασι πᾶσι γάμων.

Johannes Clericus γάνων mavult legere, quam γάμων, ita ut sensus sit jocorum plena esse drammata omnia Menandri, quam lectionem probaremus & nos, nisi ipsum, quod sub oculis habemus, reclamaret saxum γάμων habens,

bens, sententiamque exhibens non obscuram. Nam Comœdias omnes Menander pro comica dignitate nuptiis clausit, quod etiam a Terentio, quem *dimidiatum Menandrum* Cæsar, Cicero vero *conversum, expressumque latina voce Menandrum* appellavit, observatum videmus in VI., quæ supersunt, ejus Comœdiis, quarum singulæ non unius tantum, verum duarum continent amores mulierum, ut implicatior, variisque distincta eventibus fabula majorem excitet admirationem, & voluptatem. Hæc etiam laus tribuitur Menandro in alio Christodori epigrammate, quod paullo post afferemus hoc versu.

Πολλάων γαρ ἔρωτας ἀνέπλασε παρθενικάων.

Namque puellarum multos confinxit amores.]

Οὐ φαύλως ἔστησα κάτ' ὀφθάλμοις . . .

Ultimum hoc tetrastichon, ut jam diximus contra hunc Menandrium Terminum ex altera parte Homericum etiam positum fuisse nos commonefacit, cujusmodi duos Hermas Gruterus Romæ fuisse ita scribit (k) *Romæ in Mausolæo Augusti duo termini, quorum alteri Homeri caput impositum fuit, alteri Menandri*. Huncce vero Homericum Hermam, ut Gronovius habet [l] hic non ab re alienum duximus, una cum Menandrico ponere, versusque insculptos, usitatioribus literis hic exscribere.

(K) *Pag.* 419.

(l) *Antiquit. Græc. tom.* 2. *pag.* 20.

Ὅμηρος.

Ἡρώων κάρυκ' ἀρετᾶς, μακάρωπε φρόφηται
 Ἑλλάνων δόξης δάπεδον ἀέλιον.
Μυσέων φέγγος Ὅμηρον ἀγήρατον στόμα κόσμου
 Παντὸς ὁρᾶς τοῦτον δαίδαλον ἐρχέτυπον.

Οὐκ

Οὐκ ἔθος ἐστιν ἐμοῖ φράζειν γένος, οὐδ' ὄνομ' αὐτό,
  Νῦν δ' ἕνεκ' Αἰλιάνου πάντα σαφῶς ἐρέω.
Πατρὶς μοὶ χθὼν πᾶσα, τὸ δ' οὔνομα φασὶν Ὅμηρον,
  Ἐστὶ δὲ Μουσάων, οὐκ ἔμον οὐδὲν ἔπον.

Εἰ μὲν θνητὸς ἔφυς πῶς ἀθάνατον σὲ ἐποίησαν
  Μοῦσαι καὶ μοίρων νῆμα ἀνέκλωσαν ἄναξ;
Εἰ δ' ἔσθ' ἀθάνατος πῶς ἐν θνητοῖς σε ἀριθμοῦσι;
  Οὐ μά σε ταύτ' ἔχρην, σέμνε ποίητα, φρόνειν.
Ἀλλ' ἔγνων τὸ ἀληθὲς, ἔπει τὸ σαφὲς διαφάγει.
  Ἀνθρώπων φάσιν, θεῖε, σε, Ὅμηρε, πέλειν.

Quos verſus ita latinitate donavimus.

Præconem Heroum virtutis, Grajugenum, quo
  Inclyta tanquam alio gloria ſole nitet,
Muſarum vocem, atque os totius orbis Homerum
  Hæc par archetypo dædala imago refert.

Non genus aut nomen conſuevi farier: at nunc
  Perſpicue Aeliano cuncta jubente loquar.
Patria mi tellus eſt omnis, nomen Homerus;
  Muſarum omnia ſunt carmina, nulla mea.

Si mortalis eras, cur fati ſtamine rupto,
  Muſæ immortalem te voluere Deum?
Quod ſi immortalis, mortalibus annumerari,
  At non debueras, magne Poeta, pati.
At verum novi: mortalem dicere mavult
  Vulgus, namque an homo ſis, latet anne Deus.

Verſus autem ille νῦν δ' ἕνεκ' Αἰλιάνου πάντα σαφῶς ἐρέω nonnullos in hanc opinionem adduxit eruditos, ut cenſerent Aelianum hunc iſtorum eſſe auctorem epigrammatum, eorumque etiam, quæ in Menandrico termino ſunt inſculpta; namque idem ſtylus, idemque hinc inde epi-

epigrammatum numerus, eademque brevitas, & accurata concinnitas eundem utrorumque auctorem prædicat.

Aelianum autem istum facile cum iisdem credam eum ipsum esse Sophistam, qui variarum historiarum libros, & animalium historiam conscripsit, tum quod non alium, qui politioribus literis aliquod sibi nomen fecerit Aelianum agnoscimus, tum etiam quod horum versuum concinnitas ab Æliani τῦ μελιφθόγγυ ingenio non abhorreat. Quin & verisimile existimo hosce duos terminos ab Æliano Bibliothecæ suæ ornamento fuisse collocatos, in villa, quam in via Ostiensi habebat: quæ si veritati consentanea sunt, quum Ælianus post Adriani tempora floruerit, ut Philostratus ait, nostrum etiam hoc monumentum nupera tantum ab Adriano tempora sibi vindicant.

Nec prætereundum censemus quid circa horum in laudem Homeri tetrastichorum stylum observaverimus. Nonnullæ in his leguntur phrases, quæ sunt ex aliis in Homerum epigrammatibus petitæ.

Sic Anthologiæ libro tertio tit. εἰς ποιητὰς Antipater Sidonius τὸ μέγα στόμα, & ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Homerum vocat, & Paullus Silentiarius ibidem Πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα θεῖον Ὅμηρον. Primi etiam tetrastichi tres versus Antipatri ex alio epigrammate decerpti sunt, quod subjicimus.

Ἡρώων κάρυκ' ἀρετᾶς μακάρωντε προφήταν
  Ἑλλάνων βιοτᾷ δεύτερον ἀέλιον
Μυσῶν φέγγος ἀγήρατον στόμα κόσμυ
  Πάντος ἁλιρροθία, ξεῖνε, κέκευθε κόνις.

Libro vero IV. Anthologiæ tit. εἰς ποιητὰς idem Antipater.

Εἰ θεὸς ἐστιν Ὅμηρος ἐν ἀθανατοῖσι σεβέσθω,
  Εἰ δ' αὖ μὴ θεὸς ἐστὶ νομιζέσθω θεὸς εἶναι.

Qui-

Quibuſcum congruere videntur duo Diſticha ultimi epigrammatis. *Εἰ μὲν θνητὸς ἔφυ . . . . εἰ δ' ἐσθ' ἀθάνατος . .* Atque hinc facile eſt conjicere iſtorum epigrammatum autorem, ſi forte Ælianus non ſit, non admodum antiquum eſſe, utpote Antipatri Sidonii, qui Catonis Uticenſis temporibus vixit, imitatorem.

Ἀλλά σε δάπερ ἔταξε . . . .

Homero neminem unquam prætulere Græci, quoſque vel maxime laudabant, ſecundos ab illo dicebant. Menandro vero alterum ab Homero locum tribuere etiam videtur Auſonius in *προτρεπτικῷ* ad Nepotem, cui autores prius legendos proponens, utrumque Poetam uno primum comprehendit verſu.

Perlege quodcumque eſt memorabile: prima monebo,
Perlege quodcum eſt memorabile, & ut tibi proſit
Conditor Iliados, & amabilis orſa Menandri
Evolvenda tibi, tu &c.

Ἀριστοφάνης.

Ariſtophanem Grammaticum Gyraldus commemorat Menandri amicum, a quo etiam ait correptum fuiſſe Poetam, quod a cæteris tam multa ſuffuraretur. At unde hoc hauſerit Gyraldus nos latet, imo unum tantum reperimus Grammaticum Ariſtophanem, Bizanthinum nempe, qui ut Suidas ait, Callimachum ſenem puer audivit, vixitque ut Anonymus teſtatur anno primo Olympiadis CXLVI, atque ita inter ipſum, & Menandrum XXIII. interſunt Olympiades, quamobrem non videmus, quonam pacto iniri potuerit ab ipſis familiaris conſuetudo.

Hæc habuimus, quæ de Menandro, ejuſque hoc monumento

mento diceremus; neque enim animus fuit ea omnia huc congerere, quæ dici possent, at ea tantum, quæ aut ab aliis prætermissa, aut parum accurate dicta fuerant, vel quæ res, & locus omnino postulabat, tria vero alia, quæ velut auctarium hic addimus, in Menandrum epigrammata legat, cui collibuerit.

Anthologiæ lib. I. tit. εἰς ποιητάς.

Αὐταί σοὶ σομάπεσιν ἀπεμάξαντο μέλισσαι,
  Ποίκιλα μεσάων ἄνθεα δρεψάμεναι.
Αὐταὶ καὶ χάριτες σοὶ ἐδωρήσαντο, Μένανδρε,
  Στωμύλον ἀςοχίην δράμμασιν ἐνθέμεναι.
Ζώεις δ' εἰς αἰῶνα, τὸ δὲ κλέος ἐςὶν Ἀθήναις
  Τῶν σέθεν ὐρανίων ἁπτόμενον περάτων.

Lib. III. εἰς ἄνδρας ἐκ ἐπισήμυς.
Διοδώρυ.

Βάκχῳ, καὶ μέσησι μεμηλότα τ Διοπείθυς
  Κεκροπίδην ὑπ' ἐμοὶ, ξεῖνε, Μένανδρον ἔχω.
Ἐν πυρὶ τ ὀλίγην ὅς ἔχει κόνιν· εἰ δὲ Μένανδρον
  Δίζηαι δήεις ἐν Δίος, ἢ μακάρων.

Lib. V.

Ἐςήκει δὲ Μένανδρος ἐν ἀπύργοισιν Ἀθήναις
  Ὁπλοτέρυ κώμοιο σελάσφορος ἔπρεπεν ἀςήρ.
  Πολλάων γὰρ ἔρωτας ἀνέπλασε παρθενικάων.
  Καὶ χαρίτων θεράποντας ἐγείνατο παῖδας ἰάμβυς,
  Ἅρπαγας, οἰςρήεντας ἀεδνοτόκο κόρησιν,
  Μίξας σέμνον ἔρωτι μελίφρονος ἄνθος ἀοιδῆς.


Pieridum varios carpserunt undique flores
  Insedere tuo hinc ore, Menander, apes.
Mentem ipsæ charites subiere, tibique dederunt

Scribere jucundo multa jocosa stylo.
Æternum vivens magnum decus addis Athenis,
Et tua fama polum non moritura petit.

Acceptus Baccho, & Musis Diopithe Menander
Cecropio natus clauditur hoc tumulo.
Exiguus nunc ille cinis, quicumque Menandrum
Quæritat, inveniet cum Jove, vel Superis.

In bene turritis fuit iste Menander Athenis,
Eluxitque novi nitidissima stella theatri,
Namque puellarum multos confinxit amores,
Et Charitum famulos componere novit iambos,
Virginis innuptæ rapidos, alacresque ministros
Commiscens dulci cantus modulamine amorem.





X I V.

DUO GRÆCÆ INSCRIPTIONIS FRAGMENTA ILLUSTRATA.

SI conjectare fas est, duo hæc fragmenta, in Regii Athenæi porticu seorsim collocata, unum esse lapidem opinamur. Eadem profecto saxi vena, eadem illius corona, idem etiam pene dixerim scalprum, eademque artificis manus cur ita sentiamus, in caussa sunt. Verum hæc levia nimis forent, nisi etiam ex hisce simul compactis fragmentis, quanquam plurima desiderentur adhuc, commodam aliquam colligeremus sententiam. Positum itaque existimamus fuisse hoc marmor, cujus non parva deest pars eidem Quinto Glitio Atilio Agricolæ, cujus fortia gesta, & militaria præmia in variis marmoribus nostris insculpta leguntur. Vide sis apud Muratorium in novo Thesauro pag. CCCX. Quisnam fuerit iste Agricola tunc dicemus, quum illius cetera monumenta explanabimus. Nunc satis nobis fuerit, si hunc eidem inscriptum fuisse lapidem, & quid sibi velint pauca hæc verba utcumque ostendamus. Duo itaque ista fragmenta simul compingenda ducimus, sola tamen nomina supplemus; quæ tamen addita fuisse verosimile est; illius ἐγκώμια supplere difficile foret, & longum.

ΚΩΙΝΤΩ ΓΛΙΤΙΩ

ΑΤΕΙΛΙΩ ΑΓΡΙΚΟΛΑ

\- - - - - - - - - - - - -

ΚΑΙ ΦΙΛΗΠΙϹΤΗ ΚΑΙ ϹΥΝ....

ΤΩΝ ΑΝΕΙΚΗΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ

ΠΑΤΡΩΝΙ.

Com-

Communibus hanc inscriptionem literis ita possumus exprimere.

Κοίντῳ Γλιτίῳ (forte scriptum fuit Γλιτζίῳ) Ἀτειλίῳ Ἀγρικόλᾳ, καὶ φιληπίστῃ, καὶ σωὶ . . . . τῶν ἀνεικήτων Ῥωμαίων πατρῶνι. i.e. Quinto Glitio Atilio Agricolæ . . . . & probatæ fidei viro, & . . . . invictorum Romanorum Patrono.

Κοίντῳ Γλιτίῳ . . . . Hæc nomina eodem ordine collocata sunt, quo in latinis habentur inscriptionibus, in quibus omnibus primus versus ita incipit *Q. Glitio* . . . secundus vero *Atilio Agricolæ*, ob quam rem certum pene ducimus Quintum hunc Attilium, eundem esse ac Glitium Agricolam, itaque nomina, eo quo supplevimus ordine esse collocanda. Observandum hic obiter est Quinti prænomen tribus modis exprimi a Græcis, ut ex marmoribus constat, Κοίντος nimirum, & Κοΐντος, & Κύιντος. Possent variam hanc scribendi rationem evitare, si prænomina Romanorum, ut Latini faciunt, unica exprimerent initiali litera. Verum hujusmodi notarum usus nullo in græco marmore occurrit. Hisce etiam dativis nullum subscribunt, aut ad latus adjungunt ἰῶτα ut plurimum Græci lapides. Nec id mirum quum Sextus Empiricus adversus Grammaticos contendat iota dativis nequaquam esse necessario subscribendum.

Ἀτειλίῳ. I longum Latinorum per diphtongum ει Græci efferunt, veluti Antoninus Ἀντωνεῖνος, aliaque hujusmodi multa. Latini pariter ει græcum per i longum exprimere consueverunt Ἀριστείδης, Aristides. Unico semper t. & in Latinis, & Græcis saxis legitur hoc nomen contra aliquorum etiam eruditorum hominum morem, qui forte inter Atiliam, & Attiliam gentem distinguunt.

Φιληπίστῃ, vocabulum hoc, quod nec Henr. Stephani Thesaurus, nec ullum Glossarium habet, *fidei amantem virum*, cujus nimirum fides corrumpi non potuerit, vel qui nullo periculo deterreri potuerit, ne datam fidem exsolveret, commissumve sibi negotium ad finem perduceret, signi-

significat. Cur ornatus fuerit hoc nomine Glitius caussa latet, sicuti illius etiam nobis adhuc latent gesta.

Τῶν Ἀνικήτων Ῥωμαίων Πατρῶνι.

Quid hoc rei est invictorum Romanorum Patrono? Πάτρων, ωνος a voce latina Patronus profecto est, quum antiquorum Græcorum nemo ante Latinos hac voce sit usus. At post Reipublicæ tempora hac voce usos esse Græcos, eandemque illi significationem tribuisse duæ nos apud Gruterum (b) docent inscriptiones, in quarum altera ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ ΠΑΤΡΩΝΑ, in altera ΤΟΝ ΠΑΤΡΩΝΑ legimus. Vis autem hujus verbi hoc in loco hæc est. Ῥωμαίων Πατρῶνι, Romanorum defensori, ac liberatori. Neque enim Romani ullos habuerunt Patronos, at ipsi Romani cives erant populorum, coloniarum, ac municipiorum, & privatorum etiam hominum patroni. Posset etiam intelligi Ῥωμαίων πατρῶνι, inter Romanos patricio, seu uni ex patriciis Romanis, quum nobiles Romani, juxta antiquam populi divisionem a Romulo factam patroni dicerentur; verum hæc interpretatio parum commoda est, nulloque potest confirmari exemplo. Locus est quidem Pollucis, ubi ait Πατρῶνας appellari γενάρχας, ac προπάτορας, sed ibi ope M.S. nonnulli legunt Πατρωας (c). Rectius itaque dixeris Πατρῶνα heic illum esse, qui alium a gravi aliquo periculo liberaverit, vel ipsi laboranti opem opportune tulerit. Favet Philoxeni glossa, in qua Πάτρων, βοηθὸς, & ἐλευθερώσας dicitur. Omnem vero dubitationis umbram disjicit Plutarchus [d] in Fabio, ubi narrans Minucii magistri equitum una cum suo exercitu ad Fabii castra profectionem αὐτὸς μὲν, inquit, ἐκεῖνον πατέρα μεγάλῃ φωνῇ, οἱ δὲ στρατιῶται τοὺς στρατιώτας πατρῶνας ἠσπάζοντο, τοῦτο δὲ ἐστὶ τοῖς ἀπελευθέροις προσφώνημα πρὸς τοὺς ἀπελευθερώσαντας. i.e. *Minucius Fabium patrem, ac illius milites Fabii milites patronos compellabant, quæ salutatio est eorum,*

[b] *Pag.* 595. *n.* 11., & 12.


(c) *V. Poll. edit.*

[d] *Tom.* 1. *p.* 181.

eorum, qui liberati fuerint ad suos liberatores. Patroni nomen itaque liberatorem, defensoremque significat, & præclara hæc laus Q. Atilio data argumento est illius virtute Romanum exercitum a gravissimo aliquo discrimine, vel sæpe, vel semel fuisse vindicatum.



XV.



eorum, qui liberati fuerint ad suos liberatores. Patroni nomen itaque liberatorem, defensoremque significat, & præclara hæc laus Q. Atilio data argumento est illius virtute Romanum exercitum a gravissimo aliquo discrimine, vel sæpe, vel semel fuisse vindicatum.



XV.

X V.

TIBERIO. CLAUDIO. DRUSI. FILIO.

Inſcriptum Marmor.

DEOS, quos Taurina Gens antiquitus colebat, eorundemque Sacra jam partim cognovimus, & expoſuimus. Orphei poſtmodum inſigne Anaglyphum, & non vulgare Poetæ Menandri Saxum, cui Græci quoque Epigrammatis fragmentum adjecimus, utcumque illuſtravimus. Nunc ea, quæ in Regio Athenæo exſtant de Romanis Imperatoribus ſcripta marmora interpretari pergimus. Quod primo loco damus Tiberio Claudio uncialibus literis inſcriptum eſt; ſed mutilum adeo fractumque, ut divinare difficillimum omnino, & ultra ſpem opus ſit detegere, a quibus, & qua de cauſſa fuerit huic Imperatori dedicatum. Si conjecturæ locus eſt, e marmoris magnitudine, linearumque elegantia, & quadrata forma videtur prætuliſſe memoriam alicujus publici ædificii, puta Thermarum, Templi, vel Theatri, aut Balnei, quo ornata, auctaque fuerit a liberaliſſimo Principe Taurinorum Auguſta. Si res ita ſe habet, vero ſimile etiam videtur conſenſu Ordinum, atque Decreto Decurionum, quod in Coloniis Senatuſconſulti imaginem, & auctoritatem referebat, Saxum hoc Tiberio Claudio ſculptum poſitumque fuiſſe, ut ſingularem nempe Imperatoris beneficentiam, & grati animi teſtimonium publico hoc monumento ſignificarent. Jam certi ſumus Taurinorum Auguſtam non modo magni ſemper a Romanis Imperatoribus habitam, ſed ingenti etiam beneficiorum copia cumulatam fuiſſe. Id enim ſatis ſuperque teſtantur ii, qui res Romanas priſcæ illius ætatis ſcripſere, tum plurimi, qui variis in locis diſperſi ſuperant lapides, & quos in unum collectos, & commentariis illuſtratos publici quoque juris facere nobis animo

pro-

propoſuimus. Jamque operi manum admovere cœpimus. Sed anno, quo hæc Imperatori dicata fuit inſcriptio, de Mauritaniæ populis, uti facilis res erit oſtendere, Tiberius Claudius triumphavit; & Patris Patriæ nomen publice in Capitolio aſſumſit. Suſpicari itaque, nec tam male, poſſumus, eam aut partæ de Mauritanis victoriæ trophæa, aut Taurinæ Coloniæ pro Patre Patriæ votum continuiſſe. Utraque res eſſe potuit; nihil tamen affirmare audemus; contenti nos, Conſulatus, aliarumque appellationum Tiberii Claudii detritas in ſaxo, mutilaſque notas hiſtoricorum, & lapidum ope ſupplere.

(a) *Hiſt. de la May. de Sav. t. 1. p. 75.*

(b) *De not. Rom. p. 749. & 780.*

(c) *Grut. p. 237. n. 6.*

IN. HO. . . . In *hoc* perperam legit Guichenonius [*a*], nos in Honorem interpretamur Sertorii Urſati [*b*], & vetuſtiſſimæ inſcriptionis [*c*] de Claudio Cæſare auctoritate confirmati.

I. HONOREM. CLAUDII. CÆS. AUG.
GERM. SEXTUS. PÆTICUS. Q. F.
TERTIUS. ET. C. PÆTICUS.
SEXTUS. PRIMUS. HORILOGIUM.
CUM. SEDIBUS. PAGANIS.
LÆBACTIBUS. DEDERUNT.

(d) *Pag. 15. LXVI. 3.*

Facit quoque ad rem hæc, quæ inter marmora Felſinea occurrit [*d*].

IN. HONOREM.
PONTIFICATUS.
I. CALPURNII. L. F.

Frequenti nempe uſu receptum erat apud veteres cum in

in *Honorem*, uti relatæ inſcriptiones probant, tum *Honori*, & ob *Honorem* Imperatorum, Magiſtratuum, Virorumque illuſtrium publica, privataque vota decernere; ſive quia Honorem eorundem veluti tutelarem Deum crederent, ſive ut rerum ab iis præclare geſtarum, aut acceptorum beneficiorum memoriam poſteris conſecrarent. Juvat unam, & alteram e Panvinio, & Grutero referre inſcriptionem.

E Panvinio (*e*).

(e) *Comm. Reip. Rom. p. 74.*

HONORI *

IMP. CÆSARIS. DIVI. F.

AUG. PONT. MAX.

PATR. PATRIÆ. ET. MUNICIP.

MAGISTRI. AUGUSTALES. &c.

E Grutero [*f*].

(f) *Grut. p. 272. n. 9.*

OB. HONOREM. PHILIPPI. IMPERATORIS.

SEMPER. AUGUSTI.

Elegantiſſimam quoque Honori cujuſdam Marci Gavi tutelari Deo nuncupatam nuper edidit, & eruditiſſimis commentariis ornavit Comes Carolus Silveſtri (*g*). Ut vero Romani Honorem tanquam Deum olim coluerint, a quibus poſtea ejuſdem religio ad cæteras Romani Imperii provincias dimanaſſe vero ſimillimum eſt, docent nos maniſeſtiſſime Lactantius (*h*), & Gyraldus [*i*]; & peculiari ſane cultus genere; nam ei, Plutarcho teſte (k), aperto capite Sacra fiebant, quum tecto ſemper cætera Deorum Sacrificia, ex Pythagoræ inſtituto a Sacerdotibus peragerentur. Saturnum tamen excipit Tomaſinus (*l*), utpote qui veritatis Deus eſſet, & cui nil homines obtegere poſſent.

(g) *Opuſc. ſcient. t. 5. p. 365.*

(h) *Lact. de falſ. Rel. lib. 1. c. 20.*

(i) *Gyral. ſynt. 1. p. 48.*

(K) *Plut. quæſt. Rom. p. 266.*

(l) *Tomaſ. de donar. vet. p. 775.*

* Honoris legit Græv. in Grut.

sent. Extra Portam Collatinam Ædem soli Honori sacram extitisse tradit Cicero [m]; sed intra urbis pomœrium, auctore Valerio Maximo (n), Virtus, & Honos simul colebantur, in duobus quidem sejunctis Templis, ita tamen exstructis, ut unum alteri vestibulum esset, & ad Honoris Templum nonnisi per Virtutis Ædem ingressus, aditusque pateret. Inscriptionem Gruterus (o) exhibet, quæ Virtuti simul, & Honori solutum a quodam Ulpio Marcello votum commemorat.

[m] *Cic. de leg. lib.* 2. 23.

(n) *Val. Max. de Rel. lib.* 1.

(o) *Grut. p.* 100. *n.* 4.

VIRTUTI.

ET.

HONORI.

ULPIUS. MARCELLUS.

LEG. AUG. *

PR. PR. *

PANNON. INF.

V. S.

Inde etiam in nummis veterum Imperatorum Virtutem cum Honore conjunctam frequentissime intuemur; addita epigraphe. VIRTUS. ET. HONOS. ut ostenderent scilicet Maximum Imperii, & summarum dignitatum Honorem sola Virtute Duce, ac Comite eos consequi potuisse. Quamobrem Symmachus ad Ausonium [p] scribit: *Bene, ac sapienter Majores nostri, ut sunt alia illius ætatis, Ædes Honori, atque Virtuti gemellas junctim locaverunt, commenti quod in te vidimus, ibi esse præmia Honoris, ubi sunt merita Virtutis.* Quidni itaque in Honorem quoque, præstitemque Tiberii Claudii Deum dicata, erectaque fuerit marmorea hæc tabula, quæ simul aut victoriæ, aut liberalioris animi, aut cujuscunque rei ab Imperatore prospere, feliciterque gestæ memoriam exprimeret? TI.

(p) *Lib.* 1. *ep.* 14.

* Legatus Augusti * Pro-Prætore.

TI. CLAUDII..... i.e. Tiberii Claudii. Præclarissimæ Claudiorum Genti, quæ in Patricios, & Plebejos tributa fuit, originem dedit Actius Clausus Sabinus, qui patria pulsus magna cum clientum multitudine Romam [q] transfugerat; ibique anno conditæ urbis CCXCIV. in Senatum, atque in Patriciorum ordinem cooptatus, Appius Claudius dictus fuit, inclytumque posteritati suæ nomen reliquit. Tres tantum ab Appio Claudio ortas familias numerat Streinius (r); Regillenses nimirum a Regillo Sabinæ Oppido, quod vetus erat Claudiorum patria; pulchros a Publio Claudio Cæci filio, & Nerones a Tito Claudio IV. Appii Cæci filio. Verum Antonius Augustinus (s) vir optime de antiquitate meritus quartam recenset; Centhonum scilicet cognomine a cæteris distinctam. De Cajo Claudio Appio Centhone meminit Gruterus (t).

(q) *Tit. Liv. lib. 2. p. 224.*

[r] *Ap. Grev. t. 7. p. 1101.*

(s) *Ant. Aug. ibid. p. 1174.*

(t) *Grut. p. 229.*

C. CLAUDIUS. APPIUS.

F. C. N. CENTHO.

His ab Antonio Augustino recensitis quatuor Claudiorum familiis addere alii volunt Crassinos, Caudices, Hortatores, & Rufos, de quibus consulendus est Hoffmanus.(u) E Claudia Neronum familia, Tiberius Claudius Nerone Druso Germanico Patre, & Antonia M. Antonii Triumviri filia Augustæ titulo [x] a Cajo Imperatore honestata, natus est Lugduni Cal. Augustis, anno urbis DCCXLIV., ante Æram Christi X. Consulibus Julio Antonio, & Fabio Africano. Eo *ipso* die, narrat Svetonius [y], *quo primum Ara ibi Augusto* a LX. nationibus *dedicata est*. Tiberius Claudius Nero Drusus appellatus fuit, sumto postmodum Germanici cognomine, quum ejus frater in Juliorum familiam adoptatus fuisset. Patri in Germania fato functo, ob maximas de illis populis relatas victorias, tumulum honorarium Exercitus, marmoreum arcum; quem nummi [z] in ejus memoriam percussi lectis Germanorum spoliis

(u) *Lex univ. t. 1. p. 885.*

(x) *Debie num. aur. imp. p. 13. n. 11.*

(y) *Svet. ed. Casaub. lib. 5. p. 111.*

[z] *Debie loc. cit. p. 13. n. 7. 8. 9. 10.*

or-

(a) Svet. loc. cit. p. 110.

ornatum præseferunt; Senatus via Appia (a) decreverat, *posterisque Germanici nomen*. Claudius filius, a quo Patris gratia parumper digressi fuimus, ut hebetis erat ingenii, & infirma admodum valetudine, in equestri ordine vitam duxit ignobilem obscuramque, & nullius publici Honoris participem; & annos jam natus XLVI. Senator una, Consulque factus fuit [b] ab Imperatore Cajo Caligula, quo occiso salutatus est a militibus Imperator anno ab urbe condita DCCXCIV., Christi XLI. nono Cal. Februarii (c), quum ætatis quinquagesimum ageret. Plurima cusa sunt hoc anno numismata in Imperii a Tiberio Claudio recepti memoriam, in quibus Castra Prætoria, & Imperator Galeatus, ante quem Aquila Legionaria conspicitur [d], cum epigraphe: IMP. RECEPT. idest Imperator receptus, uti legit clarissimus Begerus (e), qui alterum numisma refert de Prætorianis ab Imperatore receptis. Intra Vallum siquidem Tiberius Claudius, quum ad Imperium raperetur, a militibus deductus, ibi inter custodias pernoctaverat, primusque Cæsarum Legionum *fidem præmio* [f] *etiam pignoratus*. Imperio, & summa rerum potitus, quamvis liberam Senatus postularet Rempublicam, Cæsaris, & Augusti titulos accepit; sicuti & Pontificis Maximi, ut ex hoc apud Muratorium lapide (g), anno primo ejus Imperii exarato clarissime evincitur.

(b) Dio lib. 59.

(c) Noris. Ep. Cons. p. 873.

(d) Mediob. in Claudio.

(e) Beg. Th. Brand. t. 2. p. 621.

(f) Svet. loc. cit. p. 114.

(g) Murat. p. 445. n. 1.

TI. CLAUDIUS.
DRUSI. F. CÆSAR.
AUG. GERMANICUS.
PONT. MAX. TRIB.
POT. COS. DESIG. II.
IMP. II. REFECIT.

Imperatoris tamen prænomine abstinuit, quo nunquam usus, nisi hostes Romanæ Gentis fregisset [h]. Patris Patriæ

[h] Tillem. vie des Emp. t. 1. p. 188.

triæ nomen, quod primo, quo cœpit Imperium, anno *parcus*, *& civilis* (Svetonii verba sunt) *recusaverat*, altero assumsit, uti probant hujusce anni Claudii numismata apud Goltzium (*i*), & antiquæ inscriptionis inter Gruterianas fragmentum [k], in quo fratrum Arvalium pro Imperatore Tiberio Claudio sacrificium exhibetur, quum Pater Patriæ in Capitolio acclamaretur. Censoriam quoque dignitatem, quam Svetonius [*l*] describit, Consul quartum collega Lucio Vitellio tertium [*m*] suscepit. Sed jam ab anno Imperii primo Tiberium Claudium eam accepisse, certiores nos reddere adversus Tillemontium subjecta inscriptio videtur a Muratorio (*n*) in Thesauro vulgata, quam ad annum primum nostri Imperatoris pertinere nemo negabit.

[i] *Goltz. p. 40.*

[K] *Grut. p. 116. n. 5.*

(l) *Svet. loc. cit.*

[m] *Tillem. loc. cit. p. 219.*

(n) *Murat. p. 225. n. 5.*

TI. CLAUDIO. D. F.

CÆS. AUG.

GERMANICO. PONTIF.

MAXIMO.

TRIB. POT. IMP.

P. P. CENSORI.

L. CORNELIUS. L. F.

D. D. S.

Nisi dicamus Tiberium Claudium Censoris nomen cum cæteris Majestatis insignibus anno quidem primo accepisse, censorio tamen munere non ante sextum Imperii annum fuisse functum. Censor in Gruteriano Saxo [*o*] quoque legitur, quod ideo adducimus, ut æolicum digamma pro V consonanti, quod Claudius teste Prisciano prioribus literis adjecerat, in ultimo epigrammatis versu lector observare possit.

(o) *Grut. p. 196. n. 4.*

N 2 TI.

ornatum præseferunt; Senatus via Appia (a) decreverat, *posterisque Germanici nomen*. Claudius filius, a quo Patris gratia parumper digressi fuimus, ut hebetis erat ingenii, & infirma admodum valetudine, in equestri ordine vitam duxit ignobilem obscuramque, & nullius publici Honoris participem; & annos jam natus XLVI. Senator una, Consulque factus fuit [b] ab Imperatore Cajo Caligula, quo occiso salutatus est a militibus Imperator anno ab urbe condita DCCXCIV., Christi XLI. nono Cal. Februarii (c), quum ætatis quinquagesimum ageret. Plurima cusa sunt hoc anno numismata in Imperii a Tiberio Claudio recepti memoriam, in quibus Castra Prætoria, & Imperator Galeatus, ante quem Aquila Legionaria conspicitur [d], cum epigraphe: IMP. RECEPT. idest Imperator receptus, uti legit clarissimus Begerus (e), qui alterum numisma refert de Prætorianis ab Imperatore receptis. Intra Vallum siquidem Tiberius Claudius, quum ad Imperium raperetur, a militibus deductus, ibi inter custodias pernoctaverat, primusque Cæsarum Legionum *fidem præmio* [f] *etiam pignoratus*. Imperio, & summa rerum potitus, quamvis liberam Senatus postularet Rempublicam, Cæsaris, & Augusti titulos accepit; sicuti & Pontificis Maximi, ut ex hoc apud Muratorium lapide (g), anno primo ejus Imperii exarato clarissime evincitur.

TI. CLAUDIUS.
DRUSI. F. CÆSAR.
AUG. GERMANICUS.
PONT. MAX. TRIB.
POT. COS. DESIG. II.
IMP. II. REFECIT.

Imperatoris tamen prænomine abstinuit, quo nunquam usus, nisi hostes Romanæ Gentis fregisset [h]. Patris Patriæ

(a) Svet. loc. cit. p. 110.

(b) Dio lib. 59.

(c) Noris. Ep. Cons. p. 873.

(d) Mediob. in Claudio.

(e) Beg. Th. Brand. t. 2. p. 621.

(f) Svet. loc. cit. p. 114.

(g) Murat. p. 445. n. 1.

[h] Tillem. vie des Emp. t. 1. p. 188.

triæ nomen, quod primo, quo cœpit Imperium, anno *parcus*, *&* *civilis* (Svetonii verba sunt) *recusaverat*, altero assumsit, uti probant hujusce anni Claudii numismata apud Goltzium (*i*), & antiquæ inscriptionis inter Gruterianas fragmentum [k], in quo fratrum Arvalium pro Imperatore Tiberio Claudio sacrificium exhibetur, quum Pater Patriæ in Capitolio acclamaretur. Censoriam quoque dignitatem, quam Svetonius [*l*] describit, Consul quartum collega Lucio Vitellio tertium [*m*] suscepit. Sed jam ab anno Imperii primo Tiberium Claudium eam accepisse, certiores nos reddere adversus Tillemontium subjecta inscriptio videtur a Muratorio (*n*) in Thesauro vulgata, quam ad annum primum nostri Imperatoris pertinere nemo negabit.

[i] *Goltz. p.* 40.
[K] *Grut. p.* 116. *n.* 5.
(l) *Svet. loc. cit.*
[m] *Tillem. loc. cit. p.* 219.
(n) *Murat. p.* 225. *n.* 5.

TI. CLAUDIO. D. F.
CÆS. AUG.
GERMANICO. PONTIF.
MAXIMO.
TRIB. POT. IMP.
P. P. CENSORI.
L. CORNELIUS. L. F.
D. D. S.

Nisi dicamus Tiberium Claudium Censoris nomen cum cæteris Majestatis insignibus anno quidem primo accepisse, censorio tamen munere non ante sextum Imperii annum fuisse functum. Censor in Gruteriano Saxo [*o*] quoque legitur, quod ideo adducimus, ut æolicum digamma pro V consonanti, quod Claudius teste Prisciano prioribus literis adjecerat, in ultimo epigrammatis versu lector observare possit.

(o) *Grut. p.* 196. *n.* 4.

N 2 TI.

TI. CLAUDIUS.
DRUSI. F. CAISAR.
AUG. GERMANICUS.
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIII. IMP. XVI. COS. IIII.
CENSOR. P. P.
[AUCTIS. POPULI. ROMANI.
FINIBUS. POMERIUM.
AMPLIAꟻIT. TERMINAꟻIT. QUE.

(p) Svet. loc. cit.

(q) Mediol. loc. cit. p. 83.

(r) Ping. Aug. Taur. p. 96.

Ludos sæculares primus [p] post Augustum anno urbis DCCC., Christi XLVII. ipso quoque Consule quartum, & Lucio Vitellio tertium celebravit, de quibus numismata [q], & Inscriptiones passim loquuntur, quas inter notatu digna est, quæ a Pingonio (r) traditur.

CHIRONI. SATUR. F. HYPPOCENT....

TI. CLAUD. LUDIS. SÆCUL....

[s] Mur. p. 226. n. 1.

(t) Plin. hist. nat. lib. 16. c. 40.

(u) Svet. loc. cit.

Spuriam opinatur Clarissimus Muratorius (s), quod Chironi, ut videtur, Saturni filio inscripta sit. De ejus genuitate nos tamen vix dubitamus. Ad eos etenim ludos referri posse videtur, quos, dum sæcularia Claudius ageret, in Septis, in quibus Chironis cum Achille, Panis, & Olympi pictæ tabulæ (t) conspiciebantur, Romano Populo exhibuerat. Septa locus erat in Campo Martio, ubi sæculares ludi peragebantur, & in quibus solemnes, insolitos etiam, & ex antiquitate repetitos post Augustum, & Caligulam, Claudium Imperatorem dedisse testis est Svetonius [u].

Con-

Consulatus, quos supra *pristinum quatuor gesserat*, recenset Dio [x]; sicuti ejus constitutiones, illustriaque edicta. Aquæductus vero, Pontes, Viæ aut stratæ, aut refectæ (y); egregium lacus Fucini opus, de quo multa apud Fabretum (z), & Hostiensis portus ab ipso incredibili sumtu, & labore exstructus, *a Divo Julio sæpe destinatus*, *& ob difficultatem* (a) *omissus*, Tiberii Claudii Imperatoris magnificentiam; Regna Principibus aut donata (b), aut multarum Provinciarum accessione [c] ampliata; urbis, & annonæ cura [d], ejusdem insignem liberalitatem mirifice ostendunt. Sed & in literas, & bonas artes studium, & profectum, singularemque in suos Claudii pietatem Svetonius maximopere commendat, ac præcipue ob memoriam Patris sui, ad cujus monumentum, ut Decuriæ VII. Collegii fabrum quot annis rosas deferrent, & ibi in V idus julias epularentur, liberaliori sumtu anno Imperii secundo curaverat (e). Quanquam ille idem Svetonius ejus cum animi, tum corporis vitia satis accurate describit.

[x] *Dio lib.* 59. *& lib.* 60.

[y] *Grut. p.* 153. *n.* 5. 188. *n.* 3. 366. *n.* 1. *&c.*

(z) *Fabr. de col. Traj. p.* 385.

[a] *Svet. loc. cit.*

[b] *Joseph. ant. lib.* 19. *c.* 4.

[c] *Dio lib.* 60.

(d) *Beg. t.* 3. *p.* 94. *Debie. p.* 16. *n.* 9.

(e) *Grut. p.* 237. *n.* 5.

Lucio Ænobarbo Agrippinæ filio, qui exinde Nero Claudius Cæsar Drusus Germanicus appellatus est, e Domitia in Claudiam familiam anno Christi XLIX. adoptione (f) translato; etsi Britannicum filium, ex Valeria Messalina, cui tertio loco nupserat, jam adultum [g] haberet, neminemque in Claudiam adoptatum unquam affirmaret, Romæ (h) veneno peremptus a Messalina, III. idus Octobris occubuit, anno Christi LIV. ætatis sexagesimo quarto, Consulibus M. Asinio Marcello, & M. Acilio Aviola, quum imperavisset annos XIII. menses VIII., & dies XX. *funeratus solemni Principum pompa*, ait Svetonius, *in Deorum numerum relatus est*. Imperatoris Claudii Apotheosim vide in nummis a Mediobarbo, & Debie relatis [i].

(f) *Tillem. loc. cit. p.* 238.

[g] *Ibid. not.* 1. *p.* 606.

(h) *Casaub. in not. ad Svet. p.* 267.

(i) *Mediob. loc. cit. p.* 85. *Debie. loc. cit. p.* 18. *n.* 7. 10.

DRUSI. F. . . . . i.e. Drusi filii. Gentis Liviæ, quæ quamvis plebeja esset, consulatibus tamen, censuris, triumphis, dictatura &c. quam maxime floruerat, Drusi

cognomen peculiare fuit, eoque primum usus est, posterisque invenit Livius ille, qui hostium Ducem Drausum (k) cominus trucidaverat. De Drausis, sive Transis [l], Thraciæ populis, quique ab Herodoto [m] Τραυσοι appellantur, Duce Drauso a Livio debellatis fortasse loquitur Svetonius. Drusi cognomen Claudiis tunc additum fuisse vult Panvinius (n), quum Tiberius, Neroque Claudii, Liviæ filii in Liviorum Gentem cooptati sunt. Tres nomine Drusos numerat Grævius [o]; Drusum nempe Germanicum, Tiberii fratrem; Drusum Germanicum hujusce filium; & Drusum Tiberii filium. Neronem, qui post Claudium imperavit, Drusi quoque nomen usurpasse jam vidimus, & multa apud Begerum (p) numismata rem confirmant. Sed illud hoc loco non omittendum, Drusi nomen videlicet in prænomen postea transiisse Drusi Tiberii Augusti filii, & Augusti nepotis, quem Drusum Julium Cæsarem Dio [q] appellat, & de quo hæc apud Gruterum (r) inscriptio.

(k) Svet. in Tib.

[l] Hoff. lex univ. V. Drausf.

[m] Herod. hist. lib. 5. p. 152. 39.

(n) Panvin. de nom. Rom. ap. Gr. 12. p. 2026.

[o] Græv. pref. ad t. 7.

(p) Beg. t. 2. p. 622.

(q) Dio lib. 57.

[r] Grut. p. 236. n. 6.

DRUSO . CÆSARI .
TI. AUG. F. DIVI .
AUGUSTI . N.
DIVI . JULI . PRON.
L. TURPILIUS . L. F.
GEMINUS .

Alterius Drusi, Blandi filii, & Liviæ, ex filia Julia, quæ Rubellio Blando auctore Tacito [s] nupserat, in nondum vulgato Saxo memoriam superare idem Grævius (t) affirmat. Sed forte fortuna illud idemque est, quod vulgavit Fabretus (u).

(s) Tacit. ann. lib. 6.

[t] Græv. pref. cit.

(u) Fabr. insc. c. 6. p. 484.

COM-

COMMUNIO . VERNA.
ANTONIÆ . AUGUSTÆ.
V. A. II. MES. X.
COLLACTEUS . DRUSI.
BLANDI. F.

CA..... i.e. Cæsaris . V. Marmor XVIII.

PONT. MAX..... i.e. Pontificis Maximi . V. Marmor XIX.

TRIB. POT. II..... i.e. Tribunitia Poteſtate annum ſecundum. A Patriciorum potentia, qui plebejos homines obæratos in ſervitutem paſſim abducebant, ortam Tribunorum plebis poteſtatem, quæ etſi ſacroſancta haberetur, ab initio tamen ſola interceſſione continebatur, optime norunt ii, qui in Romana Hiſtoria paullulum verſati ſunt. Norunt etiam labentibus annis potiorem fuiſſe, & ſummam in Republica eorum auctoritatem, ac penes ipſos fuiſſe leges ferre; quibus univerſus populus obſtringeretur, Senatus, Populique comitia (x) cogere, aut diſſolvere, militum delectum prohibere, agros demum, vectigalia, pecuniamque publicam, & provincias, pro nutu & arbitrio libertatis tuendæ cauſſa adminiſtrare. Neque quidquam amiſere uſque ad Lucium Sullam, qui lege lata anno urbis DCLXXII. eorum poteſtatem fere ſuſtulit, nuda iis interceſſione [y] permiſſa; aucta poſtmodum anno DCLXXXIII., quo illis Pompejus Magnus omnia honoris, & poteſtatis [z] inſignia reſtituit. Everſa Republica Julio Cæſari Senatuſconſulto [a] Tribunitia Poteſtas decreta fuit; in Auguſtum deinceps, & reliquos Imperatores translata, ſub quibus maximam Regalis Imperii partem fuiſſe aſſerit Vopiſcus [b]. Quamvis enim, quia e Patriciorum numero eſſent, Tribuni plebis haud dicerentur, Tri-

(x) *Caſaub. in not. ad Sueton. p. 412.*

(y) *App. bell. civ. lib. 2. p. 445.*

[z] *Sall. bell. catil. c. 21.*

(a) *Caſaub. loc. cit. p. 96.*

(b) *Vopiſc. in Tac. c. 1.*

Tribunitiam tamen suscipientes Potestatem, universa Tribunorum jura, & auctoritatem Imperatores assequebantur. Sacrosancti itaque apud Populum instar Tribunorum habebantur, reusque eo nomine [c] damnabatur, quod Populum in Tribuno, & Tribunum in Principe violasse censeretur. Senatus præterea, cæterorumque Magistratuum consulta intercessione, si quando libuisset, irrita reddere poterant, eaque omnia vetare, quæ facta nollent, & non modo, ut optime ex Dione colligit [d] Casaubonus, intra Pomœrium, quod Tribunis Plebis permissum fuerat, sed etiam ad mille passus extra Pomœrium appellantibus opem ferre, quod iis licuerat nunquam. *Id summi fastigii vocabulum*, inquit Tacitus (e), *Augustus repexit, ne Regis, aut Dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret*. Quamobrem ii, qui Imperio designabantur Tribunitiæ Potestatis consortes, atque participes fieri magnopere expetebant, veluti proximo ad successionem gradu. *Augustus M. Agrippam*, eodem Tacito referente [f], *Socium Tribunitiæ potestatis, quo defuncto Tiberium Neronem elegit, ne successor in incerto foret*. Et ab Augusto, qui primus illam in titulis usurpaverat, nemo Imperatorum omisit; quot annis eam renovantes cum novis Tribunis plebis, qui ut antea creari haud desierant, sed inani fere nomine. Hinc eorum Imperii anni a Tribunitia Potestate numerari solent, si eam cum Imperio accepissent; at in his fallere luculentissime evincit Schwartius [g] hanc supputandi rationem, quibus Tribunitia Potestas tributa fuerit, antequam ad Imperium veherentur; ut de Tiberio, Tito, Trajano, Marco, Lucio vero, Commodo, Caracalla, & Geta accepimus. Imperii porro annos hoc pacto designare in nummis, & in marmoribus solebant. Annum primum, *Tribunitia Potestate*: exemplum esto in ipsius Tiberii Claudii Inscriptione, quam a Muratorio (h) jam retulimus.

[c] *Grav. de imp. p.* 487.

(d) *Casaub. loc. sup. cit.*

(e) *Tac. ann. lib.* 3. *p.* 125.

[f] *Tac. ann. lib.* 3.

(g) *Schwart. op. Grav. loc. cit.*

(h) *Pag.* 445. *n.* 1.

TI.

IMP. CAESARI
DIVI NERVAE F.
NERVAE TRAIAN
AVG GERMANIC
DAGICO
PONT MAX TR POT VII
IMP XII COS V P P
D . D

C. Brun s. Tau

TI. CLAUDIUS. DRUSI. F. CÆS.
GERMANICUS. PONT. MAX. TRIB. POT. II.
COS. DESIG. III. IMP. III. P. P.
DEDIT. OB. MEMORIAM. PATRIS. SUI.
DEC. VII. COLLEGI. FABRUM
M. R. H. S. CIↃ. N. LIBERALITATE. UT. QUOT.
ANNIS. ROSAS. AD. MONUMENTUM.
DEFERANT. EJUS. ET. IBI. EPULENTUR.
DUMTAXAT. IN. V. IDUS. JULIAS.
QUOD. SI. NEGLEXERINT. TUNC.
AD. VIII.* EJUSDEM. COLLEGI. * viros
PERTINERE. DEBEBIT.
CONDICIONE. SUPRA. DICTA.

Vides ne anno, quo Tribunitiam Potestatem secundum Claudius gesserat, eundem Consulem designatum fuisse tertium, & Imperatorem tertium appellatum? Si itaque in Taurinensi mutilo, dimidiatoque Saxo Tribunitia Potestate anno quoque secundo, ut in Gruteriano lapide, Tiberius Claudius functus legitur, jam illud necessario consequitur, ut & designatus Consul tertium, & Imperator tertium in nostro exhiberetur. Operam profecto ludere nos in hac re velle videremur, si alias adduceremus probationes, quibus suffectas in detrito Saxo notas confirmaremus. Porro hi designati dicebantur, qui alicui gerendo Magistratui [m] destinabantur; Magistratum tamen nonnisi post aliquod tempus inire consueverant. Consules ante sublatam Rempublicam IX. cal. Octobris designabantur, a calendis vero Januarii dumtaxat consularem potestatem exercere incipiebant, ut exploraretur interim, an

(m) *Plin. lib. 6. 27.*

an legitime illi renuntiati essent. Integrum in consulatu annum agebant, nomen anno dabant, & ordinarii dicebantur, apud quos summa quoque rerum fuerat, antequam ab effreni Tribunorum Plebis potentia eorum auctoritas imminueretur. Ut vero universa populi jura in Imperatores translata sunt, Tribunitiam Potestatem non solum, atque Pontificatum Maximum, & Censuram, sed consularem etiam dignitatem sibi vindicavere. Hinc crebri Imperatorum consulatus, quos aut soli, aut adscitis collegis gerebant, quibus aliquando unum, aut binos, vel ternos (*n*), cis ultraque duos menses pro arbitrio substituebant; unde suffecti Consules, quos primus commentus est Julius Cæsar (*o*), ut potestatem ordinariorum eluderet. Et sicuti ordinarios popularis Reipublicæ Magistratus dum Imperatores susciperent, supremam cum in rebus bellicis, tum in civilibus negotiis auctoritatem ab his profluentem induebant; inde fiebat, ut Consulum ordinariorum, qui ex more usque ad annum Christi DXLI. Justiniano imperante lecti sunt, maxima, quæ olim potestas fuerat, tunc sola relatione, consilio, vectigalium locatione, tutela, & servorum manumissione [*p*] contineretur. Bimestres ut plurimum erant, quod jam innuimus, Consulatus, & XII. in annum creari jam usus invaluerat a Tiberio Claudio, quem quinos Consulatus accepisse Svetonius [*q*] scribit, & ostendit clarissime nummus aureus apud Pedrutium [*r*]. Per *intervallum*, illos eodem Svetonio teste, gessit: *duos primos junctim, sequentes quarto quemque anno, semestrem novissimum, bimestres cæteros, tertium autem novo circa Principem exemplo in locum demortui suffectus* [*s*]. Tertium, quem Svetonius attingit Claudii Consulatum, & cui designatum in nostro marmore non inique supplevimus, anno Christi XLIII., collega L. Vitellio II. ad duos menses [*t*] tulit. Collega Cajo Largo quem in Magistratu obiisse perperam tradit Goltzius (*u*), Consulatum secundum bimestrem (*x*) etiam gesserat, de quo, & sequentibus, nec non de Consulum collegiis imperante Claudio, post Tillemontium,

(n) *Græv. loc. cit. p.* 493.

(o) *Dio. lib.* 43.

[p] *Nieupoor. de rit. rom. p.* 80.

(q) *Svet. loc. sup. cit.*

(r) *Pedr. num. aur. p.* 67.

(s) *Ibid.*

(t) *Tillem. loc. cit. p.* 213.

(u) *V. Noris. ep. cons. p.* 880.

(x) *Tillem. loc. cit. p.* 205.

montium, Panvinium, aliosque Fastorum collectores, legere est eruditissimum Cardinalem Norisium [y].

(y) Noris. loc. cit. p. 879.

Verum haud parum mirati sumus præstantissimum Mahudelium Parisiensem Academicum (z) Quintum Tiberio Claudio Consulatum omnino abjudicasse; quum nulla de hac re hodie sit apud literatos viros dubitatio, & quintum gessisse Imperatorem Claudium præter adducta Svetonii, Dionis, & Taciti [a] testimonia, perspicue ostendant Fasti, Numismata (b), & antiquissima Marmora, in quibus Consul V. legitur (c).

(z) Inscript., & bell. lettr. t. 9. p. 157.

(a) Tac. lib. 12. c. 41.

(b) Mediob. p. 84.

(c) Panv. in lib. 2. fast. 380.

TI. CLAUDIUS. DRUSI. F. CÆSAR.
AUGUSTUS. GERMANICUS.
PONT. MAX. TRIB. POT. XI. IMP. XXIV.
COS. V. P.P. RESTITUIT.

TI. CLAUDIUS. DRUSI. F. CÆSAR.
AUGUSTUS. GERMANICUS.
PONT. MAX. TRIBUNICIA.
POTESTATE. XII. COS. V. IMP. XXVII.
PATER PATRIÆ &c.

Sed tertiam quoque Imperatoris appellationem in marmore supplevimus e Gruteriano descripto lapide. Ita quidem. Anno siquidem primo rebus prospere feliciterque a Sulpicio Galba, & Publio Gabinio in Germania, & Mauritania gestis, Claudium Imperatorem I., & II., & ob debellatos iterum Mauritaniæ populos, anno secundo, a Svetonio Paulino, & Cnejo Sidio Geta, Imperatorem tertium appellatum fuisse Fasti nos docent; quod quidem nominis vi-

vigesimum, & septimum usque fusis profligatisque etiam atque etiam Britannis, Thracibus, aliisque Nationibus [d] accepit. Adde, si lubet, fracto dimidiatoque lapidi Patris Patriæ Titulum, quem primo Imperii anno, & Patris Patriæ nomen, quod anno secundo Claudium assumsisse antiquarum præsertim Inscriptionum testimonio ostendimus.

(d) Tillem. loc. cit. p. 246., Grut. p. 288. n. 5.



XVI.

MARMOR INSCRIPTUM TRAJANO IMPERATORI.

HÆC marmorea tabula Trajano posita fuit anno Christi CIII., vel CIV. ab urbe condita IↃCCCLVI. ad alterutrum enim annum referri potest Quintus Trajani Consulatus, ut infra videbimus. Inscriptio perspicua omnino est.

Imperatori Cæsari Divi Nervæ Filio Nervæ Trajano Augusto Germanico Dacico Pontifici Maximo Tribunitia Potestate Septimum, Imperatori Duodecimum Consuli Quintum Patri Patriæ Decreto Decurionum.

Pauca ad hæc Trajani nomina, & ad hosce titulos adnotabimus.

De Imperatoris, ac Cæsaris nominibus, & de Pontificatu Maximo Imperatorum ad marmor XV., & XVI. fusius dicemus.

Divi Nervæ Filio. Nerva Imperator Trajanum in Urbe Italica prope Hispalim in Hispania natum nulla sibi sanguinis necessitudine conjunctum ob solam virtutem adoptavit, Cæsaremque dixit, & Germanici nomine condecoravit anno XCVII. III. Calendas Novembris (*a*), ac paullo post Imperatoris, Tribunitiæque potestatis titulos eidem eo ipso anno contulit. Filius itaque adoptivus Nervæ jam inter Deos relati dicitur Trajanus: Divus enim nullus Imperator nisi post mortem, & apotheosim dictus.

[a] *Tillemont. in Trajano.*

Non solum vero volupe fuit Imperatoribus Divorum, a quibus adoptati fuissent, filios appellari, sed avorum etiam, & atavorum, qui inter Deos recepti Nepotes, & Abnepotes, seque e Divorum familia gloriari, in qua

per

per adoptionem aut veram, aut fictam irrepsissent, quam in rem hæc peculiaris est apud Sponium [b] inscriptio.

[b] Miscell. antiq. sect. 3.

IMP. CÆSARI.
DIVI MARCI ANTONINI
PII GERMANICI SARMATICI
FILIO DIVI COMMODI
FRATRI DIVI ANTONINI
PII NEPOTI ADRIANI
PRONEPOTI DIVI TRAJANI
PARTHICI ABNEPOTI
DIVI NERVÆ ADNEPOTI
SEPTIMIO SEVERO
PERTINAC. AUG. . . . .

Morem istum homines in Deos consecrandi vel a Græcis, vel ab Hetruscis, vel ab alio aliquo populo accepere Romani ab ipsa urbis origine, adeoque Romulum a Senatu interfectum inter Deos relatum divinis honoribus affecere. At Regum nemo alius hac religione cultus, & deinceps in libera Republica tanta in homines adulatio nullatenus esse potuit. Julium vero Cæsarem illius eversorem sui fautores inter Deos receptum dixere, ob novum sydus cometam videlicet post illius cædem in Coelo visum, atque ut Divum colendum populis suasere, qua de re satis poetice Ovidius fabula ultima libri ultimi Metamorphoseon, ubi post narratum Æsculapii adventum in urbem, mox de Cæsare.

Hic tamen accepit delubris advena nostris
Cæsar in urbe sua Deus est.

Au-

Augusto autem vivo, ne dum mortuo divini honores habiti, non tamen Divi nomen collatum est, sed post mortem, ferente Tiberio, Senatusconsulto inter Deos relatus, Divusque appellatus. Deinceps plerique Imperatores eundem honorem consecuti, postquam e vivis excesserunt. Successoris enim ut plurimum, præcipue si Filius esset, aut genuinus, aut adoptivus prima cura fuit demortuum Imperatorem in Deum consecrare. Itaque ut Augustum Tiberius, Claudium Tiberium Nero, Vespasianum Titus, Titum Domitianus; ita Nervam Trajanus in Deos retulit statim ac rerum potitus est; qua de re magnificis verbis in laudem Trajani Plinius (c), *quem tu lacrymis primum, ita ut filium decuit, mox templis honestasti, non imitatus illos, qui hoc idem, sed alia mente fecerunt. Dicavit Cœlo Tiberius Augustum, sed ut Majestatis crimen induceret: Claudium Nero, sed ut irrideret: Vespasianum Titus, Domitianus Titum, sed ille ut Dei Filius, hic ut frater videretur. Tu sideribus patrem intulisti, non ad metum civium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, sed quia Deum credis. Minus est hoc, cum fit ab iis, qui & sese Deos putant. Sed licet illum aris, pulvinaribus, flamine colas, non alio magis tamen Deum, & facis, & probas, quam quod ipse talis es.* Quibus autem ritibus hæc Imperatorum consecratio fieret multis verbis egregie describit Herodianus. [d] Quem reprehendit Piscus, quod scripserit solos consecratos Imperatores, qui liberos imperii successores reliquissent. Verum ille fortasse verbis tantisper obscuris innuere voluit, successoribus filiis procurantibus, ut plurimum Apotheosim decretam mortuo Imperatori, adeoque Antoninum, & Getam Severi filios, quanquam simultates exercerent inter se, hoc primum consentientibus animis curasse, ut inter Deos pater referretur. Totum Herodiani locum, quo Imperatorum Apotheosim describit, etsi nos omittimus, quia longior est, horum rituum ignaros ad hunc elegantissimum Scriptorem remittimus.

[c] *Panegyr. num. XL.*

(d) *Lib. IV. Cap. III.*

Tanta porro fuit adulatio Quiritium in Principes, ut

Divi etiam appellarentur patres ipsorum veri, qui privati vitam transegissent, unde illud apud Senecam (e).

(e) In Octavio act. 1. sc. 3. prope fin.

Nero ipse Divo Domitio genitus Patre.

Quamobrem Trajani etiam Pater Divus appellatus est, ut videre est in nummo apud Pedrusium [f], in quo imago viri sedentis, qui hastam læva dextra pateram tenet cum epigraphe DIVUS PATER TRAJANUS; quare Plinius [g]: *sed & tu, Pater Trajane, nam tu quoque si non sidera, proximam tamen sideribus obtines sedem, quantam percipis voluptatem?*

(f) Tab. 33. num. 5. t. 2.

[g] Plin. Panegyr. 89.

Nervæ Trajano. Adoptatus a Nerva Trajanus, ut in more fuit, Patris nomen suo præponit. Sic Adrianus a Trajano adoptatus, Trajanus Adrianus nuncupatur, atque ita plerique alii Imperatorum, quæ res, minus peritos aliquando in errorem induxit, ut Tillemontius notat, ostendens a nonnullis Plutarchum creditum esse Trajani præceptorem, quos facile est deceptos fuisse nomine *Adriani Trajani*, Adriani enim, neutiquam Trajani amicus, & præceptor potuit esse Plutarchus. Trajani vero nomen alii derivatum volunt a Patre Ulpio Trajano, alii a Trajo Gentis auctore, alii a Matre Traja profectum volunt. Nomen quidem proprium hujus Imperatoris, antequam Imperium adipisceretur, fuit Marcus Ulpius Trajanus Crinitus, ut ex Eutropio, & Dione constat. Sed, Familiæ tantummodo nomine retento, alia nomina rejecit, uti cæteris etiam Imperatoribus in more fuit.

Germanico a devictis Germanis. Hujusmodi nomina jam a Reipublicæ temporibus Imperatoribus, qui populum aliquem debellassent dari consuevisse satis compertum est. Post extinctam Rempublicam Principibus passim collata, unde tot illa, ut aliorum sic Justiniani præcipue præclara nomina *Alemanicus*, *Gothicus*, *Francicus Germanicus*, *Anticus*, *Alanicus*, *VVandalicus*, *Africanus*. *Germanicus* autem primus audiit Drusus, ut ad marmor superius dictum est. At quando hoc nomen adeptus fuerit Trajanus, Plinius in Pa-

Panegyrico notat inquiens, id nominis ei decretum, cum bellum in Germania gessisset Nerva Imperante eodem anno nonagesimo septimo, quo a Nerva adoptatus est, Cæsarque factus (h). En Plinii verba, *credent ne posteri .... eidem, cum Germaniæ præsideret. Germanici nomen hinc missum? Jam Cæsar, jam Imperator, jam Germanicus absens, & ignarus, & post tanta nomina, quantum ad te pertinet, privatus*. Cæterum virtute sua jam diu Germanici nomen meruerat, ab anno circiter LXXXVIII., Imperante Domitiano, cum Germaniam tumultuantem in populi Romani fide retinuit, eamque provinciam deinceps administravit, multisque ornavit monumentis, quorum pleraque adhuc extant in Cliviensi, & Coloniensi tractu.

[h] *Plinius Panegyr. n. 9.*

Dacico. Dacas, Decebalumque eorum Regem Trajanus duplici bello vicit. Primi belli anno urbis conditæ IↃCCCLIII. Christi CI. gesti pauca admodum ex Xiphilino nota sunt. Romanas copias Decebalus Domitiano imperante, sæpe profligaverat, pacemque ab illo Domitianus ægre obtinuit hac conditione, ut magna pecuniæ summa quotannis a populo Romano Dacis penderetur. Quod, ut probrosum Romano nomini, ægre ferens Trajanus, criminatus etiam Decebalum, quod cum Pacoro Parthorum Rege conspirasset, multisque injuriis initum fœdus fregisset, in ipsum movit, eumque non sine multo Romanorum sanguine victum pacem petere coegit, quam ille nonnisi duris acceptis conditionibus impetravit. Trajanus victor Romam venit, triumphavitque de Dacis, & jam tunc Dacicus appellatus est.

Secundum vero Dacicum bellum longe atrocius fuit, ac Trajano gloriosius. Decebalus non solum statim multa contra fœdus ictum moliri, sed & finitimas ad defectionem sollicitare nationes, sociosque vexare populi Romani: itaque hostis iterum judicatus Trajanum novum bellum suscipere coegit, in quo multa præclara gessit Imperator, & inter alia, ut quacunque anni tempestate, vel glaciato Danubio copias transmittere posset, pontem illum insi-

gnem lapide quadrato magnificæ molis extruxit. Tum strenui, & militis, & Ducis partes egit, Decebalumque omnino fregit, ejus sæpe copiis occidione deletis, donec in desperationem ille adductus sibi mortem conscivit, & Dacia in Provinciam populi Romani redacta. Post hoc confectum bellum insignis illa columna in Foro Trajano extrui cœpta res maxime celebres in Dacica expeditione gestas continens, ut apud Fabretum, qui illam illustravit, videre est. Cum itaque marmor nostrum, ut certum est, post victum, mortuumque Decebalum insculptum fuerit Dacici cognomen inter cætera, optimo jure additur Trajano, quod jam primo bello Dacico fuerat illi collatum.

Pontifici Maximo. De Pontificatu Maximo Imperatorum dicemus infra, ubi de Juliano Apostata.

Tribunitiæ Potestatis septimum. De Tribunitia potestate dictum ad superius marmor.

Imperatori duodecimo. De Imperatoris appellatione dicimus etiam inferius ad marmor XV. Quoties & quibus annis Imperator ab exercitu salutatus fuerit Trajanus parvi momenti est definire. Hoc tantum animadvertendum toties illum, ut alios Principes Imperatorem dici quoties hostes insigni clade delevit. At cum Imperator salutatus primum fuerit eo, quo adoptatus a Nerva anno, ab illo numerandæ hujusmodi victoriæ sunt, quæ si nummis potius adhibenda fides pauciores admodum sunt, cum in earum nonnullis IV. tantum Imp. cum Cos. V. legatur; in nostro tamen marmore adhuc satis perspicue cernitur insculptus numerus XII.

Consuli Quintum. Trajanus Consul primo fuit anno urbis conditæ IↃCCCXLIV. Christi XC. cum Acilio Glabrione, qui ob Religionem Christianam interfectus est, quo anno utrique signa obtigisse ait Dio, quibus huic mors, illi imperium portendebatur.

Secundo Consul fuit cum Nerva Imperatore anno urbis conditæ IↃCCCLI. Christi XCVIII.

Tertium Consulatum anno sequenti gerere recusavit con-

contra cæterorum Imperatorum morem, qui altero ab auspicato imperio anno consulatum inibant. Itaque Consul fuit tertio tantum anno, urbis conditæ IↃCCCLIII. Christi C., quo anno honorarium Consulatum contulit Plinio Cæcilio Secundo, & Cornuto Tertullo in mensem Septembrem, quorum ille primo sui Consulatus die Panegyrico Trajano gratias egit.

Quarto Consul fuit Trajanus anno urbis conditæ IↃCCCLIV. Christi CI.

Quintum vero Consulatum, qui nostro in marmore habetur, quando gesserit, haud constat inter eruditos; at ex anno Tribunitiæ potestatis septimo, qui nostra etiam in inscriptione refertur, certo concludi potest Consulatum Quintum Trajani vel ad annum Christi CIII., vel ad CIIII. esse referendum; ita ut hæc marmorea tabula posita fuerit aut anno Christi CIII. a XIV. Cal. Octobris ad finem anni, aut anno CIV. a Cal. Jan. ad XIV. Cal. Octob. Quod paucis demonstramus.

Non eodem die Tribunitiam potestatem, & imperium Trajanus accepit, neque multo minus eodem die potuit Consulatum inire, quo aliquem aut imperii, aut Tribunitiæ potestatis annum auspicabatur. Tribunitia potestas illi collata XIV. Calendas Octobris anno urbis conditæ IↃCCCL. Christi XCVII. cum a Nerva adoptatus, ut Plinius ait (i) *simul filius, simul Cæsar, mox Imperator, & Consors. Tribunitiæ potestatis, & omnia pariter, & statim factus est*. Imperium vero est assecutus, rerumque solus potitus anno sequenti VI. Cal. Febr. Nerva tunc e vivis excedente. Consulatum vero Imperatores, ut certum est Cal. Jan. inibant. Annus itaque Tribunitiæ potestatis septimus congruit cum anno Christi CIII., si de spatio temporis a XIV. Cal. Octob. usque ad finem anni sermo sit, vel cum anno CIV. a Cal. Jan. usque ad XIV. Cal. Octobr. Alterutro itaque anno Consulatum Quintum Trajanus inivit, quanquam nullatenus alter ex duobus certo statui possit. Jam vero si anno CIII. Consulatum quintum gessit Imperator cum eodem anno auspicatus sit septimum Tribu-

[i] Panegyr. num. 8.

 bu-

bunitiæ poteſtatis XIV. Cal. Octob. ab hoc ipſo die uſque in finem anni poſita eſſe poteſt noſtra marmorea tabula.

Viciſſim ſi anno CIV. quintum geſſit Conſulatum cum eodem anno ſeptimum Tribunitiæ poteſtatis abſolverit XIV. Cal. Octob. a Cal. Jan. ad XIV. Cal. Octob. poni potuit, quia eo ſpatio temporis congruunt ſibi mutuo CIV. Chriſti annus, & ſeptimus Tribunitiæ poteſtatis, & quintus Conſulatus Trajani. Sicuti trium etiam menſium ſpatio congruunt ſibi mutuo CIII. Chriſti annus, & ſeptimus Tribunitiæ poteſtatis, & quintus Trajani Conſulatus. Quanquam vero arduum ſit rem definire, tamen veroſimilius nobis videtur anno Chriſti CIII. quintum Conſulatum a Trajano initum. Hæc eſt etiam Fabreti ſententia [k], qui obſervavit in numiſmatibus eodem anno Tribunitiæ poteſtatis ſeptimo cuſis modo Conſulem deſignatum, modo Conſulem V. dici Trajanum. Adeoque niſi ſubleſtæ fidei ſint ii Nummi, ut nonnulli ſuſpicantur eruditi, jam certum omnino eſt noſtram hanc inſcriptionem ſculptam fuiſſe aut ultimis Octobris diebus, vel menſibus Novembri, aut Decembri anni Chriſti CIII.

[K] *Fabret. in col. Trajan. cap. 9. p. 277.*

Patri Patriæ. Patris Patriæ nomen decretum eſt a Senatu Trajano primo illius imperii anno, cum Romam devictis Germanis veniſſet. Ægre admodum illud accepit, & nonniſi poſt ſextum Conſulatum in monumentis publicis addi voluit. Illo itaque invito, in noſtro marmore additum. Pater Patriæ primus Romulus dictus, ſecundus Camillus ob victos Gallos a militibus ſalutatus, tertius Cicero ob detectam, & extinctam Catilinariam conjurationem Patriæ Pater audiit. Tum deinceps Auguſtus, qui id nominis diu detrectavit, & ſero recepit, ut etiam per ætatem Nero, & per modeſtiam Tiberius diu diſtulere [*l*]. At cæteri Imperatores ſtatim poſt acceptum imperium id nominis uſurpabant. Secus Trajanus tamdiu diſtulit, donec devictis Dacis id jam meritus eſſe videretur. Qua de re Plinius (*m*). *At tu etiam nomen Patris Patriæ recuſabas. Quam longa nobis cum modeſtia tua pugna! quam tarde*

vici-

[l] *Sveton.*

(m) *Panegyr. num. 21.*

vicimus! Nomen illud quod alii primo ſtatim principatus die, ut Imperatoris, & Cæſaris receperunt, uſque eo diſtuliſti, donec tu quoque beneficiorum tuorum parciſſimus æſtimator, jam te mereri fatereris. Itaque ſoli omnium contigit tibi, ut Pater Patriæ eſſes, antequam fieres.

Vidimus omnes Trajano collatas præclaras appellationes præter unum Optimi nomen, quod in publicis monumentis neutiquam legitur, niſi poſt ſextum Conſulatum, circa nimirum annum Chriſti CX. cum tamen nono ante anno id illi fuerit a Senatu decretum, ut ex Plinio apertum eſt. En illius verba. [n] *Jam quid tam civile, tam ſenatorium quam illud additum a nobis Optimi cognomen? Quod peculiare hujus & proprium, arrogantia priorum Principum fecit.* [o] *Juſtiſne de cauſſis Senatus, populuſque Romanus optimi tibi cognomen adjecit? Paratum id quidem, & in medio poſitum, novum tamen: ſcias neminem ante meruiſſe, quod non erat excogitandum, ſi quis meruiſſet.* In aliquibus Numiſmatis ante ſextum Conſulatum leguntur hæc verba OPTIMO PRINCIPI. Verum aliud eſt hoc elogium addere imperatoriis titulis, aliud optimi nomen tanquam peculiare iiſdem præponere, ut ex his patet exemplis *Imperatori, Cæſari, Nervæ, Trajano, Auguſto Germanico, Dacico; Pontifici Maximo, Tribunitiæ poteſtatis, Conſuli quintum, Patri Patriæ, Senatus, Populuſque Romanus optimo Principi, Imperatori, Cæſari, Nervæ, Trajano, Optimo, Auguſto &c.*, quod nonniſi in nummis occurrit poſt victos Armenos, & Parthos excuſis.

(n) Panegyr. num. 2.

(o) Panegyr. num. 87.

Decreto Decurionum. Decurionum Magiſtratum eam in municipiis, & coloniis poteſtatem habuiſſe, quam Senatus Romæ omnibus notum eſt. Atque illorum præcipue jus fuit honores, quibus vellent decernere, atque ita eorum juſſu hæc Trajano inſcriptio cum aliqua fortaſſe ſtatua decreta.

DIVO
TRAIAN

C·QVINTVS
ABASCANTVS
TEST· LEG·
MEDICI STAVR
CVLTOR
ASCLEPI ET
HYGIAE

C. Bonn. f. Taur.

XVII.

TRAJANO, ÆSCULAPIO, ET HYGIÆ INSCRIPTUM SAXUM.

HÆret pene nobis aqua in inscriptione ista interpretanda, quæ est eo obscurior, quo brevior. Nec enim facile est dijudicare, quid sibi velint verba illa DIVO TRAJANO, & quid commune habeant cum reliqua inscriptione, a qua tamen sejuncta data opera fuisse videntur.

Obscuritas autem hujus inscriptionis non ex ullo ejus oritur vitio, at potius ex ignoratione loci, in quo posita fuerit, quem si divinare possumus, tunc perspicua erit, & ne voculam quidem unam tanquam necessariam desiderabis. Nos conjectamus stetisse hoc marmor aut in vestibulo, aut in adytis alicujus Ædis, vel Templi Trajano nuncupati. In quo Æsculapius etiam, & Hygia, ut Contubernales Dii colerentur, itaut hæc sit Epigrammatis sententia. Ædem hanc Divo Trajano sacram Cajus Quintus Abascantius Cultor Asclepii, & Hygiæ testamento legavit Medicis Taurinensibus, ut fortasse in ea statis anni diebus epulentur, & Divo Trajano, Asclepio, & Hygiæ sacra faciant. Quæ ut apertiora fiant, pauca primum de Æsculapio, & Hygia dicimus, deinde quid illis commune esse possit cum Trajano inter Deos relato pro modulo nostro explanabimus.

Æsculapium, sive Asclepium, ut Latini etiam græca voce dicunt, tamquam magnum Medicinæ Deum coluerunt veteres. Omittimus hic illius fabulam, natalia, genealogiam, & triplicem Æsculapium (*a*), variosque illius pingendi modos quærere. Satis fuerit dicere virum aliquem

[a] *Cic. de nat. Deo.*

quem fuisse Medicinæ peritissimum, qui vixit paulo ante Trojanum bellum ob artis præstantiam inter Deos relatum priscis illis temporibus, quibus mendax Græcia tot homines Cœlo intulit, & tot commenta excogitavit. Illum Apollinis, & Coronidis Nymphæ filium dixere, & Chirone Magistro Medicinam didicisse; reliquam illius historiam, & fabulam pluribus verbis descriptam, & iconibus, nummisque explicatam videre est apud Montfauconium; (b) qui quantusque Deus esset ex Templis, quæ habuit, & præclaris, quibus in Saxis appellatur, nominibus facile judicatur. Templum omnium celeberrimum illud fuit, quod in Epidauro habuit multa religione cultum, in quod ægri desperatæ valetudinis deferebantur, & in designato loco dormiebant, idque peragentes, quod Deus in somniis admonuisset morbo, statim liberi abibant, ut ex ea patet ænea tabula Romæ reperta Epidauro tamen, ut videtur allata, in qua ægrorum nomina, qui convaluerint descripta, morbique, quibus afflictabantur, & remedia, quibus depulsi referuntur. Illuc etiam quicunque aliquo ex morbo convaluissent, aut deferebant, aut mittebant votivam tabulam, in qua scriptum esset, quibus liberati fuissent remediis, quibus ex tabulis multa dicitur excerpsisse Hippocrates, methodumque medendi excogitasse. [c] Romæ vero insigne illud habuit Templum in insula Tiberina eidem dedicatum, postquam ipsi Deo placuit, (ut in romanis annalibus habetur) ab Epidauro Romam juxta legatorum Populi Romani preces commigrare, & in serpentem mutatus Epidaurico egressus templo paratam conscendit navim, & in urbem adventans, statim e navi exiliens recta contendit in Ædem sibi destinatam. Qua de re Ovidius [d], & Livius [e] tam comta, & venusta uterque narratione, ut incertum sit uter suo magis ingenio indulserit Poeta ne, an Historicus, nec plura addere opus est, cum ii auctores sint in omnium manibus, præterea & Agrigenti in Sicilia Æsculapii religiosissimum Fanum fuit, a quo Apollinis pulcherrimum simu-

[b] *Tom.* 1. *p.* 2. *t.* 2. *p.* 1.

(c) *Gruter. pag.* LXXI.

[d] *Lib. Metamorph. ult.*

(e) *Dec.* 3. *lib.* 9.

simulacrum Verres abstulit [f], Athenis etiam celebre fuit templum; in quo mirabilem mulieri medicinam factam ab Æsculapio narrat Ælianus [g], & alia multa extiterunt in variis Italiæ, Græciæque locis. Quin & Carthaginienses in ipsa arce, cui Byrsa nomen Æsculapio templum dicarunt.

(f) *Cic. in Verr. lib.* 4. 93.

(g) *Hist. Animal. lib.* 9. *cap.* 33.

Præclara vero sunt observanda Nomina, quibus hic Deus appellatur. Nam DOMINUS, SANCTUS, AUGUSTUS, SOTER, SERVATOR, & ΒΑΣΙΛΕΥΣ, REX, vetustis in saxis dicitur.

ÆSCULAPIO DOMINO [*h*]

ÆSCULAPIO SANCTO
SERVATORI (*i*)

(h) *Gruter. p.* 1006. *n.* 1.

(i) *Donius cl.* 1. 83.

ÆSCULAPIO AUGUSTO (k).

(K) *Id. cl.*4.44.

ΤΩ ϹΩΤΗΡΙ ΑϹΚΛΗΠΙΩ
SERVATORI ASCLEPIO (*l*)

(l) *Id. cl.* 1.86.

ΤΩ ΒΑϹΙΛΕΙ ΑϹΚΛΗΠΙΩ
REGI ASCLEPIO [*m*]

(m) *Id. p.* 81.

De illo Statius (*n*)

- - - - - - *maximus ægris*
Auxiliator adest.

(n) *Silv. lib.*3. *in com. ear.*

Et Arnobius (*o*) *Æsculapius iste, quem prædicatis, Deus præstans, Sanctus Deus, salutis Dator, valetudinum pessimarum propulsator, prohibitor, & extructor, Serpentis est forma.... solum mento radit, & pectoris tortuosis voluminibus...*

[o] *Lib.* 7. *advers. Gent.*

nibus se trahens. Cur ita pingatur Æsculapius caussas alii alias afferunt. Potissima est, quia ut Serpens quotannis renovat cutem, ita arte medicinæ homo veluti juvenile robur reparat, pulchritudinemque etiam servare Deus iste creditus est. Quare Martialis (*p*) de coma Earini ad Æsculapium.

(p) Lib. 9. epig. 16.

Tu juvenile decus serva, ne pulchrior ille
In longa fuerit quam breviore coma.

Quanta vero fuerit & apud Græcos, & apud Romanos in eundem religio ex eo conjicere est, quod Socrates, ut habet Plato in Phædone, moriens familiares admonuit, ut Gallum, quem Æsculapio voverat, redderent. Quod tamen allegorice dictum contendit Cælius Rodiginus (*q*): coluit & Æsculapium Cicero, qui Terentiæ suæ ita scribit (*r*) χολὴν ἄκρατον (bilem puram) *noctu ejeci; statim ita sum levatus, ut mihi Deus aliquis medicinam fecisse videatur. Cui quidem tu Deo, quemadmodum soles, pie, & caste satisfacias: idest Apollini, & Æsculapio.*

(q) Lect. antiq. lib. 16. cap. 12.

(r) Epist. fam. lib. 14. ep. 7.

Regem etiam illum appellat Ælianus [*s*] ὦ Βασιλεῦ καὶ Θεῶν φιλανθρωπότατε Ἀσκληπιέ. O Rex, & inter Deos hominum amantissime Æsculapi.

(s) Loco cit.


Cum Græci Sotera Latini Servatorem dicunt, non tantum morborum depulsorem, ut opinamur, significare volunt, sed & auctorem omnium bonorum, malorumque omnium averuncum, at medicinæ Deum in primis, salutisque datorem, quia nullum sine firma valetudine bonum.

Hygia vero ὑγεία, & ὑγιεία, seu Hygieia est Æsculapii filia, salus a Latinis dicta, & pari ac pater ratione cultas; tres habuit Æsculapius filias, tresque filios, Hygiam, Panaceam, Æglen, Jasonem, Machaonem, & Podalirium, quibus omnibus dicata fuisse templa verosimile est, at Hygiæ, seu Salutis frequentissima, quæ inter celebris Ædes Salutis dicata a Cajo Junio Bibulo Censore anno urbis conditæ CXLVI. ab eodem Consule bello Samnitico vota; item alia in regione urbis; recentioribus vero tempo-

po-

poribus multa & in Græcia, & in Italia fuisse ex Saxis didiscimus, & ex nummis, in quibus illa vel sola, vel una cum Patre occurrit. Hygiam vero & Salutem dictam credimus, ut Soter, & Servator pater, quia nempe non solum ad depellendas ægritudines, verum etiam in quibuscunque periculis invocaretur. Pingebatur illa ut plurimum mulier stans, vel in solio sedens, pateram manu tenens, & accensam facem quandoque dextra; penes Deam anguis baculo advolutus caput attollens, pateramque veluti lambens; huic mulieres comam dicabant, ut puellarem servaret venustatem, ea ratione, qua Æsculapio pueri, ut in Martialis epigrammate superius allato vidimus.

Nec prætereundum aliud hujus Deæ symbolum, quod fuit triplex triangulum vicissim insertum, ita ut veluti Pentagonus fieret triangulum supra singula latera habens confectum ex ipsis lateribus productis.



Inserebant vero cuique triangulo unam, ut opinamur, ex quinque literis, quibus ὑγεία, non ὑγιεία, ut alii, scribitur. Pentalpha illud appellat Lucianus, & usurpatum ait a Pythagoreis [t], illud etiam militibus tesseræ loco ab Antiocho Sotere cum Galatis pugnaturo datum olim suis militibus notum est (u). Simul plerunque junguntur Æsculapius, & Hygia in sexcentis nummis, & lapidibus; utrique aliquando Jupiter præponitur, ut apud Donium.

[t] *In opusc. de verbo in prima salutat. usurp.*

(u) *Pier. Valer. lib. 47. cap. 31.*

JO-

JOVI, ET ASCLEPIO, ET HYGIÆ.

Nonnunquam Apollo, ut Æsculapii Pater, ut in hac græca inscriptione (x).

[x] Opusc. scientif. tom. XV. pag. 156.

ΑΓΑΘΗ . ΤΥΧΗ
ΣΜΙΝΘΕΙ ΑΠΟΛ
ΛΩΝΙ ΚΑΙ ΑΣΚΛΗ
ΠΙΩ ΣΩΤΗΡΙ
ΚΑΙΜΟΞΥΝΕΙ
ΤΑΙΣ. ΚΛ. ΦΛΩ
ΡΩΝΙΟΣ ΜΑ
ΚΡΙΝΟΣ ΚΟΥ
ΡΑΤΩΡ ΕΚ ΤΩΝ
ΙΔΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ

idest, *Quod felix, faustumque sit, Smintheo Apollini, & Æsculapio salutari, & consanguineis Diis Claudius Floronius Macrinus Curator de suo posuit.*

Qua in inscriptione vocem καιμοξυνείταις legendam esse ducimus χ' αἰμοξυνείταις, (quippe potuit per inscitiam Quadratarii κ irrepere pro χ) Diis nempe consanguineis, puta Hygiæ, aliisque Æsculapii liberis. Aliter tamen hanc vocem interpretatur clarissimus Abbas Dominicus Georgius, qui hanc inscriptionem eruditissime commentatus est.

Telesphorum valetudinariorum Deum juvenculi specie depictum Æsculapio, & Hygiæ comitem additum multis in monumentis observat Montfauconius (y). Utrique autem Deo Æsculapio Patri, nataeque Hygiæ sæpissime litatum est, non solum ab iis, qui convaluissent, sed pro Prin-

[y] Tom. 1. parte 2. & t. 2. part. 1.

Principum, & urbium, & privatorum hominum salute, ac incolumitate. Medici etiam nonnunquam ob ægrum feliciter redditum valetudini grates Æsculapio persolvebant; hinc duo apud Donium [z] elegiaca epigrammata, quorum hic titulus.

[z] Cla. 1. n. 8.

ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ ΑΣΚΛΗΠΙΩ

ΣΩΣΤΡΑ ΚΑΙ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ

ΝΙΚΟΜΗΔΗΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ

ΙΑΤΡΟΣ

idest, *Regi Æsculapio ob ægrum saluti redditum gratias agit Nicomedes Smirnæus Medicus.*

Apud eundem Donium æger qui convaluerat pro salute non solum sua, verum etiam Medici Deos precatur in hoc epigrammate [a].

(a) Id. ibid. num. 75.

ÆSCULAPIO ET HYGIÆ

M. ULPIUS HONORATUS

PRO SALUTE SUA, SUORUMQUE,

ET L. JULI HELICIS MEDICI

QUI CURAM MAGNAM EI DILIGENTEM

EGIT SECUNDUM DEOS

Ex quibus Ethnicorum exemplis discere vir Christianus potest, quæ Deo, Superisque, & quæ Medicis post illos profitendæ sint gratiæ; in illis epigrammatibus græcis Medicus Diis gratias agit, ob ægrum in vitam revocatum; in hac latina inscriptione post Deos magnam profitetur Medico Helici gratiam Ulpius, qui ægrotaverat; ita docemur, nec aspernandam humanam opem, nec postponendam illi divinam.

Ut

Ut vero ad rem nostram redeamus. Observat Harduinus in Nummis explanatis. Æsculapium, & Hygiam, non esse minorum gentium Deos, at eundem fortasse fuisse Æsculapium cum Jove, eandem cum Hygia Minervam, quæ e cerebro Jovis nata est, ut fabulæ ferunt; id vero simile reddunt, hæ inscriptiones (*b*), in quibus Jovi, & Minervæ gratiarum actiones ab ægris factæ continentur.

[b] *Pag.* 121. 122.

JOVI (*c*)
SALUTARI
ULPIANUS
GRAVI INFIRMI
TATE LIBERATUS

(c) *Gruterus pag.* 1065. *n.* 5.

Jovi etiam salutari dicatam ædem refert Doniana inscriptio [*d*].

(d) *Cl.* 1. *n.* 4.

MINERVÆ AUG. [*e*]
L. CALLIDIUS
PRIMUS AURES ARGENTEAS
V. S. L. M.

(e) *Grut.* 1066. *num.* 1.

Porro aures argenteas, quas voverat, lubens merito solvit Callidius, non nisi ob sanitatem aurium recuperatam.

MINERVÆ MEDICÆ [*f*]

(f) *Grut. ibid. n.* 3.

Minervæ autem medicæ Templum Romæ extitit in regione urbis V. ut S. Victor prodit [*g*].

[g] *Id. ibid. n.* 9.

MI-

MINERVÆ MEMORI
TULLIA SUPERIANA
RESTITUTIONE FACTA
SIBI CAPILLORUM.

Hisce de Æsculapio, & Hygia disputatis videndum est, quid commune cum Imperatoribus, ut cum Trajano iisdem sit.

Tribus ex caussis horum Deorum nomina cum Principum nominibus conjuncta leguntur; prima cum illi pro illorum salute invocantur.

Sic apud Donium. [h]

(h) Cl. 1. n. 84.

ÆSCULAPIO SANCTO
SERVATORI ET HYGEIÆ
SACRUM PRO
SALUTE ANTONINI AUG.

Et apud Gruterum [i]

[i] Pag. 67. num. 10.

NUMINI ÆS
CULAPI ET HY
GIÆ PRO SA
LUTE DO
MINOR. N. N.
AUG. . . . . .

At non Æsculapio, & Hygiæ solis, sed aliis etiam Diis pro salute Principum passim inscripta reperiuntur Saxa.

P Al-

Altera caussa vero, cur cum Æsculapio, & Hygia jungantur Principum nomina, esse potest maxima erga Imperatores Rempublicam administrantes adulatio, qua vel Deorum illis nomina, virtutesque tribuebantur, vel una cum iis templa, & aras habebant. Ita Adrianus sibi, Jovique Olympio Templum Athenis extruxit, & Augustum *αἱ πόλεις σφετέροις Θεοῖς συνέδρευον, una cum suis Diis urbes colebant*, ut Appianus ait lib. V. bellorum civilium. Jovis vero aliorumque Deorum nominibus appellatos Imperatores ex plurimis constat nummis: quod si vivis adhuc hujusmodi honores habiti, mirum non est mortuos, Deosque inter relatos, cum iisdem Templa communia habuisse. Noster, ut ceteros prætereamus, Trajanus Jupiter appellatur in hac inscriptione (k) quasi particeps ejusdem cum Jove Majestatis.

(k) *Gisb. Cuper. gemm. Aug. expl. Polen. suppl. Gronov. tom. 2. pag. 296.*

I. O. M.

TRAJANO

PRO SALUTE IMP.

ANTONINI

ET M. AURELII CÆSARIS

MILITES CONSISTENTES

MUNICIPII

POSUERUNT

Jam vero si Imperatores cum Æsculapio, & Hygia poni consueverunt vivi, una cum ipsis in eodem Templo cultum fuisse Trajanum mirum non erit. At multi Imperatorum Nummi, qui præsertim in urbibus Græcis cusi Æsculapium, & Hygiam habent, ut apud Harduinum Nummi [*l*] veri Cæsaris, M. Aurelii filii, Faustinæ Junioris, Gordiani Junioris, Valeriani, Augusti, Adriani, Antonini

[l] *P. 14. 121. & seq. 850.*

tonini Pii, Gallieni, aliorumque, qui nonnunquam in epigraphe σωτῆρες, ſervatores nimirum, aut ſalutares dicuntur, & Æſculapio Hygiæque alluditur, qui ſalutares Dii dicti, urbiumque cuſtodes, & ſervatores. Hinc illud apud Gruterum Marmor baſis rotundæ inſtar Meſſanæ repertum uno latere hanc exhibens inſcriptionem.

ΑΣΚΛΕΠΙΩ
ΚΑΙ ΥΓΙΕΙΑ
ΣΩΤΕΡΟΙΝ
ΠΟΛΙΟΥΧΟΙΣ

Altero latere.

ΑΙΔΙΩΙ ΑΔΡΙΑΝΩΙ
ΑΝΤΟΝΕΙΝΩΙ
CΕΒΑCΤΩΙ ΕΥCΕΒΕΙ
Π. Π.

Ideſt *Aſclepio, & Hygiæ ſervatoribus urbis.*

Ælio Adriano Antonino Auguſto Pio Patri Patriæ.

Ara nimirum fuit illud Marmor jam diu Æſculapio, Hygiæque conſecrata, poſt additum eſt nomen Imperatoris Antonini, ut Divi etiam Servatoris urbis. Diverſo tempore inciſas has inſcriptiones litterarum, & orthographiæ diſcrimen, ſi fides Gruterianæ editioni habenda, ſatis evincit.

His vero, ni fallimur Nummis, & Saxis ſignificare voluerunt populi, qui aſſentabantur Principibus, ſalutem ſuam ab illis, utpote a Diis ſalutaribus expectare, ſibique certo polliceri; quod ſi dixeris hoſce ſalutis auctores

 Deos

Deos a populis in Imperatorum numiſmatibus additos, quod eoſdem colerent maxime, hoc ipſum ad captandam Principum gratiam factitatum dicimus, ut oſtenderent nimirum omnes ſuas ſpes in Imperatoribus æque, ac in Patriis Diis repoſuiſſe.

Non mirum itaque Trajanum in hac Auguſta Taurinorum Urbe ædem habuiſſe, in qua Æſculapius, & Hygia pariter colerentur, quos & magnos Deos, & eoſdem pene cum Jove, & Minerva, & non morborum depulſores tantum, ſed omnium itidem malorum averruncos fuiſſe diximus. Additus eſt, & præpoſitus tantis Diis optimus Princeps jam in Cœlum, ut opinabantur, receptus, quia illius, qui dum viveret, populorum Pater vere fuerat, jam inter Deos relati, præſentem ſemper opem ſibi promittebant.

Non itaque ſine cauſſa diximus hanc inſcriptionem ſtetiſſe vel in veſtibulo, vel in penetralibus ædis Trajano dicatæ, quam C. Quintius Abaſcantus teſtamento legaverit Medicis Taurinenſibus. Cæterum quid legaverit iiſdem conjectare difficillimum eſt.

Noſtram vero conjecturam multum adjuvat Marmor Sponii (*m*), in quo Salvia Marcellina Collegio Æſculapii, & Hygiæ certam legat pecuniæ ſummam, ut in æde Divi Titi, & Veſpaſiani ſtatis temporibus epulentur. Integram non ponimus inſcriptionem, quia longiſſima eſt, ſed verba tantum, quæ ad rem noſtram faciunt.

(*m*) *In ſelect. quæſt. differt.* 23. *& in miſcellan. ſect.* 2. *art.* 11.

SALVIA. C. F. MARCELLINA. OB. MEMORIAM. FL. APOLLONI. PROC. AUG. QUI. FUIT. A. PINACOTHECIS. ET. CAPITONIS, AUG. L. ADJUTOR. EJUS. MARTII. OPTIMI. PIISSIMI. DONUM. DEDIT. COLLEGIO. ÆSCULAPI. ET. HYGIÆ. LOCUM. ÆDICULARE. CUM. PERGULA. ET. SOLARIUM. TECTUM.

De

JUNCTUM. IN. QUO. POPULUS. COLLEGI.
SS. EPULETUR. ET. NE. EAM. PECUNIAM.
SS. VELINT. IN. ALIOS. USUS. CONVERTERE.
SED. UT. EX. USURIS. EJUS. SUMMÆ.
DIEBUS. INFRASCRIPTIS. LOCUM. CONFRE-
QUENTARE. EX. REDITU. EJUS. SUMMÆ.
SI. QUOD. COMPARAVERINT. SPORTULAS.
HOMINIBUS. N. LX. EX. DECRETO. UNIVER-
SORUM. QUOD. GESTUM. EST. IN. TEMPLO.
DIVORUM. IN. ÆDE. DIVI. TITI. CONVEN-
TU. PLENO. QUI. DIES. FUIT. V. ID. MART.
BRUTTIO. PRÆSENTE. ET. JUNIO. RUFINO.
COS. UTI. XIII. K. OCT. DIE. FELICISSIMO.
N. ANTONINI. AUG. N. PII. P. P. SPORTULAS.
DIVIDERENT. IN. TEMPLO. DIVORUM. IN.
ÆDE. DIVI. TITI .... HOC. DECRETUM.
ORDINI. N̄. PLACUIT. IN. CONVENTU.
PLENO. QUOD. GESTUM. EST. IN. TEMPLO.
DIVORUM. IN. ÆDE. DIVI. TITI. V. ID.
MART. C. BRUTTIO. PRÆSENTE. JUNIO.
RUFINO. COS. Q. Q. C. OFILIO. HERMETE.
CURATORIBUS. P. ÆL. AUG. LIB. ONESIMO.
ET. C. SALVIO. SELEUCO.

De hoc Divorum Templo hic memorato ita Sponius: *puto esse Templum defunctis Augustis dicatum, quod initio Romæ, & Augusti tantum, & sequentibus Imperatoribus defunctis, Templum Divorum dictum fuit, iis in Divos relatis, qui boni Principes visi fuerant, in eoque erecta singulis ædicula, ut hæc Divi Titi ædes ubi conveniebant nonnunquam sodales Collegii Æsculapii, & Hygiæ.*

Quemadmodum itaque Salvia Marcellina Collegium Æsculapii, & Hygiæ jubet in Templum Divorum, seu in ædem Titi convenire, pecuniamque ob id legat, ita Cajus Quintius Abascantus Medicos Taurinenses in hanc ædem Trajani voluit convenire, & sacra operari, & de more fortassis epulari, & ob id testamento legavit aut ædem, aut pecuniam, aut utrumque. Inter alia itaque optimæ institutæ Civitatis ornamenta Medicorum Collegium habuit hæc augusta Taurinorum Colonia. Medicos autem quoties veteres dicunt, tam eos intelligunt, qui pharmacis ægros, quam qui manu vulnera curarent. Antiquissimis temporibus eosdem viros utrumque præstitisse ex iis constat, quæ de Æsculapio Pindarus, & de Machaone ejus filio Homerus ajunt. Pindarus Pyth. Ode III. strophe III.

Τοὺς μὲν ὦν ὅσσοι μόλον αὐτοφύτων
Ἑλκέων ξυνάονες, ἢ πολιῷ
Χαλκῷ μέλη τετρωμένοι,
Ἢ χερμάδι τηλεβόλῳ
Ἢ θερινῷ πυρὶ περ-
θόμενοι δέμας, ἢ
Χειμῶνι, λύσαις ἄλλον ἀλ-
λοίων ἀχέων
Ἔξαγεν, τοὺς μὲν μαλακαῖς
Ἐπαοιδοῖς ἀμφέπων,
Τοὺς δὲ προσανέα πί-
νοντας, ἢ γυίοις περιάπτων πάντοθεν
Φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς.

Qui

Qui sponte nato tabidus ulcere,
Vel qui corusca cuspide saucius,
Aut missili saxo petitus,
Quemve nocens cruciaret æstus
Artus adurens, frigore noxio,
Et quisquis alsit, convaluit petens
Hunc pharmacis morbos peritum
Non aliis alios fugare.
Hos vitæ amœno carmine reddidit,
Miscebat illis lenia pocula,
Huic membra circumfovit herbis,
Ferri aliusque acie revixit.

Homerus vero Machaonem Æsculapii filium Menelai vulnus curantem describit [n]. (n) *Iliad. lib.* 4.

Recentioribus vero temporibus Medicus audiebant, ut ex historicis, & saxis patet, quicunque male affecto corpori humano pristinam reddere valetudinem quocunque modo curarent, quanquam alii aliam Medicinæ partem utplurimum profiterentur. Itaque in inscriptis saxis præter Medicos Principum, & Legionum, & Cohortium, Medici Clinici, Ocularii, & Chirurgi distinguuntur, ut ex hac inscriptione patet (o), in qua Publius Decimius Eros Merula non se Medicum, Clinicum, Chirurgum, & Ocularium diceret, nisi eas unus professus esset artes, quas singuli ut plurimum profiterentur. (o) Gruter. p. 400. n. 7.

P. DECIUS. P. F. EROS.
MERULA. MEDICUS.
CLINICUS. CHIRURGUS.
OCULARIUS. VI. VIR.

In columna Trajani Fabretus observat Medicos cohortium, militiæ etiam operam dedisse, quod mirum non erit

erit iis, qui ex allato Homeri loco norunt Machaonem fortium copiarum Ducem, & peritum medendorum vulnerum simul describi. Medici in hoc itaque Saxo tam intelligendi sunt qui Medici, quam qui Chirurgi hodie dicuntur, quum & veteres Auctores, & Saxa utrosque Medicos appellent.

Dicendum superesset quis nam sit iste Cajus Quintius Abascantus. Sed cum certum sit post Reipublicæ tempora nomina familiarum fuisse sæpe ab alienis usurpata nullamque habitam eorum rationem, supervacaneum est quærere de Quintiorum, & Abascantorum gente, vel familia. Abascantos plurimos ex inscriptionibus novimus; at nunquam hoc nomen fuisse familiæ credimus, sed cognomen servis, libertisque datum una cum patronorum nominibus, [p] quanquam aliter alii sentiant, ut Pitiscus, (q) balneum Abascantianum ab Abascantia familia dictum existimans, cum potius nomen traxisse videatur ab Abascanto, quem inter Architectos numerat Adrianus Junius [r], Abascantus porro nomen græcanicum est, & invidiæ non obnoxium, aut a fascino liberum significat. Ἀβάσκαντος *citra invidiam*, idque nominis non solum servis, sed & equis aliquando datum fuit, ut patet ex Catalogo nominum equinorum apud Montfauconium. [s]

[p] *Grut. p. 962. n. 9. 318. n. 3. 855. n. 5. 692. n. 9. Marm. Arundel. 86. Montf. suppl. t. V. p. 81., & suppl. tom. 1. pl. LIV. Opusc. scientif. t. IV. pag. 215.*

[q] *In voce balneum.*

(r) *Pag. prima catal. Archit.*

[s] *Tom. 3. p. 285.*



XVIII.

ATORIBVS
POP·ROMANI·CON
SERVATORIBVS·REIP·
OMNIVM PROVINCIAL
DD·NN·FL·IVL·CONSTANTIO
AVG·ET·FL·C DIO
CONSTANTIO CAESARI

XVIII.

CONSTANTIO IMPERATORI, ET GALLO CÆSARI JULIANI FRATRI DICATA COLUMNA.

HUjusce columnæ inscriptionem ex litterarum vestigiis, quanquam non parum detritis ita exprimendam censemus.

IMPERATORIBUS.
POP. ROMANI. CON-
SERVATORIBUS. REIP.
ET. OMNIUM. PROVINCIAL.
D. D. N. N. FL. JUL. CONSTANTIO.
AUG. ET. FL. CLAUDIO.
CONSTANTIO. CÆSARI.

Dicata ergo illa fuit Imperatoribus Flavio Julio Constantio [Constantini M. filio] Augusto, & Constantio Flavio Claudio [Gallo ex Julio Constantio Constantini Magni fratre, & Galla nato] Cæsari, & referenda est ad annum a Partu Virginis CCCLIII., ab urbe condita CIϽCVI. Imperii Constantii XVI. Coss. iisdem Imperatoribus Constantio Augusto VI., & Constantio Cæsare II.

Sin-

Singula videamus verba, & ea, quæ nobis dicenda occurrunt, unaquæque suo loco disputemus.

IMPERATORIBUS.

Imperatoris nomen quam vim habeat, & quo primum tempore in usu esse cœperit apud Romanos, deinde ut ab iis, qui soli Regiam potestatem assecuti Rempubl. administrarent, usurpatum fuerit paucis est dicendum. Imperatores dicti sunt administratores belli gerendi [b], qui nimirum Græcis ἡγέμονες, vel στράτηγοι, videlicet summi exercitus duces. Quæ appellatio, quum prius communis esset iis omnibus, qui bello gerendo præficerentur, florente opibus Republ., mos paullatim obtinuit, ut ii hoc titulo veluti fortissimi inter cives ornarentur, qui magnum aliquod bellum victores confecissent. Adeoque Senatusconsulto iis utplurimum decernebatur, qui præclarum aliquod edidissent facinus, & decem saltem deletis hostium millibus hoc virtutis testimonium a gratulabundo, & acclamante exercitu obtinuissent. Quumque id nominis esset veluti decretus Duci victori honos, non solum ab iis retinebatur, qui semel adepti fuissent, verum etiam iterabatur, quoties aliquid tam decoro dignum nomine gessissent: unde illæ inscriptiones *Imp. II. III. IV.*, exprimentes, quoties quis hunc honorem assecutus, quemadmodum etiam addito numero ostendebatur, quoties quis Tribunatum, aut Consulatum gessisset. At postquam Romæ omnia sub unius dominatu esse cœperunt regium declinantes nomen, qui Rempub. universam administrabant, quum ad leniendos Populi animos ea omnia sibimet ipsis inderent nomina, quæ aliquam in Republ. administranda significabant potestatem, vel ut aliquod Reipubl. liberæ superesset simulacrum, vel quasi has ipsi retinentes appellationes id omne soli sponderent Quiritibus, quod a singulis

(b) Cic. de Orat. 1.

gulis hujusmodi officiis poterant expectare, Imperatoris etiam sibi vindicarunt nomen tanquam sibi proprium, & peculiare. Quippe sonat illud imperium, & auctoritatem, potestatemque summam præsefert, adeoque Impp. a Græcis αὐτοκράτορες (i.e. ex se potentes) dicti sunt. Illorum jura teste Dione Cassio (c) hæc erant: habere delectum militum, pecuniam imperare, colligere, de pace & bello statuere, in provinciis summum jus habere, civesque ipsos tam extra, quam intra pomœrium posse interficere. Quanquam, ut notat Robortellus [d] quandiu Resp. viguit ad urbem accedens, Imperator titulum retineret, re imperium deponeret. Ita etiam quod in libera Republ. cognomen erat fortissimorum virorum propriisque nominibus postponebatur, ut *M. T. Cic. Imperator Lentulo Imperatori* (e) amissa libertate a Principibus prænominis loco usurpabatur, ut legitur in inscriptione Obelisci in circo maximo constituti: *Imp. Cæsar Divi Filius Augustus* (f). Primus nomini suo hanc appellationem præposuit C. Julius Cæsar Caji prænomini eam substituens: id tamen non tam potentiæ ostendendæ, quam gloriolæ captandæ caussa fecisse videtur. Nam per quam lubenter audiebat Imperator ἀνομαστικῶς, ut omnium Imperatorum res gestas, & numero & celebritate, quam illi laudem tribuit Cicero (g), superasse intelligeretur, & præcipuus, ac velut unicus censereretur Imperator, unde illud Catulli.

(c) *Lib.* 53.

(d) *V. Grav. in Thes. antiq. t. VII. p.* 1141. *& Ascon. Ped. in* 11. *in Verr.*

(e) *In epist. famil. passim.*

(f) *Grav. t.* 4.

(g) *Orat. pro M. Marcello.*

Irascere iterum meis iambis
Immerentibus, unice Imperator.

Omnes deinceps a Cæsare, paucis exceptis, Imperatoris nomine usi effecerunt, ut supremus dominatus Romæ Imperium diceretur, totiusque Imperii princeps Imperator. Primis tamen Imperatoribus id nominis a Senatu decretum fuisse scriptum reliquit Svetonius in Cæsare, & in Tiberio, atque ab isto modeste recusatum scribit. Iis autem, qui Cæsarum nomine appellati, ut infra dicemus,

in

in partem Imperii adſciſcebantur, & illius heredes deſignabantur, prius Cæſaris nomen, deinde Imperatoris, quod majorem ſignificabant auctoritatem, indebatur, ut docet Capitolinus in vita M. Antonini Philoſophi ſcribens: *In filium commodum, quamvis ſceleſtum contulit nomen Cæſaris, mox Sacerdotium, ſtatimque nomen Imperatoris . . . .* Vide quæ infra dicemus in voce *Auguſto*.

POP. ROMANI.

Ita legimus, quanquam litteræ POP. ſint omnino deletæ, & vox illa ROMANI continua, ac perpetua videatur cum litteris CON, primam ſequentis dictionis *Conſervatoribus* ſyllabam conſtituentibus, adeout non levis animos noſtros ſubierit ſuſpicio, num *Romanicon* legendum eſſet, cum neque ſpatium interſit, neque punctum ullum inter S, & C dignoſci poſſit, literarum tamen ſulcis, adhuc ſatis altis. *Romanicon* vero συγκόπην diceremus pro *Romanicorum*. Romanicos vero dictos eſſe quotquot Romano Imperio continerentur ſequioribus a Conſtantino Magno temporibus veroſimillimum eſt, quum certum ſit apud eruditos Romaniam per id temporis appellatum ſolum omne Romanum, totamque eam Orbis terrarum partem, quæ Romanis Imperatoribus pareret. Hoc primus advertiſſe videtur Caſaubonus in Lampridium (*h*), & luculenter poſt ipſum oſtendit Spanhemius (*i*), certumque eſt tum ex aliis monumentis, tum ex Oroſio ſcribente Ataulphum Gothorum Regem ardenter inhiaſſe, ut *obliterato Romano nomine Romanum omne ſolum Gothorum Imperium* & faceret, & vocaret, eſſetque Gothia, quod Romania fuiſſet. Malumus tamen legere Populi Romani, quanquam ſi primum colon ſit, *Imperatoribus Pop. Romani*, duriuſcula, & parum uſitata hæc locutio videatur.

(h) *Hiſt. Aug.* pag. 802.

[i] *Exercit.* 11. *in Conſt. Anton. Imp.* §. 10.

CONSERVATORIBUS.

Servatoribus malleus, ſi eam, de qua modo egimus, lectionem ſequi fas eſſet. Conſervatores dicuntur ii, cujus

curæ,

curæ, vel præsidio aliquid committitur: ita in veteribus inscriptionibus legimus Diis *Conservatoribus* Reipubl. Municipii, Coloniæ &c. Diis nimirum illorum locorum custodibus: & *Conservatoribus* ædium sacrarum, earum nempe curatoribus. Servatores vero sunt ii, qui ab aliquo periculo Rempubl., aut aliquam civium partem vindicaverint; quod nomen Imperatoribus ab acclamante exercitu dari consuevisse facile innuunt illa T. Livii verba *agmen Imperator secutus prosequentibus cunctis servatorem, liberatoremque acclamantibus*. Ceterum nec optimi semper scriptores hanc inter Servatorem, & Conservatorem observant differentiam. Hanc vero columnam cum ista epigraphe gratulationis caussa ob insignem aliquam victoriam, aut ob confectum feliciter bellum positam fuisse ex temporum, locorumque circumstantiis ita colligimus. Anno a partu Virginis CCCLIII. ab urbe condita CIↃCVI. Constantii Imperii anno XVI. vel XVII. Coss. Constantio Aug. VI., & Constantio Gallo Cæsare II. Gallo, qui Cæsar a Constantio superiori anno factus fuerat, multa præclara gerente in Oriente, quo ut Persis irruentibus occurreret missus fuerat, Constantius Magnentium, qui sibi usurpaverat imperium, variis in locis victum, fugatumque, tandem ad Alpes Cottias ita profligavit, ut in (k) desperationem ille adductus, furens in amicos, ac necessarios suos ferro stricto irruens multos illorum occiderit, ac se ipsum tandem interemerit. Ultimæ vero Constantium inter & Magnentium pugnæ locus non constat ex historicis; omnes tamen illum ultra Alpes Cottias non longe ab ipsis ponunt.

(K) *Eutrop. Amm. Marcell. Socr. Tillemont.*

REIPUBLICÆ, ET OMNIUM PROVINCIAL.

Reipublicæ, & omnium Provincialium, non. Provinciarum, ut in novo Muratorii Thesauro legitur. Littera quippe L. integerrima, & maxime conspicua est.

Provinciales ab ipsa Ciceronis ætate ii dicti sunt, *qui ex Provinciis essent*, sive, ut ait Ulpianus de significatione ver-

verborum, *qui in Provinciis domicilium habebant*. Quo nomine omnes Imperii Romani subditi appellabantur præter Italos [*l*], quare Columella lib. 1. cap. 4. vinearum Provincialium culturam docet, cum alibi de Italicarum cultura agat. Etsi vero post Antonini constitutionem tam Italici, quam Provinciales eadem Civitate Romana gauderent, iisdemque uterentur legibus; attamen diu viguit Provincialium appellatio, ut ex inscriptionibus patet, & ex Eutropio, ac Cassiodoro, qui hac voce sæpissime utuntur.

[l] *Steph. in Thes.*

DD. NN. Dominis nostris (χυρίων ἡμῶν Græci dicerent) i.e duobus Dominis nostris, uti sæpe & in saxis, & in nummis, aliisque in monumentis occurrit, duabus literis duos, tribus tres Imperatores significantibus.

FL. FLAVIO.

Prænomen Flavii omnes fere a Constantino obtinuere Imperatores. Constantinus vero, illiusque consanguinei istud acceperunt, cum a D. Claudio gloriarentur originem ducere, quum ex Claudio Crispi fratris D. Claudii filia Constantinus Magnus ortus fuerit; istius igitur & filii, & nepotes Flavii prænomen omnes, & Claudii nomen plerique habuerunt, ut ex inscriptionibus, quas nimis longum, & operosum foret adducere, patet. Claudium autem Imperatorem Flavii prænomine usum esse certum est cum ex aliis monumentis, tum ex quadam ipsius ad Valerium Aurelianum epistola a Vopisco allata sic incipiente: Flavius Claudius Valerio Aureliano Suo Salutem (*m*). Hujusce prænominis originem in vita Constantii Chlori Trebellius Pollio hanc affert [*n*]. *Ille*, ait, [Claudius nempe] *futurorum memor Gentes Flavias, quæ Vespasiani, & Titi, nolo autem dicere Domitiani, fuerant, propagavit:* quem obscurum locum ita Casaubonus explanat: *Vespasianum, & Titum, quum censores essent patriciarum gentium numerum auxisse scribunt veteres: videntur autem, qui in Pa-*

(m) *Vopisc. in Aurel. hist. Aug. p.* 848.

(n) *Historia Aug. p.* 802. 803.

Patricios tunc adsciti fuere communi Flaviarum gentium nomine appellati. Jam igitur Gentes Flavias propagavit Claudius, inque earum numerum novos Patricios adscivit, quasi jam tum, ait Pallio, *velut e specula prævidisset deferendum imperium uni ex illis gentibus orto*, Constantio nempe Cæsari, cujus laudi favet ubique Trebellius (*o*). Et Constantium autem, & omnem ejus stirpem Flaviorum nomen gestasse notum est omnibus. Imo Claudius ipse gessit, nisi fucum facit Vopiscus.

[o] *V. Panegyr. Constantino dictum a Mamertino.*

JULIO.

Julii nomen ab Aurelio Victore Constantio Chloro Patri Constantini Magni tribuitur, & ab omnibus historicis Constantio Constantini fratri; hic itaque Constantius a majoribus Julii nomen habet.

CONSTANTIO.

Ut ea, quæ hactenus diximus, & quæ deinceps dicturi sumus apertiora fiant non parum lucis afferet rerum a Constantini filiis post obitum Patris gestarum compendiaria narratio. Constantinus Magnus Imperii partitionem ita testamento legavit, ut Constantinus Galliam, Hispaniam, Angliam; Constantius Asiam, Syriam, Ægyptum; Constans Illyrium, Italiam, Africam obtineret: duobus etiam ex Dalmatio fratre nepotibus partem Imperii dederat. Dalmatium nempe Cæsarem appellatum Thraciam cum Græcia habere jusserat, & Annibalianum Ponti Regem fecerat. At milites nonnisi Constantini liberis se obtemperaturos dictitantes conjuratione facta reliquos omnes Constantini consanguineos obtruncant Julium nempe Constantium fratrem, Dalmatiumque, & Annibalianum ex fratre Dalmatio nepotes, cæterosque omnes fratrum filios, exceptis duobus filiis Julii Constantii, Gallo nempe, & Juliano, quorum alteri ægra valetudo obitum cito allatura vide-

videbatur, alteri tenera ætas cum minorem affectandi Regni suspicionem injiceret, veniam impetravit. Hac cæde peracta soli tres filii salutantur Augusti ab exercitu, & a Senatu, iidemque in Pannonia convenerunt novam partitionem facturi. Locus, in quo congressi Philadelphia dicta fertur ab amore fratrum, quibus singulis positas ibi fuisse statuas fama est. De nova partitione vix quidquam certi statui potest, nisi, divisa inter se Dalmatii, & Annibaliani occisorum ditione, destinatam a Patre Imperii partem ab unoquoque retentam. Remansit tamen aliqua Constantinum inter & Constantem simultas, quæ non multis post annis in apertum erupit bellum, & Constantinum Constantis fines inconsultius ingressum hujus duces commisso ad Aquilejam prælio interemere, anno CCCXL. Ita redacta ad duos Augustos Respubl. Constans, quum per aliquot annos auctum fraterna cæde Imperium strenue administrasset, mox converso ad nimias voluptates animo, dum venationibus indulgeret a Magnentio Constantini Magni liberto, oborta subito conspiratione, Imperio spoliatus est, & per sicarios occisus anno CCCL. Id resciens Constantius non tulit novum hominem, ac tyrannum immanissimum majorem, ac præstantiorem Romani Imperii partem per scelus occupatam obtinere; ac relicto oriente in Magnentium movit, multis illius rejectis legationibus, & conditionibus pacis. Interea quum Rex Persarum Sapor iterum Romani Imperii fines invaderet Constantius Gallum Julii Constantii patrui sui filium, ut diximus, Cæsarem jussit, & belli Persici curam ei commisit. Ipse vero post variam belli fortunam, collatis ad Mursam cum Magnentio signis, ingenti prælio eum vicit: deinde superatis Alpibus Juliis universa Italia potitus; postremo Alpes Cottias transgressus non longe ab iis, ut plerique significant Historici, reparantem bellum Magnentium ita fregit, ut ille sibi violentas manus inferens, ut diximus, perierit anno CCCLIII., quo hanc erectam fuisse columnam verisimillimum est, quum totum Imperium Romanum

num Constantius una cum Gallo Cæsare obtineret.

AUGUSTO.

Uberius hic de cognomine Augusti, & quomodo illud a Cæsaris nomine differret, dicemus, ne quidpiam desideretur, & ne alibi rem eandem, quoties hæc nomina occurrent, cogamur iterare. Duplex assumsit cognomen Octavianus rerum potitus, alterum testamento majoris avunculi [p], alterum Munatii Planci sententia: nam cum disputaretur in Senatu, quo nomine ornandus esset ob tot res præclare gestas, multique Romulum dicendum esse censerent, velut alterum urbis conditorem, prævaluit Augustum potius dici, non tantum novo, ut Svetonius ait, sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur augusta, dicuntur ab auctu, vel ab avium gestu, gustuve, sicut etiam Ennius docet, scribens.

(p) Svet. in Aug.

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Id ipsum perpulchre Ovidius reliquos clarissimos viros aliquo nomine donatos cum Augusto conferens (q).

[q] Fast. lib. 1.

Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes,
Hic socium summo cum Jove nomen habet.
Sancta vocant augusta patres, augusta vocantur
Templa Sacerdotum rite dicata manu.
Hujus & augurium dependet origine Verbi,
Et quodcumque sua Jupiter auget ope.
Augeat Imperii nostri decus, augeat annos &c.

Quum itaque Senatus vellet Cæsarem Octavianum post subditum populo Romano terrarum Orbem novo aliquo ornare cognomento, quod ejus virtutem, & Quiritium erga illum amorem, pietatemque significaret, appella-

 runt

runt Augustum, quasi vivo adhuc divinos impertirentur honores, dum tam sancto compellabant vocabulo. Quid itaque mirum si, qui deinceps Imperium Romanum obtinuerunt, hoc etiam sibi nomen, quo pares pene Diis haberentur, vindicaverint? Ita etiam quum Octavianus ob adoptionem Cæsar fuerit appellatus, ceteri post ipsum Imperatores in ejusdem stirpis testimonium id nominis retinuerunt. An vero primus Cæsar a cæso Elephante, qui *Caisa* punice dicatur, an a cæso matris utero, an a cæsiis oculis, an a cæsarie, quod nimirum egregie capillatus natus fuerit, nomen acceperit in posteros postea propagatum, is disputet, cui plus abundat otii. Nostra interest videre, quis horum nominum sublata Rep. usus fuerit. Omnes itaque Imperatores, paucis exceptis, Cæsaris, & Augusti nomina acceperunt, non quod illa aliquid superadderent potestatis, sed quod alterum successionem stirpis, alterum splendorem dignitatis ostenderet, vel etiam si placet, ut Augusti, qui tantos populi plausus, dum viveret, sibi promeruerat, tantamque post se reliquerat famæ celebritatem, retinentes nomina, illius virtutum sese strenuos imitatores, & æmulatores promitterent, veluti non minorem Reipubl. utilitatem præstituri, ac ille, cujus memoriam retentis nominibus colebant. Quod & ab aliis populis observatum legimus, ut traductum alicujus optimi Principis in successores nomen parem populis faustitatem portenderet. Imo apud ipsos Romanos Severus etiam dicitur, adeo M. Antoninum Imperatorem coluisse, ut Antonini nomen omnibus deinceps quasi Augusti adscribendum putaret.

At enim Augusti nomen Romanis Imperatoribus optatius semper fuit præ Cæsaris nomine, quod minus illustre semper habitum. Quo igitur tempore mos obtinuit, ut Imperator aliquem, vel ex se genitum, vel adoptatum filium, aut alium adjutorem sibi deligeret, & Imperii hæredem designaret, tunc ille nomen Augusti sibi reservabat, iste Cæsar appellabatur. Quænam vero illius

illius auctoritas, & dignitas esset facile videri potest ex quadam Commodi Imper. ad Clodium Albinum epistola, in istius vita a Julio Capitolino descripta (s): *Imperator Commodus Clodio Albino. Alias ad te publice de successore, & honore tuo misi, sed hanc familiarem, & domesticam omnem, ut vides manu mea scriptam epistolam dirigo, qua tibi do facultatem, ut si necessitas fuerit, ad milites prodeas, & Cæsareum tibi nomen assumas ..... Habebis præterea, quum id feceris dandi stipendii usque ad tres aureos liberam potestatem, quin & super hoc ad Procuratores meos literas misi, quas ipse signatas excipies signo Amazoniæ, & quum opus fuerit, rationalibus dabis, ne te non audiant, quum de ærario volueris imperare. Sane ut tibi insigne aliquod Imperialis Majestatis accedat, habebis utendi coccinei pallii potestatem me præsente, & ad me, & quum mecum fueris, habiturus & purpuram, sed sine auro, quia ita & propatruus meus Verus, qui puer vita functus est ab Adriano, qui eum adoptavit, accepit.* Addendus Ælius Spartianus in Ælio Vero ita scribens [t]. *Nihil habet in sua vita memorabile, nisi quod tantum Cæsar est appellatus, non testamento, ut antea solebat, neque eo modo, quo Trajanus est adoptatus, sed eo prope genere, quo nostris temporibus a vestra clementia* [ad Diocletianum loquitur] *Maximianus, atque Constantius Cæsares dicti sunt, quasi quidam Principum filii, & designati augustæ majestatis hæredes.*

(s) Hist. Aug. p. 288.

(t) Hist. Aug. p. 110.

Ex hisce Capitolini, & Spartiani locis haudquaquam certo colligitur, an Ælius Verus primus fuerit, qui Cæsareum nomen cum imperii participatione habuerit. Verum id unum nos docet Spartianus istum Cæsareum quidem nomen tota vita habuisse, nunquam tamen rerum potitum, & excessisse priusquam Adriano mortuo summum Romæ Imperium assequi posset, eaque caussa est, cur Commodus illum in sua epistola puerum fato functum esse ait παρατατικῶς puerum, dicit, ut notat Casaubonus (u), nimirum adhuc adolescentem, seu principem juventutis; namque iidem etiam Cæsares appellabantur

(u) Hist. Aug. p. 288. not. 4.

 prin-

tum ab anno CCV. ad CCCLIII. cum simili eorundem temporum Paschali laterculo, opus profecto alicujus illius ætatis auctoris [c]: ibi hi leguntur Consules.

[c] Ex edit. Ægidii Bucherii, Græv. ant. Rom. tom. XI. pag. 392.

anno
352. Constantio V., & Constantio Cæsari.
353. Constantio VI., & Constantio II.
354. Constantio VII., & Constantio III.

Nemo ignorat hisce annis Coss. fuisse Constantium Augustum, & Constantium Gallum Cæsarem.

Multos tamen fugit antiquarios, & antiquorum nummorum explanatores Gallum Cæsarem solo fuisse Constantii nomine appellatum, eoque errore adducti istum a Constantio Constantini Magni filio non distinguebant.

Cæteris vero oculatior P. Harduinus S. J., & post ipsum Bandurius (d), ex diversis vultus lineamentis alterum ab altero distinxit, & utriusque numismata discrevit, docuitque ea omnia, in quibus legitur *temporum felicium reparatio*, aut *Constantius junior*, aut *Flavius Claudius Constantius*, & illa etiam, in quibus *Flavius Julius Constantius* legitur, habeturque effigies a Constantii effigie diversa cum capite nudo, Gallo omnia tribuenda esse, quanquam Galli nomen omittatur. Unicum numisma Bandurius affert, in quo Galli nomen legitur, quem rarissimum ait, tum ob hoc nomen, tum ob caput illius Cæsaris non nudum, sed corona laurea, & gemmea redimitum. In quodam etiam nummo Tillemontius Gallum Constantinum ait appellari, & in alio Gallum Augustum cum Jesu Christi nomine legi. Sed de illorum genuina fide videant, qui sunt nobis eruditiores. Rei nostræ apprime faciunt ii nummi, in quibus Constantii Cæsaris caput habetur cum epigraphe *felicium temporum reparatio*, quæ omnino congruit cum historia temporum, quibus nostra posita est columna.

[d] Tom. 2. p. 416. & seq.


Anno quippe CCCLIII. victis a Gallo Cæsare Persis, & oppresso a Constantio Augusto Magnentio, qui omnes

pene

pene Imperii Romani provincias in Occidente vexaverat: Respublica, quæ variis per Veteranionem, & Nepotianum, & Decium Magnentii fratrem tumultibus agitata fuerat, sub uno Augusto, & uno Cæsare conquiescens pristinam dignitatem, & felicitatem visa est reparare.

Ultimum inscriptionis verbum est CÆSARI, nihilque ultra desiderari ex columna hac in parte integra certum est. Clarissimus enim Muratorius, quum hanc inscriptionem male descriptam acceperit, non solum mendosam, sed & mutilam esse suspicatus est. Ceterum nihil omnino deesse quilibet oculatus lector facile judicabit.




IMP · CAES ·
PONTIFEX MAX
CLAVDIVS IVLIANVS
SEMPER AVG ·

XIX.

COLUMNA JULIANO APOSTATÆ NUNCUPATA.

HEM Juliano religionis Chriſtianæ deſertori τῷ παραβάτῃ, τῷ ἀποστάτῃ, ut Græci ajunt, dicatam columnam anno fortaſſe a partu Virginis CCCLXI. Claudii nomen ſatis illum diſtinguit a Didio Juliano, qui ſeptem tantum menſes imperavit [a]. Tantopere vero perſtrepit in hiſtoria efferata illius impietas, ut ejus geſta nemini ſint obſcura. Ex Julio Conſtantio Conſtantini Magni fratre ortus, & ex Baſilina Matrona nobili loco nata, cui pater videtur fuiſſe Anicius Julianus Conſul anno CCCXXII., & deinceps urbis præfectus, frater etiam quidam Julianus ab hiſtoricis Orientis Comes appellatus; itaque aut ab avo materno, & avunculo Juliani nomen accepit, aut a patre Julo dictus eſt Julianus, ut Conſtantinus a Conſtantio.

[a] *Eutropius, & Aurel. Vict.*

De *Imperatoris*, *Cæſaris*, & *Auguſti* nominibus jam ſatis multa ad alteram columnam diximus. Duo hic nobis obſervanda ſuperſunt, cur *Pontifex Maximus* dicatur, & cur *ſemper Auguſtus*.

PONTIFEX MAXIMUS.

Quantam in Romanæ Reipubl. adminiſtratione partem obtineret religio, quantumque proinde in eadem pollerent, quicumque ſacra curabant, & *Pontifices* præcipue, ii tantum ignorant, qui hujus populi antiquitates ne primis quidem labris attigerint. Qui vero Pontificum Collegio præ-

præerat Pontifex Maximus, ille tanta pollebat auctoritate, quanta in libera civitate vix ferri potuisset, nisi ut illius coerceretur imperium, & Pontificum ipsi Collegio, & Senatui etiam populoque Romano fuisset subjectus (b). Ceterum de illo Livius lib. 1. cap. 20. *Scitis illius Numa omnia publica privataque sacra subjecerat*. Festus illum [c] *Judicem, atque Arbitrum rerum divinarum, & humanarum appellat*, & Paullus (d) *maximum vocat rerum, quæ ad sacra & religiones pertinent judicem, vindicemque privatorum, & Magistratuum* [e]. Maxima porro illius auctoritas fuit; præterquamquod, quum penes ipsum esset religionis arbitrium in omnibus publicis negotiis objecta religione poterat intercedere, eaque apud addictissimum superstitioni populum suo nutu probare, vel perturbare. Tanta itaque potestas postquam Respub. ab unico Imperatore regebatur, non erat a summo Principatu sejungenda; præcipue quum per id temporis Imperatoria dignitas esset illustriorum Magistratuum quidam acervus, debebat etiam illi Pontificatus Maximus veluti cumulus accedere.

(b) *Bosium de Pont. Max. exerc. 11. c. V.*, & *Gutherium lib. 2. de Pontif. Grav. antiq. Rom. tom. V.*

(c) *in ordo Sacerdotum.*

[d] *In Pont. Max.*

(e) *Guther. lib. 1. cap. 14.*

Norat id Julius Cæsar, adeoque hoc veluti Regiæ potestatis, ad quam anhelabat munimentum, adhuc privatus consequi maxime studuit, & consecutus est anno ab urbe condita DCLXXXXI. Coss. Cicerone, & Antonio [f]. Illi etiam morem gerens Senatus decrevit post victos Pompejanos, ut genitus aut adoptatus ab eo Silius, post ipsius obitum Pontifex Maximus crearetur. At occiso Cæsare Lentulus opera M. Antonii in rerum omnium perturbatione hocce maximum Sacerdotium per vim, & fraudem arripuit (g); quod quum victo Lepido Augustus una cum vita auferre posset, abstinuit (h), veritus ne atrox populo facinus videretur, si contra jus tanti Sacerdotii Pontifex Maximus occideretur, aut vivus adhuc tam sancto religionis gradu dejiceretur: passus est itaque & vivere, & Pontificem esse. Eo defuncto anno V. C. DCCXLI. ibse Pontificatum suscepit. Augusto mortuo succedens Tiperius una cum imperio, Maximum etiam Pontificatum obtinuit.

[f] *Sveton. Plut. Dio.*

[g] *Livii epitome 117.*

[h] *Appian. Deo. Svet.*



præerat Pontifex Maximus, ille tanta pollebat auctoritate, quanta in libera civitate vix ferri potuisset, nisi ut illius coerceretur imperium, & Pontificum ipsi Collegio, & Senatui etiam populoque Romano fuisset subjectus (*b*). Ceterum de illo Livius lib. 1. cap. 20. *Scitis illius Numa omnia publica privataque sacra subjecerat*. Festus illum [*c*] *Judicem, atque Arbitrum rerum divinarum, & humanarum appellat*, & Paullus (*d*) *maximum vocat rerum, quæ ad sacra & religiones pertinent judicem, vindicemque privatorum, & Magistratuum* [*e*]. Maxima porro illius auctoritas fuit; præterquamquod, quum penes ipsum esset religionis arbitrium in omnibus publicis negotiis objecta religione poterat intercedere, eaque apud addictissimum superstitioni populum suo nutu probare, vel perturbare. Tanta itaque potestas postquam Respub. ab unico Imperatore regebatur, non erat a summo Principatu sejungenda; præcipue quum per id temporis Imperatoria dignitas esset illustriorum Magistratuum quidam acervus, debebat etiam illi Pontificatus Maximus veluti cumulus accedere.

Norat id Julius Cæsar, adeoque hoc veluti Regiæ potestatis, ad quam anhelabat munimentum, adhuc privatus consequi maxime studuit, & consecutus est anno ab urbe condita DCLXXXXI. Coss. Cicerone, & Antonio [*f*]. Illi etiam morem gerens Senatus decrevit post victos Pompejanos, ut genitus aut adoptatus ab eo Silius, post ipsius obitum Pontifex Maximus crearetur. At occiso Cæsare Lentulus opera M. Antonii in rerum omnium perturbatione hocce maximum Sacerdotium per vim, & fraudem arripuit (*g*); quod quum victo Lepido Augustus una cum vita auferre posset, abstinuit (*h*), veritus ne atrox populo facinus videretur, si contra jus tanti Sacerdotii Pontifex Maximus occideretur, aut vivus adhuc tam sancto religionis gradu dejiceretur: passus est itaque & vivere, & Pontificem esse. Eo defuncto anno V. C. DCCXLI. ibse Pontificatum suscepit. Augusto mortuo succedens Tiperius una cum imperio, Maximum etiam Pontificatum obtinuit.

(b) *Bosium de Pont. Max. exerc. 11. c. V., & Gutherium lib. 2. de Pontif. Grav. antiq. Rom. tom. V.*

(c) *in ordo Sacerdotum.*


[d] *In Pont. Max.*


(e) *Guther. lib. 1. cap. 14.*

[f] *Sueton. Plut. Dio.*

[g] *Livii epitome 117.*

[h] *Appian. Dio. Suet.*





tinuit. Post istum, quicumque Principatum assecuti sunt, aut statim, aut non multo post Senatus decreto Pontifices etiam Maximi sunt creati.

Neque tantum titulum honoris caussa sibi vindicabant, verum etiam hujus Sacerdotii officiis fungebantur. Unus vero tantum fuit Pontifex Maximus, isque idem qui esset Augustus. Cæsares enim Pontifices tantum audiebant. Si duo vero, vel plures essent Augusti primis sæculis unum illorum tantum, deinceps vero omnes Pontif. Maximi nomine fuisse donatos allatæ a Bosio ostendunt Gruterianæ inscriptiones. Non solum autem Ethnicis, verum Christianis Imperatoribus Pontificalis titulus, & stola Pontificia deferebatur. Hanc a Gratiano rejectam fuisse Zosimus scribit; hunc tamen Pontificis Maximi titulum non prorsus abjecisse, tam inscriptiones, quam Ausonii ad ipsum panegyricus probat. Julianum autem mirum non est hoc titulo ornatum, quo etiam Christiani Imperatores donabantur. Crebriores etiam illi cum Pontificis Max., & semper Augusti acclamationibus columnæ ab Ethnicis magnam in spem, & audaciam erectis positæ fuisse videntur. At nullo illum consecrationis ritu Summo huic Sacerdotio initiatum fuisse credunt eruditi, quandoquidem nemo etiam Imperatorum Ethnicorum opus habuit ullis ob Maximum Pontificatum sacris initiari [i]. Quoties vero Julianum Scriptores Catholici, quos inter Gregorius Nazianzenus sacris Gentilium initiatum sacri Baptismatis initiationem detersisse scribunt, non tauroboliatum fuisse intelligunt, nec ullo sollemni ritu consecratum Pontificem Maximum, verum illius tantum superstitionem, impietatemque exagitant. Aqua hoc in loco hæsit Bosio adversum Pacidium disputanti [k], ubi non parum se se commoveri ostendit Socratis, & Sozomeni testimoniis tradentium Julianum se se ipsum Pontificem Maximum nuncupasse. Porro illa verba ex utroque historico ibi allata *ἑαυτὸν ἀρχιερέα ὠνόμασεν* non significant *τὸν παραβάτην* aliquo sollemni ritu Pontificem Maximum creatum; sed, statim

(i) *V. Vand., & Bosium loc. cit.*

[k] *Exercit. II. cap. VII. n. V. Grav. tom. V.*

ac

ac, mortuo Conſtantio, rerum potitus, animum ſuum aperiens, ad idolorum cultum converſus, Templa reſeravit Deorum, Pontificis Maximi nomen, quod cæteri Chriſtiani Imperatores vix tulerant, ſibi vindicaſſe, ſeque in illo maxime jactitaſſe. Quantum revera ille Cæſaris, & Auguſti, & Pontificis Maximi nominibus gloriaretur ex fragmento illius epiſtolæ ad Arſacen Armeniorum Satrapam conjicere licet: νῦν μὲ, inquit, τὸν Αὔγουστον, τὸν Ἰουλίανον, τὸν Ἀρχιερέα, τὸν Καίσαρα, Θεῶν καὶ Ἄρεως θεραπευτὴν ἐννόησον. *Cogita nunc me, qui Julianus, qui Pontifex Maximus, qui Cæſar, qui ſum Auguſtus*...[l] Si cui tamen ſacro initiatus eſt Julianus, id potius debuit eſſe, quum annum ageret vigeſimum, quo tempore a fide Orthodoxa occulte deſcivit, ut ipſe fatetur epiſt. 51. ad Alexandrinos ſcripta, inquiens: *a vigeſimo anno eoſdem cum ipſis Deos colere cœpiſſe, & duodecimum eſſe, ex quo cœperit annum*. Omnem itaque jam tum amplexus eſſe videtur Ethnicam ſuperſtitionem, nullum tamen unquam ſollemne ſacrum, quo Pontifex inſtitueretur celebraſſe. Neque id in funebri illius laudatione prætcriiſſet Libanius, qui Juliani erga Deos cultum, pietatemque ad Cœlos uſque extollit. Nihil tamen ab eo colligitur, niſi eruditum fuiſſe in Græcia ab Ethnicis Theologis, qui ſapientia florebant, magiciſque de futuro imperio divinationibus adductum, ut ipſorum doctrinis, & ſuperſtitionibus adhæreret, ſeque ſtrenuum Deorum cultorem profiteretur. Auguſtus ubi fuit, larvam depoſuit; & (m) ἀνεῴγνυτο δὴ νέως τε ὁ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ ὁ τῶν ἄλλων Θεῶν, τοῦ Βασιλέως ἀνοίγοντός τε καὶ τιμῶντος ἀναθήμασι, καὶ αὐτοῦ τε θύοντος, καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλοῦντος: *apertis Palladis, aliorumque Deorum Templis Princeps ipſe qui aperuerat, eadem donis cumulabat litans ipſe, & cæteros adhortans*. En cauſſa cur communi omnium gratulatione Gentilium Pont. Max. fuerit appellatus, quum ipſe tanto erga Ethnicam ſuperſtitionem ſtudio id ſibi honoris promereretur, ac vindicaret.

(l) *Albert. Fabric. Biblioth. Græc. t. VII. p. 86.*

(m) *Libanius in parent. LV.*

Sem-

Constantius Magnentium oppugnaturus missis ad barbaros Gallos, Germanosque [n] literis, eis ut Romani Imperii fines intrarent, copiam fecit, & stimulos addidit, pactus cum ipsis, ut eas haberent regiones, quas dum ipse cum Magnentio bellum gereret, occuparent. At confecto bello iidem ab armis non cessarunt; sed socios Populi Romani fœde vexabant, multa diripientes oppida, & quo arma circumferebant vasta omnia facientes. Augustus itaque a Persis, aliisque hostibus metuens, si ad ultimas occidentis oras discessisset, accitum ab Athenis, ubi philosophabatur, Julianum Cæsarem dicit, & Helenam sororem suam ei in matrimonium collocat, anno CCCLV., eumque in Gallias mittit cum parva militum manu, qua de re queritur Julianus, quasi in apertum vitæ discrimen missus fuerit. Cæterum satis validum, & numerosum fuisse illi in Gallia exercitum res gestæ probant. Mediolano discedens Julianus Calend. Decembris Augustam Taurinorum contendit, ubi audito Coloniæ Agrippinæ a Barbaris direptæ nuntio ingemuit, quasi omnino jam in Gallia debellatum foret. Superatis mox Alpibus ante anni finem Viennam Allobrogum pervenit, bellumque ineunte vere suscipiendum magna ope paravit. Quæcunque hoc in bello fortiter, ac feliciter gessit a Libanio Sophista eximio illius præcone in parentali maximis efferuntur [o] laudibus. Veritus interim illius potentiam Constantius magnam copiarum partem, imo totum militiæ robur in Orientem contra Persas iturus, revocavit, dolente maxime Juliano, se cum paucis iisque imbellibus copiis inter tot barbaras nationes relinqui. Longe tamen id gravius fuit militibus, longi itineris, & transmarinæ militiæ tædio Constantio parere abnuentibus. Julianum igitur quem unum Ducem suum volebant, Augustum salutant. Ille per legatos Constantium docet, quemadmodum Exercitus Galliis discedere detrectans se invitum, & reluctantem Augustum esse jusserit. Con-

(n) *Tillemont. in Constant., & Juliano. Libanius in parentali. Julianus Ep. ad S.P.Q. Athen.*

(o) *Apud Alb. Fabric. biblioth. Gr. t. VII.*



X X.

BALNEUM
A FLAMINICA DIVÆ DRUSILLÆ
EXTRUCTUM.

BAlneum quoque publicum, & Piscinam apud Taurinos olim extitisse, Templumque Divæ Drusillæ sacrum, & institutas Sacerdotes fœminas, quæ cælesti religione Augustam stato die tanquam Deam colerent, ex insigni hoc, vetustiorique saxo, quod epistylij ejusdem balnei fragmentum esse videtur, clarissime intelligimus. Vulgavit jam ex Guichenonio (*a*) Sponius; sed in primo inscriptionis versu fœdissime corruptum. Legit enim (*b*).

(a) *Guich. tom. 1. pag. 75.*

(b) *Misc. Ant. ap. Grav. tom. 4.*

. . . . . M. F. SECUNDANUS. PRI. . . .

Nos emendatiorem, genuinamque marmoris lectionem tradimus; ea simul, facilique negotio supplentes verba, quæ in mutilato lapide attrita sunt, notasque, ubi pretium erit operæ, more nostro adjicientes.

A. . . . i.e. *Atilia*, aut *Ælia*; utrumque Aspræ genti commune prænomen [*c*]. Asprilla fortasse etiam Marci Aspri filia secunda appellari potuit a Patre Aspro; usu siquidem receptum erat, ut fœminæ paternum cognomen modice imminutum præter gentilicium frequentissime adsumerent. Ita apud Fabretum in inscriptionibus [*d*] Atticilla dicitur ab Attico Patre, Basilla a Julio Basso, a Posthumio Prisco Priscilla; ne sexcenta alia adferamus.

(c) *Don. cl. 12. n. 1. Marm. Pisaur. n. 149.*

(d) *Fabr. cap. 3. pag. 172.*

ASPRI. . . . Gentis Treboniæ cognomen, quod primum Trebonio Lucio *ab insectandis Patribus tributum ferunt* [*e*]. Duas hic Tribunus Plebis Cn. Pompejo Magno II., & M. Licinio Crasso Consulibus anno V. C. DCLXXXVIII.

(e) *Glandorp. Onom. Roman. pag. 848.*

R ad

ad imminuendam Senatus auctoritatem Leges tulerat; quarum una Cæsari in Galliis; altera Pompejo M., & Crasso Consulibus in Syria, & in Hispania imperium in aliud quinquennium prorogabat (*f*), quod quidem, quia demeretur hoc modo Patribus mittendi facultas, Vatinia Lex prohibebat. Cæterum de Aspra Gente plurima inscripta Monumenta referuntur a Grutero, Reinesio, Muratorio (*g*); & satis claram ostendunt honores, dignitatesque, quibus sub Imperatoribus potissimum functa est. Quæstores, Tribuni Plebis, Ædiles, tum Prætores, operumque publicorum Curatores, nec non Sodales Augustales, aliique publicis muneribus ornati passim in inscriptionibus a Fabreto collectis (*h*) Aspri Viri occurrunt. Juvat unam, aut alteram hic referre.

(f) *Dio. lib.* 39.

(g) *Grut. p.* 521. *n.* 2., *Reines. cl.* 1. 237. *cl.* 12. 60. *Murat. pag.* 302. *n.* 3.

(h) *Fabr. cap.* 1. *pag.* 51.

C. JULIO.
ASPRO.
QUÆST. TRIB. PLEB.
. . . .
PATRONO. BENEMERENTI.

JULIO. CN. F. PO.
ASPRO.
PR. TR. PLEBIS.
QUÆST. PROVINCIÆ.
AFRICÆ.
CUR. ÆDIUM. SACRAR.

C.

C. JULIO. ASPRO.
COS. PRÆTORI.
CURATORI. VIÆ.
APPIÆ. SODALI.
AUGUSTALI. TRIB.
PL. PR. QUÆSTORI.
PROV. AFRICÆ. CV
RATORI. ÆD. SACR.

In alio apud jam laudatum Fabretum marmore idem Julius Asper Consul candidatus exhibetur. Sed Consulatus honorem pluries Aspram gentem adsecutam fuisse, inscriptiones etiam non uno in loco testantur. De duobus Aspris Consulibus fidem faciunt Consulares fasti, in quibus (*i*).

(i) *Ap. Murat. pag.* 353. *Grut. pag.* 132. *n.* 1.

C. JULIUS. ASPER. II.

C. JULIUS. ASPER.

Horum Consulatum ad annum Christi CCXII. rejicit Cl. Muratorius, qui ægre tamen sibi persuadere potest utrumque ex hisce fratribus Caji prænomine fuisse insignitum; auctoritate fortasse Relandi adductus, qui putat alterum Cajum, Cnejum alterum appellari omnino debuisse. At cum Muratorii, tum Relandi conjecturam funditus evertit Tabula ab Archivio Vaticano sumta, & a Fabreto edita [k], in qua eadem nomina, eademque prænomina utrique Consuli fratri tribuuntur. Quum prolixior ea sit, quatuor ultimos dumtaxat inscriptionis versus hic exscribimus.

[K] *Fabr. p.* 494. *n.* 188.

M. VALERIUS. PÆTUS. AQUI. . . .
COOPTATUS.
C. JULIO. ASPRO. II. C. JULIO. ASP......
P. R. C. ANN. DCCCCLX.

[l] *In Fast. ap. Sig. p. 727.*
[m] *Murat. pag. 353. n. 1.*

Alter ex binis hisce Consulibus iterum Consulari potestate ornatus legitur in lapide Vaticano [*l*]; & in inscriptione apud citatum Muratorium (*m*) ille idem Asper non modo bis Consul, sed Urbana etiam Præfectura auctus dicitur.

ASPER. BIS.
COSUL * Sic
PRÆFECTUS. URBI.

[n] *Murat. pag. 302. n. 3.*
[o] *Lex. univ. t. 1. p. 369.*
[p] *Tac. an. 15. p. 366.*
[q] *In Tac. l. 1. p. 24.*
[r] *Dio. lib. 56. pag. 600.*
[s] *De Pont. 4. 9. v. 105.*

Alterius Aspri, suffecti Consulis meminit aliud Muratorianum Saxum (*n*); & Hoffmanus [*o*] Asprum quemdam sine ullo prænomine sequiori ævo Consulem tradit, quem Ariovindo Collega Consulatum gessisse imperante Theodosio juniore anno V.C. MCLXXXVI. Christi CCCCXXXIV. ex fastis nos colligimus. Non omittendus hic videtur Sulpitius Asper Prætorianæ Cohortis Centurio, quem contra Neronem insidias instruxisse, *& jussam pœnam subeuntem magnum constantiæ exemplum præbuisse Tacitus auctor est* (*p*).

. . . . INICA. . . . i.e. Flaminica. Non Viri solum, in Sacerdotum numero adscripti, sed fœminæ etiam; *adeo projecti*, inquit Lipsius [*q*], *in adulationem tunc mores*. Flaminicarum origo, & institutio a Livia Augusti conjuge repetenda videtur, quæ Senatus Consulto (*r*) Viri sui Sacerdos miro exemplo facta est. Unde Ovidius (*s*).

Nec pietas ignota mea est, videt hospita tellus
In nostra Sacrum Cæsaris esse Domo.

Stant

Stant pariter Natusque pius, Conjuxque Sacerdos
Numina jam facto non leviora Deo.

Liviæ Augustæ exemplum secuta est Agrippina, quum Divi Claudii Sacerdos fieret (*t*). Hæ Sacerdotes fœminæ nomen ab Augusta inter Deos cooptata plerumque obtinebant; quamobrem Faustinianæ dictæ sunt illæ Puellæ Alimentariæ, quas in honorem Faustinæ uxoris suæ instituerat Antoninus Pius [*u*]; sicuti Mammeanæ, quas in honorem matris suæ Mammeæ decreverat Alexander Severus [*x*]. Porro Flaminica Sacerdos erat unius Principis Divi facti, sideribusque recepti post mortem cultui addicta, cujus erat Sacra, in quibus omnes fortunas, referente Tacito [*y*], effundere solebant, in illius honorem facienda singillatim curare; quod ex Tertulliano (*z*), & ex inscriptionibus exploratum est (*a*).

[t] *Tac. an.* 13.
[u] *Capitol. c.* 26.
[x] *Lamprid. c.* 57.
[y] *Tac. an.* 14.
[z] *Tertull. de Idolat. c.* 10.
[a] *Grut. p.* 322. *n.* 12.

CANTIÆ. L. F. SATURNINÆ.
FLAMIN. SACERD.
DIVÆ. PLOTINÆ.

Flaminicum tamen Sacerdotium cum viris, tum fœminis ad certum definitumque tempus haudquaquam permittebatur. Quædam enim Sacerdotio fungebantur usque dum viverent; & hæc Flaminicæ Perpetuæ in antiquis lapidibus appellantur [*b*].

[b] *Grut. p.* 101. *n.* 3. 4.

M. LUCR. C. F. CAMPANÆ.
FLAM. PERP. DIVI.
TRAJANI.

LUCR. L. F. CAMPANA.

FLAM. PERP.

DOM. AUG.

Quædam vero ad annum solummodo creabantur, quæ elapso Flaminio exibant, aliæque subrogabantur; & hæ Flaminicæ uno verbo in veteribus inscriptionibus dicuntur, ut patet ex hisce Gruterianis (c).

(c) Grut. p. 459. n. 9. p. 322. n. 12.

VIBIA. L. F. MARCELLA.

FLAMINA. AUGUSTI.

CANTRIÆ. P. F. PAULLÆ.

FLAM. DIVÆ.

AUGUSTINÆ.

In harum Flaminicarum censum secunda nostra, ut perspicuum est, referenda omnino videtur. Verum enim vero, quum annuum Sacerdotium explevissent, illud in alia Civitate impetrare poterant; quin imo eodem prorsus tempore duabus in Civitatibus Flaminium obtinere. Jam dubitare haud sinit Pisauriense Marmor. p. 79.

ABEINÆ. C. F. BALBINÆ.

FLAMINICÆ.

PISAURI. ET. ARIMINI.

Inde Provinciarum, Municipiorum, & Coloniarum Flaminicæ, quæ statutis diebus municipalia sacra peragerent, in priscorum monumentis sæpissime occurrunt. Apud Gruterum (d). LA-

(d) Grut. p. 323. n. 6. 7.

LABERIÆ. L. F. GALLÆ.
FLAMINICÆ.
MUNICIPI. EBORENSIS.

D. M.
JUL. C. F. TERTULIN.
FLAM. COLON. APTÆ.

Imo quaſdam reperire eſt perpetuo quoque Flaminio in Provinciis, Municipiis, & Coloniis donatas [e].

[e] Grut. p. 13. n. 6.

FLAVIA. L. F. RUFINA.
EMERITENSIS.
PROVINC. LUSITANIÆ. ITEM.
COLONIÆ. EMERITENSIS.
PERPET. ET. MUNICIPI.
SALACIENSIS.

Et quaſdam deſignari ſolitas, ut illis continuo ſuccederent, quæ ad tempus ſolummodo legebantur, certiores evadimus ex alio Gruteriano lapide (f), in quo

[f] Grut. p. 323. n. 2.

D. M.
CÆCILIÆ. D. F. APRULLÆ.
FLAM. DESIGNATÆ. COLON.
DEA. AUG. VOC.

Quod vero hiſce Sacerdotibus fœminis ſumma præeſſet

Sacerdos, quæ dies solemnes indiceret, & sacrorum leges ferret, conjectari ultro possumus, ex græco epigrammate nuper a Muratorio in Thesauro inscriptionum publici juris facto [g].

[g] Murat. pag. 161. n. 6.

ΝΥΜΦΙΔΙΑ. ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ.

i.e. *Nymphidia Pontifex*, sive *summa Sacerdos*. Conjecturam augere mirifice videtur sequens Gruteriana Inscriptio [h].

[h] Grut. p. 174. n. 8.

JUNIA. D. F. RUSTICA.
SACERDOS. PERP. ET.
PRIMA. IN. MUNICIP.
CARTIMITANOR. &c.

De Flaminica autem, quæ uxor flaminis esset, de flammeis ejus vestibus, de Virga, sive Arculo, quo in sacris faciundis utebatur, non est cur impræsentiarum dicamus.

DIVÆ. DRUSILLÆ .... Soror hæc Caji Caligulæ Imperatoris, quam frater adeo amavit, ut etiam corrupisse ferant; ac demum in modum justæ uxoris propalam habuisse refert Svetonius, qui *illa defuncta*, inquit (i), *Justitium indixit, in quo risisse, lavisse, cœnasse cum parentibus, aut conjuge, liberisque capitale fuit; nec unquam postea quantisumque de rebus, nec pro concione populi, aut apud milites, nisi per Numen Drusillæ dejeravit*. Juramenti formula ibidem legitur, quæ hisce verbis continetur. *Neque me Liberosque meos cariores habebo, quam Cajum, & Sorores ejus*: Agrippinam videlicet, Drusillam, & Juliam. Inter Deos post mortem retulit; ejus statuam in foro collocari jussit; divinosque, quos Livia a Claudio Cæsare honores tulerat, Drusillæ Augustæ Cajus decrevit (k). Peculiari insuper in ejus cultum erecto fano, imperavit, ut per

[i] Svet. in Caligul. n. 24.

[K] Dio. lib. 59. p. 648. Tac. ann. lib. 5.

per omnes Urbes coleretur Veneris cognomento Pantheæ; quo referri debet inſcriptio.

VENERI. CÆLESTI.
AUGUSTÆ. SACR.
NUMMIA. C. F. DORCAS.
S. P. F. C. i.e. Sua pecunia fieri curavit.

Venus dicta, quia nomina mutabantur iis, qui in Divorum Cenſum adſcriberentur (*l*), quod unum animadvertimus, cum de Apotheoſi ſuperius jam dixerimus, multaque, quæ dici poſſent, trita omnino, compertaque ſint. In nummis tamen apud Begerum [*m*] Druſilla ſub habitu concordiæ culta inter ſorores cernitur; & in numiſmate aureo a doctiſſimo Debie relato [*n*] eadem Auguſta conſpicitur pateram habens, perpetuamque Deæ Pietatis imaginem referens; Conſtantiæ vero Agrippina, quæ columnæ innititur; & Fortunæ Julia, Druſillæ Auguſtæ Sorores. Non itaque Veneris cognomento dumtaxat culta eſt Caij Soror, uti ex Dione, Tacito, & inſcriptionibus vidimus; ſed etiam Dearum Pietatis, & Concordiæ habitu, ut numiſmata apertiſſime teſtantur.

[l] *Dempſt. in Roſ. p. 478.*

[m] *Beg. t. 2. p. 617.*

[n] *Debie p. 15. n. 10.*

.... VM. .... Supple Balneum. Balneo veteres non ſolum curandæ valetudinis cauſſa utebantur; verum etiam ad mollitiem; tum quoque antequam rem divinam agerent, tum ante cœnam, tum poſt gymnicos exactos ludos. A meridiano ad veſperum tempus lavationi proprium cenſebatur; ideo Martialis (*o*).

[o] *Mart. l. 10. 48.*

Nunciat octavam Phariæ ſua turba juvencæ
Et pilata redit, jamque ſubitque cohors.
Temperat hic thermas, nimios prior hora vapores
Halat, & immodico ſexta Nerone calet.

ET.

ET. PISCINAM ..... Piscina Balnei pars frigidaria censebatur, a Græcis dicta κολυμβήθρα. In piscina enim natare solebant hi, qui a thermis exirent. Facit in hanc
(p) Sid. l. 2. ep. 2. rem Sidonii locus [p].

Intrate algentes post balnea torrida fluctus,
Ut solidet calidam frigore lympha cutim.

(q) Lampr. c. 30. Et de Alexandro Severo Lampridius (q): *atque ibi unctus lavabatur, ut Caldaria vel nunquam, vel raro, piscina semper uteretur.* In Balneis enim tres Cellæ numerabantur, Caldaria nempe, Tepidaria, & Frigidaria, de quibus, sicuti de porticibus, & exedris Balneorum, deque balneatoribus, vasibus, unguentis, strigilibus, quibus lavationis ergo utebantur, legendi sunt Octavius, Ferrarius, Rosinus, Fabretus, Pitiscus, apud quos plura.

SOLO. SUO .... i.e. Solo suo Balneum, & Piscinam
(r) Vitruv. c. 10. p. 197. extrui curaverat. In loco calidissimo, Vitruvio (r) auctore, Balnea ædificari debebant; ita ut aversa essent a Septentrione, & Aquilone; lumenque ab Occidente hyberno, aut si locus aptus non esset, a meridie acciperent. Hujusce vero generis ædificiorum magnificentiam inscriptiones, historicorum monumenta, & quæ etiamnum supersunt variis in locis rudera, satis superque ostendunt. De
(s) Sen. epist. 86. privatorum Balneis Seneca hæc scribit [s]: *Quod quisque pauper sibi videbatur, ac sordidus, nisi parietes Balneorum magnis, ac pretiosis orbibus refulsissent, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta fuissent; nisi illis undique operosa, & in picturæ modum variata circumlitio prætexeretur, nisi vitro conderetur camera, nisi aquam argentea epistomia fudissent. Quid cum ad Balnea libertinorum pervenero? Quantum statuarum, quantum columnarum est, nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum, & impensæ caussa?* Concinit Statius (t).
(t) Stat. Syl. lib. 1. v. 42.

Effulgent Cameræ, vario fastigia vitro
In species animosque nitent.

Jam

Jam ex hisce privatorum Balneis, quorum immoderatum luxum merito indignatur Seneca, clarissime percipimus quam splendida, & quam magnis profusisque sumtibus publica Balnea cum Romæ, tum in Municipiis, & Coloniis construerentur. Nulla sane nostri Taurinensis Balnei post tam longam annorum seriem superant vestigia; neque quidquam vetustiorum etiam Patriæ Scriptorum ope de ejus magnitudine, & splendore decernere possumus; attamen magnificentissimum, ut credamus, multa faciunt; tum quia Balnea in illustriori Civitatis solo, ut commoditati non solum, sed & ornamento essent, ædificari solebant; tum quod non a privata fœmina, sed publico munere aucta extructum illud fuerat; tum maxime suadet inscriptio, quæ omni procul dubio jussu, omniumque Ordinum Taurinatium consensu in ejus honorem, & accepti beneficii memoriam erecta fuit; cui verosimile est impositam etiam fuisse Statuam; juxta receptum antiquorum morem. Statuis siquidem, & hujusce generis perpetuo duraturæ memoriæ monumentis eorum nomen augere consueverant, qui Balnea, Thermas, & hisce similia ad suorum utilitatem, & commodum impensa sua condidissent, mirifice ad rem nostram Doniana inscriptio (u), in qua legimus *Lucio Urvinio Philomuso, quia lavationem gratuitam Prænestinis testamento legaverat, Ordinem splendidissimum Prænestinorum decrevisse, ut ei publicæ sepulturæ, & statuæ in foro erigendæ locus daretur*. Nec mirum sane, quum nil jucundius, nullaque tam accepta res populo evenire posset, quam si publici Balnei ope gratuitam lavationem obtineret. Inde factum est etiam, ut eisdem Balneorum, & Thermarum conditores prosequerentur honoribus, puta Decurionatus, Flaminii, *Quinquennalitatis*, Patronatus, Seviratus, & similium, quibus in Municipiis, & Coloniis eos potissimum cumulabant, qui Muros, Mœnia, Pontes, Vias, Portas, Templa aut stravissent, aut refecissent (x).

(u) *Don. cl.* 2. 69.

(x) *Rein. cl.* 1. *in marm.* 120.

Quem-

ET. PISCINAM ..... Piscina Balnei pars frigidaria censebatur, a Græcis dicta κολυμβήθρα. In piscina enim natare solebant hi, qui a thermis exirent. Facit in hanc rem Sidonii locus [p].

(p) Sid. l. 2. ep. 2.

Intrate algentes post balnea torrida fluctus,
Ut solidet calidam frigore lympha cutim.

Et de Alexandro Severo Lampridius (q): *atque ibi unctus lavabatur, ut Caldaria vel nunquam, vel raro, piscina semper uteretur.* In Balneis enim tres Cellæ numerabantur, Caldaria nempe, Tepidaria, & Frigidaria, de quibus, sicuti de porticibus, & exedris Balneorum, deque balneatoribus, vasibus, unguentis, strigilibus, quibus lavationis ergo utebantur, legendi sunt Octavius, Ferrarius, Rosinus, Fabretus, Pitiscus, apud quos plura.

(q) Lampr. c. 30.

SOLO. SUO .... i.e. Solo suo Balneum, & Piscinam extrui curaverat. In loco calidissimo, Vitruvio (r) auctore, Balnea ædificari debebant; ita ut aversa essent a Septentrione, & Aquilone; lumenque ab Occidente hyberno, aut si locus aptus non esset, a meridie acciperent. Hujusce vero generis ædificiorum magnificentiam inscriptiones, historicorum monumenta, & quæ etiamnum supersunt variis in locis rudera, satis superque ostendunt. De privatorum Balneis Seneca hæc scribit [s]: *Quod quisque pauper sibi videbatur, ac sordidus, nisi parietes Balneorum magnis, ac pretiosis orbibus refulsissent, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta fuissent; nisi illis undique operosa, & in picturæ modum variata circumlitio prætexeretur, nisi vitro conderetur camera, nisi aquam argentea epistomia fudissent. Quid cum ad Balnea libertinorum pervenero? Quantum statuarum, quantum columnarum est, nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum, & impensæ caussa?* Concinit Statius (t).

(r) Vitruv. c. 10. p. 197.

(s) Sen. epist. 86.

(t) Stat. Syl. lib. 1. v. 42.

Effulgent Cameræ, vario fastigia vitro
In species animosque nitent.

Jam

Jam ex hisce privatorum Balneis, quorum immoderatum luxum merito indignatur Seneca, clarissime percipimus quam splendida, & quam magnis profusisque sumtibus publica Balnea cum Romæ, tum in Municipiis, & Coloniis construerentur. Nulla sane nostri Taurinensis Balnei post tam longam annorum seriem superant vestigia; neque quidquam vetustiorum etiam Patriæ Scriptorum ope de ejus magnitudine, & splendore decernere possumus; attamen magnificentissimum, ut credamus, multa faciunt; tum quia Balnea in illustriori Civitatis solo, ut commoditati non solum, sed & ornamento essent, ædificari solebant; tum quod non a privata fœmina, sed publico munere aucta extructum illud fuerat; tum maxime suadet inscriptio, quæ omni procul dubio jussu, omniumque Ordinum Taurinatium consensu in ejus honorem, & accepti beneficii memoriam erecta fuit; cui verosimile est impositam etiam fuisse Statuam; juxta receptum antiquorum morem. Statuis siquidem, & hujusce generis perpetuo duraturæ memoriæ monumentis eorum nomen augere consueverant, qui Balnea, Thermas, & hisce similia ad suorum utilitatem, & commodum impensa sua condidissent, mirifice ad rem nostram Doniana inscriptio (u), in qua legimus *Lucio Urvinio Philomuso, quia lavationem gratuitam Prænestinis testamento legaverat, Ordinem splendidissimum Prænestinorum decrevisse, ut ei publicæ sepulturæ, & statuæ in foro erigendæ locus daretur*. Nec mirum sane, quum nil jucundius, nullaque tam accepta res populo evenire posset, quam si publici Balnei ope gratuitam lavationem obtineret. Inde factum est etiam, ut eisdem Balneorum, & Thermarum conditores prosequerentur honoribus, puta Decurionatus, Flaminii, *Quinquennalitatis*, Patronatus, Seviratus, & similium, quibus in Municipiis, & Coloniis eos potissimum cumulabant, qui Muros, Mœnia, Pontes, Vias, Portas, Templa aut stravissent, aut refecissent (x).

(u) *Don.cl.2.69.*

(x) *Rein.cl.1.in marm.*120.

Quem-

Quemadmodum vero ex disciplina Augurum restituta, refectaque Balnea fuisse tradunt non obscure veteres inscriptiones (y).

(y) Mur. p. 371. n. 8.

BALNEA.
EX. DISCIPLINA. AUGURUM.
L. DOMITI. AURELIANI. IN-
VICTI. AUG. POST. LONGAM.
SERIEM. ANNORUM.
RESTITUIT.
Q. ÆMILIUS. VICTOR.
SAXONIANUS.

Ita conjiciendi locus oriri videtur, auspicato etiam, & nonnisi quadam religione ædificari ea consuevisse. Illud cæteroquin extra omnem dubitationis aleam est Balnea, & Thermas variis Deorum simulacris ornari usu antiquitus venisse. Opportune Gruterianum Saxum, jam a nobis superius laudatum.

JUNIA. D. F. RUSTICA. SACERDOS.
PERP. ET. PRIMA. IN. MUNICIP.
CARTIMITANOR. PORTICUS.
PUBL. VETUSTATE. CORRUP.
REP. SOLUM. BALINEI. D.
VECTIG. PUB. VENDIC.
SIGNUM. ÆREUM. MARTIS.
IN. FO. P. ET. BALINEUM.

SOLO.

SOLO . SUO . CUM . PISCINA .
ET . SIGNO . CUPIDINIS .
EPULO . DATO . ET .
SPECTACUL. EDITIS .
D. S. P. D. D. i.e. De sua pecunia dono dedit.

Ex qua Inscriptione colligere ulterius possumus eos nimirum, qui Balnea publica suis dedissent, spectacula, ludosque edere, & epula suo sumtu dare consuevisse. MUNICIPIBUS . SUIS . DEDIT . Coloniarum itaque incolæ Municipes appellabantur? Non uno loco jam diximus, & qui in rebus antiquis vel paullulum versatus fuerit, probe scit Taurinam Civitatem ab initio Coloniam deductam a Julio Cæsare fuisse (z). Taurini tamen Cives a Concive sua Municipes in hoc lapide nuncupantur. Verum enim vero *quotus*, inquit Gellius (a), *fere nostrum est; qui quum ex Colonia Populi Romani sit, non & se Municipem esse, & Populares suos Municipes esse dicat?* Et Ulpianus [b] *sed nunc abusive Municipes dicimus suæ cujusque Civitatis Cives, ut puta Campanos, Puteolanos, Coloniæ nempe utriusque incolas*. Hinc in antiquis inscriptionibus eandem Civitatem modo Coloniam, modo Municipium dici legimus; multaque in hanc rem suppetunt exempla, quæ Vir maximæ eruditionis Oliverius de Abbatibus ex Grutero, Fabreto, & Fontanino in commentariis Marmorum Pisaurensium (c) diligentiori cura, & studio collegit. Unum excerpsisse nos satius judicavimus; Hispelli nempe, quod Colonia appellatur in Marmore Gruteriano [d].

(z) *Dio. lib.* 41. *Plin.* III. 17.

(a) *Gell. lib.* 16. c. 13.

(b) L. 1. D. *ad municip. & de incol.*

(c) *Marm. Pisaur. p.* 143.

(d) *Grut. p.* 351. *n.* 1.

ALFIUS . C. F. LEM. RUF.
II. QUIN. COL. JUL.
HISPELLI . &c.

Mu-

(e) Rein. cl. 1. 297.

Municipium vero apud Reinesium (*e*).

GENIO.

MUNICIPI. HISPELLI.

SACR. &c.

(f) In Rosin. lib. 10. p. 1605.

(g) Cic. Philip. 13. 8.

(h) Gell. lib. 16. c. 13.

Si Dempsterum [*f*] audire velimus, eadem Civitas Colonia dicta fuit, quia forma Reipublicæ Colonicæ uteretur, Municipium vero, quia suffragii jus Romæ ferendi esset adepta. Nos tamen haud inviti credimus Taurinorum Augustam jam tum splendidissimam Urbem ex Colonia, in Municipii, quod meliori erat conditione, statum ab aliquo Imperatore redactam fuisse. Neque quis in hac re nobis succenseat tamquam Patriæ nimium indulgentibus; non desunt quippe in veteribus monumentis illustria exempla, quibus conjecturam nostram bis iterumque confirmemus. Svessam profecto ex Colonia Municipium factum fuisse apertissime tradit Cicero (*g*): *Lautissimum*; inquit, *Oppidum nunc Municipium honestissimorum quondam Colonorum Svessam, fortissimorum militum sanguine implevit*. Et de Prænestinis narrat Gellius [*h*], *qui quum ab Imperatore Tiberio petiissent, & orassent, ut ex Colonia in Municipii statum redigerentur, id illis Tiberium pro referenda gratia tribuisse, quod in eorum finibus sub ipso Oppido ex capitali morbo revaluisset*.

Quidni de Taurinorum Augusta idem ac de Svessa, & de Prænestinis suspicemur? Nimirum hoc modo Taurinorum Civium præclara gesta, fortitudinem, & singularem, qua res Romanas tuebantur, fidem peculiari hoc, insignique dono remunerati Imperatores fuissent.

Rerum

Rerum notatu dignarum

INDEX.

A

Bac-

B

C

D

E

F

G

He-

H

I

L

M

N

O

Pa-

P

Q

R

S

Suos

T

Tri-

V

Pag.	lin.	ERRATA	CORRIGE.
13.	10.	apud Pitiſcum	apud Gruterum, & Pitiſcum
16.	9.	Deum	Deam
51.	13.	ab illo non fuiſſe	ab illo fuiſſe
65.	25.	Crotrala	Crotala
97.	4.	Linius	Linus
123.	17.	juxta conjecturam	conjecturam
140.	9.	cconcinit	concinit
142.	17.	pulte fritilla	pulte fitilla
149.	4.	non paucus	non paucas
153.	3.	inſcriptionibus	in inſcriptionibus
	13.	& anno Chriſti CCCXLI.	& anno jam Chriſti CCCXLI.
155.	25.	regiones	Legiones
166.	27.	hominis	ominis
170.	14.	amoris	Homeri
173.	10.	quem	quod
218.	26.	romanis	Romanis
220.	29.	cultas	culta
226.	29.	veri	Veri.
236.	33.	malleus	mallemus
239.	4.	Pallio	Pollio.



PRÆFATIO.



ANTUS jam nostra hac ætate, qua liberales omnes disciplinæ maximo cum fructu excoluntur, exarsit ubique gentium antiquitatis amor, ut non solum sollers omnia scrutandi sollicitudo pene quidquid sub terram erat, in apricum protulerit, verum etiam omnia scripta, vel cælata marmora quæcumque reperiri potuere, & in lucem edita sint, & virorum eruditorum animadversionibus illustrata. Qui omnes profecto non modicam gloriam sunt consecuti; at ii præsertim operæ pretium fecisse, ac peculiarem laudem promeriti videntur, qui illius, in qua nati essent, & viverent, Urbis, aut Provinciæ antiquis monumentis illustrandis animum applicuerunt. Horum

nobis exemplum sequi, patriæque amorem, & illius illustrandæ studium placuit æmulari, quanquam & nostrarum virium nobis perspecta imbecillitas, & rei difficultas deterreret. Nec quidquam ausi essemus, nisi patriæ caritas acribus sæpe stimulis nostrum excitasset animum ad aliquod in nostratibus marmoribus illustrandis industriæ nostræ periculum faciundum. Quum enim videremus nullam jam pene esse alicujus nominis Urbem, cujus antiqua marmora jam in lucem edita non essent, dolebamus Subalpina, & Taurinensia, quæ, & numero, & rerum scitu dignarum præstantia nullis aliis cederent, eadem luce tandiu carere, ac omnium ultima vix esse proditura. Hæc igitur quicumque legent, nostram saltem in patriam voluntatem commendabunt, quod a nostratibus præsertim sperare juvat.

At vero benevolum Lectorem, antequam oculos ad nostram hanc lucubrationem conferat, tria monitum volumus. Primum sit, quinam servatus a nobis in interpretatione modus, alterum brevis nostrorum marmorum historia, tertium parva de Inscriptionum, & Anaglyphorum usu apud antiquos isagoge, qua multa ad singula pene marmora iteranda prævio antea innuens obtutu minime deinceps Lector desiderabit. Ab eo, quod primum proposuimus, ordiamur.

Rem ipsam auspicantibus illud etiam nobis venit in mentem, quod omnibus sanæ mentis aliquid aggredientibus ultro se offert neminem posse ali-

aliquid ſcribentem omnibus ſatisfacere; ſolo bonorum virorum judicio acquieſcendum, eumque ſervandum eſſe tenorem, quem iſtis placiturum eſſe ſperamus. Ceterum ſicut omnibus in rebus, ita præſertim in antiquitate explicanda cavendum, ne quid nimis, nec omnia ſollicita, ac putida curioſitate inveſtigando, nec ea omittendo, quæ ſcitu digna cenſeantur. Illud itaque nobis ſervandum ſtatuimus, quod cupido ſciendi viro præſcribit Cicero (*a*) optimus in quocumque argumento dicendi, ſcribendique magiſter. *Duo vitia* (inquit ille) *vitanda ſunt in cognitionis, & ſcientiæ ſtudio. Unum, ne pro cognitis habeamus incognita, hiſque temere aſſentiamus, quod vitium effugere qui volet* (*omnes autem velle debent*) *adhibebit & tempus, & diligentiam ad conſiderandas res. Alterum eſt vitium, quod quidam nimis magnam operam conferunt in res obſcuras, atque difficiles, eaſdemque non neceſſarias; quibus vitiis declinatis, quod operæ, curæque ponetur in rebus honeſtis, & cognitione dignis, id jure laudabitur. Cupere omnia ſcire* (monet idem) (*b*) *cujuſcumque modi ſint curioſorum eſt; duci vero cupiditate ſcientiæ ad magnarum rerum contemplationem ſummorum virorum eſſe eſt putandum*. Cautum itaque per nos fuit, quantum de ſua diligentia ſpondere homines poſſunt, nequid incertum pro certo, nequid ſcitu indignum inter multa ſcitu digna poneremus. Quis enim neſcit multa perſecutos eſſe aliquos Antiquarios obſcura incerta, cognitu indigna, nihil profutura, magnam temporis, & operæ jacturam fa-

[a] *Offic. lib. 1.*

[b] *Lib. de finibus 5.*

nobis exemplum sequi, patriæque amorem, & illius illustrandæ studium placuit æmulari, quanquam & nostrarum virium nobis perspecta imbecillitas, & rei difficultas deterreret. Nec quidquam ausi essemus, nisi patriæ caritas acribus sæpe stimulis nostrum excitasset animum ad aliquod in nostratibus marmoribus illustrandis industriæ nostræ periculum faciundum. Quum enim videremus nullam jam pene esse alicujus nominis Urbem, cujus antiqua marmora jam in lucem edita non essent, dolebamus Subalpina, & Taurinensia, quæ, & numero, & rerum scitu dignarum præstantia nullis aliis cederent, eadem luce tandiu carere, ac omnium ultima vix esse proditura. Hæc igitur quicumque legent, nostram saltem in patriam voluntatem commendabunt, quod a nostratibus præsertim sperare juvat.

At vero benevolum Lectorem, antequam oculos ad nostram hanc lucubrationem conferat, tria monitum volumus. Primum sit, quinam servatus a nobis in interpretatione modus, alterum brevis nostrorum marmorum historia, tertium parva de Inscriptionum, & Anaglyphorum usu apud antiquos isagoge, qua multa ad singula pene marmora iteranda prævio antea innuens obtutu minime deinceps Lector desiderabit. Ab eo, quod primum proposuimus, ordiamur.

Rem ipsam auspicantibus illud etiam nobis venit in mentem, quod omnibus sanæ mentis aliquid aggredientibus ultro se offert neminem posse

ali-

aliquid ſcribentem omnibus ſatisfacere; ſolo bonorum virorum judicio acquieſcendum, eumque ſervandum eſſe tenorem, quem iſtis placiturum eſſe ſperamus. Ceterum ſicut omnibus in rebus, ita præſertim in antiquitate explicanda cavendum, ne quid nimis, nec omnia ſollicita, ac putida curioſitate inveſtigando, nec ea omittendo, quæ ſcitu digna cenſeantur. Illud itaque nobis ſervandum ſtatuimus, quod cupido ſciendi viro præſcribit Cicero (*a*) optimus in quocumque argumento dicendi, ſcribendique magiſter. *Duo vitia* (inquit ille) *vitanda ſunt in cognitionis, & ſcientiæ ſtudio. Unum, ne pro cognitis habeamus incognita, hiſque temere aſſentiamus, quod vitium effugere qui volet* (*omnes autem velle debent*) *adhibebit & tempus, & diligentiam ad conſiderandas res. Alterum eſt vitium, quod quidam nimis magnam operam conferunt in res obſcuras, atque difficiles, eaſdemque non neceſſarias; quibus vitiis declinatis, quod operæ, curæque ponetur in rebus honeſtis, & cognitione dignis, id jure laudabitur. Cupere omnia ſcire* (monet idem) (*b*) *cujuſcumque modi ſint curioſorum eſt; duci vero cupiditate ſcientiæ ad magnarum rerum contemplationem ſummorum virorum eſſe eſt putandum*. Cautum itaque per nos fuit, quantum de ſua diligentia ſpondere homines poſſunt, nequid incertum pro certo, nequid ſcitu indignum inter multa ſcitu digna poneremus. Quis enim neſcit multa perſecutos eſſe aliquos Antiquarios obſcura incerta, cognitu indigna, nihil profutura, magnam temporis, & operæ jacturam

[a] *Offic. lib. 1.*

[b] *Lib. de finibus 5.*

facientes in quæstiunculis inutilibus, quales illæ fuere apud quosdam antiquos Grammaticos: *quem numerum remigum Ulysses habuisset? Utrum Æneas dextrum, prius an sinistrum pedem Latio intulerit? Utra manus Veneris a Diomede vulnerata?* aliæque hujusmodi, quibus excussis, & definitis neque melior, neque doctior sis. Absit itaque, ut in frivolis teramus tempus, & minima quæque sectando abeamus in ineptias, & in antiquis exponendis marmoribus eos imitemur, qui, ut in proverbio est, πάντα λίθον λίπαρον προσκύνουσι. i. e. *politum omnem lapidem adorant*. Neque enim

> *Ut pueri infantes credunt signa omnia ahena*
> *Vivere, & esse homines,*

sic nos quidquid ab antiquis relictum fuit, arcana prorsus continere mysteria credimus. Non eandem curam, & diligentiam singula postulare visa sunt. Alia longiuscula illustramus commentatione, alia brevibus tantum annotationibus, & scholiis materiæ dignitatem secuti, non scribendi pruriginem, ea in medium afferendo, quæ & ad rem essent, & utilitatem simul cum aliqua voluptate conjunctam habeant. Illud tamen servandum etiam duximus, ut nec jejunum dimitteremus, & male pastum Lectorem, nec inconditam rerum copiam fastidientem protinus averteremus. Ineptum utrumque ducimus in antiquitate extricanda, aut omnia primis tantum labris, & superbo dente de-

degustare, aut vorare omnia, & micas ipsas tanquam e mensa Deorum legere. Vellemus enim nos & juventuti antiquitatis studiosæ, & præsertim optimarum artium candidatis Regium Athenæum quotidie convenientibus, quorum oculis semper hæc obversantur marmora, lucubrationem nostram nec inutilem, nec injucundam esse, simulque non indignam, si tantum Superi nobis sunt propitii, Virorum doctorum obtutibus. Itaque nemo nova hic omnia, & inaudita adhuc eruditis expectet, nec omnia tamen e trivio desumta, lippisque, & tonsoribus nota. Multa quanquam satis perspecta in gratiam tironum prætermittere noluimus; multa etiam ob raritatem, & novam aliquam lucem placitura doctis, ut speramus, pro viribus nostris ad trutinam diligenter revocata inseruimus. Ita etiam quanquam ea citata sint a nobis auctorum loca, quæ Lector plura cupiens desiderare posset, non tamen scrupulosi fuimus in ponendis eorum verbis, quoties res perspectas omnibus Scriptorum testimonio probare necesse non esset. Græca semper nos ipsi latinitate donavimus, nisi quando quod perrarum est, accuratissimum nacti sumus interpretem, ejusque tunc nomen addidimus.

At *pulchre*, *bene*, *recte*, dicet aliquis, si dictis facta respondent, & fideliter præstamus ea, quæ magnifice pollicemur. Duo volumus Lector animadvertat, ut operam nostram æqui, bonique faciat. Unum nihil tam commune esse hominibus,

quam errare, & falli; alterum nihil ferme unquam esse, quod probetur ab omnibus, Quod ad primum attinet, id ignoscas, quod nos errasse cognoveris. Hanc enim Antiquarii veniam *petimusque, damusque vicissim*. Ad alterum quod spectat, cum Horatio dicemus. (c)

[c] Ep. 2. lib. 2.

- - - Non omnes eadem mirantur, amantque . .
Quid dem? quid non dem? renuis tu quod jubet alter.

Vel cum festivo illo Samosateno.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διάκριτον ἐστὶ νόημα.
Ὃ δε σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Nemo homines inter dabit inculpabile quidquam;
Quod tu miraris, ridet idem hoc alius.

Veniamus jam ad marmorum nostrorum historiam. Ea, quæ hic exhibemus, alia in hac Augusta Urbe posita fuere, diuque cognita, alia ex ejusdem antiquis ruinis recens eruta lucem non multos ante annos aspexere; alia ex finitimis Urbibus huc translata, alia demum non in Subalpino solo nata, verum aliunde Principum nostrorum sumtu conquisita, & ad augendum eorumque Κειμήλιον asportata. Omnia nunc, & singula ad invicem distinguere facile non est, quum de nonnullis parum certi simus, quo primum steterint loco, uti ad singula postea notabimus, &

vix,

vix; ac ne vix quidem conjecturis id aliquando dijudicari possit. Cogimur itaque id etiam interdum prætermittere, quod non pauci marmorum interpretes neglexere, quum tamen multum intersit ad illustrandam historiam notare, ubi hæc steterint. Quæ olim fuerint Augustæ Taurinorum, videre est in Pingonio, & Guichenonio. At præter ea, quorum non pauca jam perierunt, multa etiam in nova Urbis amplificatione eruta sunt, quæ una simul cum iis omnibus, quæ supererant in ipsa Urbe saxis, ut in Regii Athenæi recenter etiam extructi cavædio sub porticibus collocarentur, auctor fuit clarissimus, & eruditissimus vir Marchio Scipio Maffejus, cujus nomen tandiu celebrabitur, quandiu honos bonis erit artibus. Ibi itaque egregio ordine ejus consilio disposita, & a temporis injuriis tuta, & juventuti frequentissimæ ad auditoria confluenti conspicua sunt quadruplicis generis marmora, alia, ut diximus, quæ Taurini olim exstabant, alia, quæ recenter ibidem eruta, alia quædam e finitimis provinciis huc advecta, alia nonnulla tandem Principum nostrorum sumtibus aliunde comparata. Nos pauca tantum nunc illustrata pro modulo nostro in lucem edimus, deinceps alteram partem edituri, & plurima alia, quæ in Subalpinis, & Transalpinis regionibus habentur monumenta illustraturi; quæ inter Secusinus peculiarem locum habebit arcus; si primum hoc industriæ nostræ specimen non ingratum erit Lectoribus.

Restat ultimum de veteribus hujusmodi monumentis pauca præfari, & nonnullas addere circa Inscriptionum usum observationes Tironibus præcipue, quorum gratia etiam scribimus, nec inutiles, nec injucundas.

Quæcunque superest antiqua memoria, vel suppellex, ea maximo semper in pretio habenda, quia uti diximus, ad veterum mores, historiam, aliaque intelligenda multum conducit. Antiqua dicitur a nobis suppellex quidquid apud cultas nationes, veluti Romanam, Græcam, Hetruscam extitit ante seculum a partu Virginis quintum. Nam deinceps barbaries quædam totum terrarum orbem occupavit, & quidquid postea memoriæ mandatum est, ab eruditis viris non temnitur, est enim maximæ utilitatis, sed ob ruditatem, & barbariem a felicioribus ætatibus est secernendum, & inter antiquitates medii ævi, ut mos obtinuit dicere, referendum. Omnia inter antiqua monumenta, numismata, & marmora, & frequentiora sunt, & a literatis viris majori sedulitate quæruntur, & considerantur. De marmoribus nobis solummodo sermo est; de numismatibus hoc nunc dixisse sufficiat, difficilius esse numismata spuria a falsis, quam marmora distinguere, quia facilius est impostori illa cudere, quam ista cædere. Marmora tamen multa spurias habent inscriptiones, ut ex Grutero patet, at nostra genuina omnino esse, & ab omni fuci suspicione remotissima non dubitabit, quicunque animadvertet ea exti-

tisse

tiſſe apud populos ad bellica potius; quam ad amæna ſtudia ut plurimum converſos, quorum incuria, quum multa perdiderit, credibile non eſt ullum unquam fuiſſe apud nos adeo ineptum antiquitatis amatorem, qui inutiliter adlaboraret in re fucanda, quæ etiamſi genuina, floci tamen fieret.

Jam vero lapides omnes; aut cælatum aliquod opus tantummodo exhibent; aut nihil aliud habent, præter ſolas inſcriptionis literas, aut rem cælatam, & inſcriptionem ſimul aliquam continent. Cuicuimodi tamen ſit lapis, poteſt rem qualemcunque, quæ in auctoris mentem venerit, aut literis, aut anaglyptico opere referre. Fas enim; & conſuetum eſt hominibus ſua cogitata quocunque ſigno exprimere, aut elementis videlicet literarum, aut ſymbolis, aut hieroglyphicis, ut Ægyptii conſuevere. Quidquid autem ad nos hiſce lapidibus tranſmittere voluerunt antiqui, aut ad Religionem, aut ad Rempublicam, aut ad privatorum ſtudia pertinet. Ad Religionem, ut Deorum ſtatuæ, Sacrificia, Sacerdotes: Ad Rempublicam, ut Theatra, Statuæ, Ædes publicæ, viæ, honores habiti Imperatoribus, Magiſtratibus, clariſque Viris: Ad privatorum negotia ſepulcra præſertim pertinent, quæ plurima occurrunt, & multiplicis conditionis hominum varios inter ſe affectus habent. Quæ omnia non poſſunt clariori ordine collocari; quam eo, qui a Grutero primo Inſcriptionum collectore, & ab omnibus deinceps

 eſt

est servatus. Nos vero illum omnino observare in exiguo numero supervacaneum duximus, præcipue quum non colligere, sed interpretari nobis in animo sit. Aliquid interim in has præcipuas classes Tironum observatione dignum annotabimus.

Deorum frequens apud antiquos memoria; sive enim reapse colerent, ut diversis rebus regendis destinatos, quam opinionem vulgi mentes occupasse verisimile est; sive illorum numero, variisque imaginibus, varias caussas effectuum in tota mundi universitate conspicuorum exprimerent, quas tamen omnes ad unam providentiam mundi moderatricem referrent, sive illorum simulacris tanquam symbolis ad animi affectus, virtutesque, & facultates explicandas uterentur; omnes illorum cultum promovendum curarunt, alii superstitione decepti, alii eruditionis amore illecti, alii civili quadam ratione adducti, ut populo imponerent. Hinc crebra apud ipsos Templa, cum locupletibus donariis, & modo uni, modo plurimis Diis dicata, & frequentes, & tam diversæ Deorum statuæ cum Inscriptione, & tabulæ modo unum, modo plures Deos referentes, prout aut populus, aut privatus etiam civis sub unius, aut plurium tutela erat. Tot inde Sacerdotum genera, & varii Sacrificiorum ritus, & multa ad ea peragenda instrumenta ipsis aliquando rituum, & Deorum cælaturis exornata, ut pateræ, gutti, cultri &c.; Aræ multæ etiam & publicæ, & pri-

va-

vatæ, tum etiam ex varia materia, ligneæ, æneæ, marmoreæ; aliæ vero quadratæ, aliæ rotundæ, aliæ vero parvæ, aliæ majoris molis, pleræque cum imaginibus Deorum, Dearumque, quibus essent dicatæ, aut cum nominibus eorumdem; & ut plurimum hoc pateram, illo guttum latere referentes.

Post Deos, Viros fortes, & rerum gestarum memoria claros celebrarunt antiqui, adeoque apud Poetas, Pictores antiquitatis egregios crebræ sunt Inscriptionum Heroum tumulis additarum mentiones, & plurimæ apud Nonnum, qui etsi non antiquus, antiquissimas tamen fabulas persecutus, & vetustissimos Poetas, qui postmodum interierunt, procul dubio est imitatus. Hinc etiam Statuæ, & Inscriptiones, & Coronæ non modo Regibus, & belli Ducibus, sed Oratoribus etiam, & Poetis decretæ inter viros etiam degentibus, nedum mortuis, veluti Demetrio Phalæreo, cui tercentum positæ fuisse dicuntur statuæ; Demostheni, cujus de corona sibi a Ctesiphonte decreta tantum celebris oratio; Pindaro, cujus simulacrum Alexander, quum Thebas incenderet, a flammis studuit vindicare. Hinc etiam Arcus, aliæque moles Romanis passim Imperatoribus erectæ, ut eorum virtus posteris innotesceret.

Inter cetera ad virorum insignium memoriam conservandam monumenta fuerunt Hermæ, Statuæ nimirum caput, humerosque viri referentes, ab humeris undequaque sectæ, & quadratæ, epi-

grammate, vel nomine insculpto; τὰ αἰδοῖα inferius expressa, ut plurimum habuere. Hermas vocabant veteres ab Hermete, seu Mercurio, qui ita pingebatur, & Cyllenius est dictus, quod mutilos Κύλλυς appellent Græci. Fabulati enim sunt (d) Mercurio in monte dormienti manus fuisse amputatas. At verisimile est Mercurii simulacrum hujusmodi fuisse, ut significaret, quod ait Macrobius (e): *Solem mundi esse caput, & rerum satorem, omnemque vim ejus non in quodam divisorum ministerio membrorum, sed in sola mente consistere, cujus sedes in sola capite est*. Sive, ut conjectatur Pierius Valerianus, (f) Hermes solo capite sine manibus, quadratus, & τὰ αἰδοῖα ἔχων significavit Viros eloquentes sola sermonis vi multum pollere, & sine manibus omnia conficere, habereque omnia gignendi, transfigendique facultatem. Hujusmodi Hermas in ædium vestibulis Athenis exstitisse ex Cornelio Nepote discimus scribente in Alcibiadis vita una nocte subversos fuisse omnes Hermas; quod proximæ seditionis esset signum; ut ex Æliano, (g) qui narrat Zenocratem e cœna revertentem auream coronam, quam bibendo meritus fuerat, Mercurio ante fores stanti pro consuetudine imposuisse. Hermas sepulcris imponi solitos testis est etiam Cicero, quem paullo post, quum de sepulcris agemus, referemus. Supersunt adhuc multæ hujusmodi Græcorum virorum insignium imagines, quas Fulvius Ursinus primum, & deinceps Gronovius, in tribus primis antiquitatum

Gra-

[d] *Serv. in Æn.* VIII.
[e] *Saturn. lib.* I.
[f] *Lib.* XXXIV. & XXXV.
[g] *Lib.* 2. *cap.* 41.

Græcarum Tomis collegit, & illustravit. Apud nos Menandricus Herma servatur, quem numero XIII. damus, adeoque hæc nunc placuit de Hermis præmittere.

Columnis etiam usi sunt tum ad Heroum nomina celebranda, tum aliis de caussis Veteres. Quis enim nescit columnarum in viis usum, e quibus millia passuum, quæ sibi superessent, viatores discerent. Hanc Romanorum diligentiam nec laudare satis licet, nec imitandam Principibus hodie proponere illaudatum foret. Verum usus obtinuit, ut frequentes ponerentur columnæ Imperatoribus per colonías præsertim, aut municipia clariora transeuntibus. Mitto insignes illas in urbe erectas Trajano, & Antonino columnas, non solum mole, sed cælatis horum Principum rebus gestis spectabiles. Parvæ etiam columnæ nonnunquam sepulcris impositæ, sed earum usus commodior, & frequentior fuit ad aliquem eventum in loco notandum, ut itus, & reditus Imperatorum ab Italia in Galliam, & Germaniam permeantium, quas in Provincias bella eos frequentia præcipue sub regni initium proficisci cogebant; hinc illæ frequentes adhuc exstant cis, & trans Alpes & Rheticas, & maritimas, & intermedias.

Monumenta publica decorabantur ut plurimum aliqua inscriptione, aut nominibus saltem Magistratuum, Imperatorum, Regum, aut etiam Curatorum, quorum auspiciis aut aere, aut consilio extructa forent, atque perfecta. Hujusmodi hono-

rem

rem ambiebant veteres, & Romani, & Græci. Præclarum enim ſemper viſum eſt operis alicujus inſignis in omne ævum duraturi ſe auctorem inſcriptione dicere, atque ita nomen ſuum perenne reddere. Ita Clodius quum dirutam Ciceronis domum in ædem Libertatis conſecrandam curaſſet, ſe Tribuno id factum teſtatum poſteris inſcriptione voluit. (h) Magnum Diis omnibus Romæ olim conſecratum Templum Pantheon dictum oſtentat adhuc brevem, prout ſapiebant viri antiqui ab inanibus verbis abhorrentes, epigraphen.

[h] *Orat. pro Domo.*

M. AGRIPPA M. F. TERTIUM CONS. FECIT.

Celebris eſt hac in re fucus a Soſtrato præclari Phari Alexandrini architecto factus Ptolomeo Philadelpho (i) Hanc ille inſcriptionem cælavit in marmore: *Soſtratus Cnidius Dexiphanis filius Diis ſervatoribus pro navigantibus fecit.* Deinde ſuper marmor ipſum calce illitum Regium nomen magnificis verbis expreſſit, quod temporis injuria facile delevit, & architecti non tam gloriam, quam fallaciam, vanumque dolum poſteris patefecit. Romanos inter Imperatores nemo hujuſmodi gloriæ captandæ fuit avidior Trajano, qui multis adeo aut extructis, aut inſtauratis operibus nomen ſuum inſcriptum voluit, ut illud Conſtantinus magnus (k) parietariam herbam per jocum vocaret; Victorias etiam in donariis Deorum ſive in Tropheis, ſive in hoſtium ſpoliis, ſive in aliqua ſupel-

[i] *Lucian. de ſcrib. hiſt.*

[K] *Aurel. victor. in Conſtant.*

pellectili Diis dedicanda notare epigrammate mos fuit antiquis, non historicorum solum, sed veterum Poetarum, qui toti sunt in moribus antiquitatis exprimendis, testimonio probatus. Unum tantum hic in medium afferam Cornelii Nepotis locum in Pausania, quo docemur, quanti facerent Græci hanc victorum hostium gloriam, & quantam illorum sibi conflarent invidiam, qui id honoris sibi non jure optimo tribuerent. *Reprehensus ait* (Pausanias) *quod quum ex præda tripodem aureum Delphis posuisset epigrammate scripto, in quo erat hæc sententia, suo ductu barbaros apud Plateas esse deletos, ejusque victoriæ ergo Apollini donum dedisse; hos versus Lacedemonii exculpserunt, nec aliud inscripserunt, quam nomina Civitatum, quarum auxilio Persæ erant victi.*

Sed enim nulla major inscriptionum copia, quam sepulcralium. Hæ omnibus in Syllogis majorem partem occupant. Sapienter id, ut alia multa, ab antiquis usurpatum. Nam quemadmodum vivorum elogia invidiam potius, quam æmulationem cient, ita in mortuorum laudes pronior est hominum voluntas, & de medio sublatorum memoriæ consulere non solum solamen superstitum fuit, sed ad gloriam etiam quærendam iisdem incitamentum. Plerique vero consueto suorum manibus parentabant honore, tum ut suo desiderio satisfacerent, tum quia iisdem pergratum, & utile id ipsum existimarent. Nec hunc honorem homines, dum viverent, aspernati sunt, immo providere nonnullis placuit, quo in loco hu-

humarentur, qui suis cineribus esset honos; qua ratione nomen suum ab oblivione vindicarent. Ipse Abrahamus, ut de ceteris Judæis Patriarchis taceamus, rem hanc non neglexit, quum justa ille Saræ uxori solvisset Hetheis sepulcra sua insigniora, in quibus illam conderet, offerentibus non auscultavit: verum ab Ephra filio Seor agrum cum spelunca duplici quadrigentorum Siclorum argenteorum pretio emit, pecuniamque, quam ille gratificari volens Abrahamo, recusabat, in magna Hetheorum frequentia numeratam accipere coegit, ut suo, suæque uxoris sepulcro caveret, quod aliqua inscriptione ab ipso fuisse insignitum verisimillimum est. (l) Ex Ethnicis autem non pauci fuere, quibus non solum tumulum, dum viverent, sibi designare, sed ipsa epitaphia concinnare placuit. Ita Archimedes sepulcro suo cylindrum sphæræ circumscriptum imponi mandavit hanc unam celeberrimi sui inventi memoriam ad tumulum suum ab aliis secernendum satis fore ratus, & reapse hoc ipsum symbolum vix est conspicatus Cicero Archimedis (m), statim tumulum agnovit, & Siracusanis, qui tanti civis monumentum neglexerant, indicavit. Ita etiam Augustus a Dione dicitur geminas ad sepulcrum suum æneas columnas collocari jussisse, & rerum a se gestarum inscriptione decorari. Et Sulla penes Plutarchum fertur hujusmodi inscriptionem suo tumulo incidendam curasse: *Se neque ab ullo amicorum beneficiis, neque ab ullo inimico maleficiis superatum.*

(l) Gen. cap. 23.

(m) Cic. in quæst. Tusc.

Nec

Nec prætereunda hic esse existimo trium Poetarum illustrium epigrammata, Cn. Nævii, M. Plauti, M. Pacuvii, quæ, teste Gellio, *ipsi fecerunt, & incidenda suo sepulcro reliquerunt*. (n) [n] *Noct. Attic. lib. 1. cap. 24.*

Unum ponemus Epigramma Pacuvii *verecundissimum, & purissimum, dignumque ejus elegantissima gravitate*, ut ait Gellius.

Adolescens, tametsi properas, hoc te saxum rogat,
Ut se aspicias, deinde quod scriptum est, legas.
Hic sunt Poetæ Pacuvii Marci sita.
Ossa, hoc volebam, nescius ne esses: vale.

At nihil laudabilius, & honestius fuit, quam optimorum virorum memoriæ superstites consanguineos, aut amicos consulere, & addita tumulo inscriptione vel illorum res gestas perstringere; vel Magistratus, quos gesserint notare, vel artes, quas coluerint, significare, vel saltem suum erga illos affectum, & ob mortem dolorem brevibus, suavibusque verbis exprimere.

Nec una tantum fuit lapidis, cui epigramma inscriberetur, forma, sed multiplex pro multiplici tumulorum structura, quæ etiam variis apud antiquos nominibus distinguitur: aut enim reliquos post cadaveris ustionem, cineres urna condebat; quod Latinorum fuit; aut cadaver ipsum arca marmorea occulebatur, quod Græcorum erat, & a Latinis aliquando usurpatum. Urnæ, seu ollæ brevi ornabantur Epitaphio, quod nomen, pa-

triam,

triam, & genus mortui paucissimis literis, ut erat angusta illarum superficies, contineret. Hæ ut plurimum inserebantur in columbaria, cameras videlicet quasdam, seu fornices, in quibus variæ cellulæ foraminulis in peristerotrophio fieri solitis similes, ibique per ordinem digestæ collocabantur. Aliquando aut urna, aut arca, aut cadaver ipsum operiebatur terra, desuperque erigebatur aut Columna, aut Herma, aut Cippus inscriptionem referens. Arca vero, qua occludebatur cadaver Sarcophagus dicta, sive translato vocabulo, sive etiam proprio, quod fieret e lapide inclusum cadaver brevi tempore consumente. Harum operculum, aut latera longiori dabant inscriptioni locum. Inserebantur hæ in conditoria, seu conditiva, in tumulos nimirum ædicularum instar exstructos, in quibus etiam lucernæ sepulcrales positæ cum inscriptione interdum, aut cælato anaglypho aliquo. Conditoria plerunque habebant gradus, per quos descenderetur; eorum structura facile colligi potest ex narratione Petronii de Matrona Ephesina. Hypogea dicta sunt, si parum, aut nihil a solo prominerent, Distega, si duas haberent contignationes, aliisque vocabulis distincta, quæ referre nunc nostri instituti non est.

At nostrum potius est observare nomen, & epitaphium defuncti nonnunquam in conditorii foribus fuisse inscriptum, ut suadent hæc Senecæ verba (o) *Qui latitant, & torpent, sic in domo sunt, quomodo in conditivo. Horum licet in limine ipso nomen* mar-

(o) Epist. 60.

marmori scribas, mortem suam antecesserant. Porro hanc amoris erga fato functos consanguineos, aut amicos significationem lapidibus incidere nulli non licuit, si servos excipias, quibus aut raræ, aut nullæ positæ sunt inscriptiones. Libertis vero plurimæ, & cujuscumque ordinis, aut conditionis hominibus innumeræ, sicuti in Gruteriana collectione videri potest. Quanquam vero fas unicuique foret, quo vellet modo mortuorum memoriam colere, nimium tamen fastum, & luxum cum in pompa funebri reliqua, tum etiam in tumulo, & inscriptione apud Græcos leges aliquando coercuerunt, ut ex Cicerone discimus ita scribente. (p) *Sed post aliquanto propter has amplitudines sepulcrorum, quas in Ceramico videmus, lege sanctum est [a Liburgo] ne quis sepulcrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo, neque id opere tectorii exornari, nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi, nec de mortui laude, nisi in publicis sepulturis, nec ab alio, nisi qui publice ad eam rem constitutus esset, dici licebat .... Exstrui autem vetat (Plato) sepulcrum altius, quam quod quinque diebus quinque homines absolverint, nec e lapide excitari plus, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui incisam quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius*. Hæc Cicero, eademque ipse Plutarchus in Laconicis, & in Licurgi vita addens nullius tumulum inscriptione honestari per istum licuisse, nisi eorum, qui in acie cecidissent. At parum viguisse credimus hanc Licurgi legem, jusque semper omnibus fuisse suorum sepulcra, aut

(p) Lib. de Leg. 2.

epi-

epigrammate; aut anaglypho illustrare. Nonnunquam publico sumtu id factum est, ut virorum illustrium memoriæ consuleretur, ut in Biantis, & Anaxagoræ vita Diogenes Laertius testatur.

Has vero, & qualescunque alias inscriptiones; ut legentium oculos statim percellerent, auro, aut minio, aut alio colore in literarum sulcos injecto fuisse distinctas, non solum verisimile est, sed plane pro certo compertum ex Plinio, cujus hæc sunt verba: (q) *Minium in voluminum scriptura usurpatum, clarioresque literas vel in auro, vel in marmore etiam in sepulcris fecit*, & ex illo Persii versu de Trajani titulis.

[q] *Pitiscus in voce* Inscriptio.

Parthicus & scripto radiat Germanicus auro.

Nec illud prætereundum non quovis lapide, sed marmore maxime pretioso, ac candidissimo ut plurimum usos esse in suis monumentis antiquos, in iis præsertim, quæ in Subalpino agro adhuc exstant, ubi crebriora, quam alia in Italiæ parte, uno excepto Latio, Romanarum antiquitatum vestigia. Quod mirum non est, quum non solum hanc Imperii sui Provinciam ornare Romani studuerint, verum etiam non defuerint olim circa Alpes nostras fæcundæ marmoris fodinæ, præcipue in agro Secusino, ut hodie in Valderiano.

Hæc nobis operæ pretium visum est de usu inscriptionum apud antiquos, & de præcipuis, quibus illæ adderentur, monumentis Lectorem præmo-

monere, ea tantum cursim attingentes, quæ scitu, & cognitu digniora visa sunt. Addemus autem aliquid de dicendi charactere, sive de stylo in inscriptionibus usurpato, quanquam videamur Rhetoris potius, quam Antiquarii vice fungi. Probatur potissimum breve potius, quam longum epigramma, cujusmodi sunt hæc Virgiliana. *Æneas hæc de Danais victoribus arma* (r) *Daphnis ego in silvis hinc usque ad sydera notus*. (s) Quare Cynthia apud Propertium. (t)

[r] Æn. lib. 3.
[s] Ecl. 4.
[t] Eleg. 7. lib. 4. v. 85.

Hoc carmen media dignum me scribe columna;
Sed breve, quod currens vector ab urbe legat.

Eadem de caussa quælibet inscriptio prolixior esse non debet, ne prætereuntes viatores, aut longiorem, quam par est, moram facere cogat, aut versuum numero a legendo deterreat. Modo soluta, modo metris alligata usi sunt oratione. Soluta commodior semper visa est, cogit enim vorsa oratio aut res non necessarias, aut supervacanea verba addere. Prorsa vero facilius quidquid necessum est, paucis, & definitis explicat verbis. Plerisque placuit in mortuorum, aut vivorum laudes multis verbis excurrere, neglecta brevitate; ceterum tam Græcæ, quam Latinæ optimarum ætatum Inscriptiones aut brevissimæ sunt, aut sententiarum, quas res exigit, copiam mira verborum paucitate continent: Latinis autem magis, quam Græcis placuit brevitatem in ipsa scribendi ratione quærere,

no-

notisque usi sunt, primis videlicet vocabulorum litteris ad prænomina, & cognomina, aliaque multa, quæ in inscriptionibus trita erant significanda, quæ nunc notæ maximum facesserent tironibus negotium, nisi eruditissimi viri collegissent, & fuissent interpretati, quos inter Sertorio Ursato maximam habent gratiam antiquitatis amatores.

Verum enim vero Præfationem scribimus, non tractatum; finis hic esto. Unum tamen adhuc te, benevole Lector, nescire volumus: Incubrationem hanc qualemcunque ex duorum familiarium Juvenum antiquitatis cognoscendæ studiosorum consuetudine, & colloquiis initium duxisse, & communi in subcisivis horis, quæ utrique aliis tricis impedito supersunt, labore, & ope, & amica quadam conjuratione continuari. Uterque hac de re sese, ut cuique licet, & socium multum amabat; at non aliis, quam sibi scripsisse credebat, publicamque reformidabat lucem, contentus eo, qui ex rerum antiquarum cognitione percipitur, fructu. At ad rem conficiendam, & edendum aliquod industriæ nostræ specimen amicissimis, & plenis amoris verbis cohortatus est clarissimus Vir Abbas Palatinus Regis intimus Consiliarius, & Regiæ Bibliothecæ Præfectus; etsi multa illum gravissima distineant negotia, ea tamen est in politiores litteras, & bonas artes, in antiquam præsertim eruditionem voluntate, ut initum a nobis consilium hæc Taurinensia marmora cognoscendi, non solum probaverit, sed sæpissime etiam ad suscipiendam

non

non horum modo, sed Subalpinorum, & Transalpinorum marmorum interpretationem nos excitandos curaverit, lucubrationes nostras legens interdum, ut bonus, & prudens vir castigaverit, ac tandem primas hasce dissertationes edendi auctor fuerit, ut industriæ nostræ judices haberemus studiosos antiquitatis lectores, penes quos, si navata a nobis opera laude non careret, animus nobis & ad hoc ipsum perficiendum, & ad majora audenda adderetur.



SE-

SERIES MARMORUM

Hujus primæ Partis.

MEM-

MARMORA TAURINENSIA

DISSERTATIONIBUS, ET NOTIS

ILLUSTRATA.

Pars altera,

Cui addita est Appendix Inscriptionum, quae perierunt, & quarum memoria ab uno nobis Pingonio servata.



AUGUSTÆ TAURINORUM, MDCCXLVII.

EX TYPOGRAPHIA REGIA.



REGI
AUGUSTISSIMO

Antonius Rivautella ; & Joh. Paullus Ricolvi

FELICITATEM.



Ltera hæc, REX INVICTISSIME, *noſtra in Marmora Taurinenſia lucubratio ad Te Optimum Patronum, qui primam tanta benignitate ſuſce-*

pisti, etiam venit, a Te ipso vel inter belli strepitum clementissimis verbis invitata. Cohortatus ipse nos es superiori ineunte anno, ut Antiquitatibus & Urbis, & Regni totius illustrandis animum adjicere pergeremus; Tibique aliquod identidem offerremus nostræ specimen diligentiæ. Nunc itaque ex tanto bello reduci, & Victori nostras in reliqua, quæ Regium Athenæum exornant, monumenta, animadversiones offerre jucundissimum est, eodemque tempore reminisci sermonem illum Tuum, quo nos recreasti, & præsenti animo dixisti, sperare Te res afflictas eo ipso anno restitutum iri, populosque diu bellicis tumultibus vexatos, si non pace, tranquillo saltem otio fruituros. Nostras tunc spes multum erexit Tui fortitudo animi; cui parem vix invenire fas sit; & magis ac magis in dies statim enituit Tua illa tam in adversis, quam in prosperis rebus mentis æquitas, Viro Sapiente, ac Principe digna, ac plane divina; dum Te victori imperterritum, victo clementem & pium, & in utraque fortuna strenuissimum præstitisti. Omnium vero animos perculit, & in admirationem rapuit egregia illa, inopinata, quodque magis op-

tabas,

tabas, incruenta victoria, qua maturato consilio, atque opportuna celeritate usus, Astam recepisti, & perterritum tanto accepto detrimento hostem ab arcis Alexandrinæ obsidione recedere coegisti, sibique ipsi consulere. O felicem diem illum! quo tam præclara expeditio sollertissimæ Tuæ menti subiit, atque salus nostra suum habuit exordium tunc potissimum, quum suis viribus, suæque fortunæ maxime hostes confiderent, & consilia a Te de restituenda re agitari vix opinarentur. Desperare cœperunt ab eo die de summa belli hostium Duces; & Placentiam non minoribus belli motibus, quam olim, hodie quassatam frustra propugnarunt; ac tandem a Te, & Fœderatis Legionibus Cispadana regione exturbati, & postmodum occidione pene deleti, omnia, quæ occuparant, oppida, & arces amiserunt; & a Trebia usque ad Varum fugati Tui robur animi, Tuique consilii vim, dum vincuntur, coacti sunt commendare. Atque hæc a nobis obiter memorata, quum litteris fideliter mandata posteri legent, magna profecto, & Homerica tuba digna, & vix credibilia reputabunt. Dubitabunt enim de Historici fide, aut mendum

in temporis computatione verebuntur admissum, quum observabunt a Nonis Martiis ad Idus circiter Decembres tot Oppida recepta, toties felici exitu pugnatum, Ligurum vires attritas, eorum munitissimas arces expugnatas, bellumque tandem, quod tamdiu turbaverat Italiam, ultra Varum transmissum. At quid interim consilii nobis erat, dum hæc a Te strenue gererentur? Bellicus omnis rumor a nobis declinatus (quid enim in armis possunt imbelles, securumque semper otium captantes Musæ?) ab incepto tamen minime cessatum, ac vota creberrima pro Tua incolumitate ac felicitate suscepta; quæ, quum audita esse intelleximus, Teque hosti per maritimam oram fugienti instare nuntiatum est, ac tandem magnis itineribus Nicæam (quæ alteri e nobis patria est) contendisse, & tam festivas acclamationes, veluti Triumphanti factas, ut non tam effusus extra Pomœrium populus, quam finitimi ipsi colles, ac valles gestire, & plaudere viderentur; tanta lætitia nostros animos incessit, quantam vix capere iidem poterant. Nostrum vero levitate quadam, & reculæ nostræ amore auctum crescebat gaudium, quod Te Victo-

rem

rem ad Varum properare audiremus ea ipſa VIA JULIA AUGUSTA, *cujus veſtigia a nobis altero ante anno primum detecta, & obſervata. Hac eadem Via, quam Julius Cæſar, quam Auguſtus, Hadrianus, Antoninus, aliique Imperatores ſuis victoriis, aut monumentis illuſtrarunt, a Te pulſos a* Trebia flumine *hoſtes, & illo retroactos, unde profecti fuerant, animo recolentes, eam ipſam Tuo aliquando nomine, Tuarumque victoriarum memoria celebratum iri, geſtienti animo præſagiebamus. At vero turbavit extemplo feſtivam exultationem, ipſumque triumphum interrupit repentinus, qui Te corripuit, morbus, quo populi omnes fere exanimati. Communis tunc perturbatio, quam maximo Te omnes proſequerentur amore, ſignificavit. Nemo enim, niſi Te ſalvo, ſalvas res exiſtimabat. Aſt ubi meliora nuntiata ſunt, Tuamque non ſolum redintegratam valetudinem accepimus, verum etiam, ut ita dicamus, ætatem vi, ac natura ipſius morbi renovatam, illico recaluit in omnium mentibus victoriæ memoria, quæ penitus excidiſſe videbatur. Te tandem reducem, ſalvum, incolumemque præſentem modo intuemur mi-*

litiæ

in temporis computatione verebuntur admissum, quum observabunt a Nonis Martiis ad Idus circiter Decembres tot Oppida recepta, toties felici exitu pugnatum, Ligurum vires attritas, eorum munitissimas arces expugnatas, bellumque tandem, quod tamdiu turbaverat Italiam, ultra Varum transmissum. At quid interim consilii nobis erat, dum hæc a Te strenue gererentur? Bellicus omnis rumor a nobis declinatus (quid enim in armis possunt imbelles, securumque semper otium captantes Musæ?) ab incepto tamen minime cessatum, ac vota creberrima pro Tua incolumitate ac felicitate suscepta; quæ, quum audita esse intelleximus, Teque hosti per maritimam oram fugienti instare nuntiatum est, ac tandem magnis itineribus Nicæam (quæ alteri e nobis patria est) contendisse, & tam festivas acclamationes, veluti Triumphanti factas, ut non tam effusus extra Pomœrium populus, quam finitimi ipsi colles, ac valles gestire, & plaudere viderentur; tanta lætitia nostros animos incessit, quantam vix capere iidem poterant. Nostrum vero levitate quadam, & reculæ nostræ amore auctum crescebat gaudium, quod Te Victo-

rem

rem ad Varum properare audiremus ea ipsa VIA JULIA AUGUSTA, *cujus vestigia a nobis altero ante anno primum detecta, & observata. Hac eadem Via, quam Julius Cæsar, quam Augustus, Hadrianus, Antoninus, aliique Imperatores suis victoriis, aut monumentis illustrarunt, a Te pulsos a* Trebia flumine *hostes, & illo retroactos, unde profecti fuerant, animo recolentes, eam ipsam Tuo aliquando nomine, Tuarumque victoriarum memoria celebratum iri, gestienti animo præsagiebamus. At vero turbavit extemplo festivam exultationem, ipsumque triumphum interrupit repentinus, qui Te corripuit, morbus, quo populi omnes fere exanimati. Communis tunc perturbatio, quam maximo Te omnes prosequerentur amore, significavit. Nemo enim, nisi Te salvo, salvas res existimabat. Ast ubi meliora nuntiata sunt, Tuamque non solum redintegratam valetudinem accepimus, verum etiam, ut ita dicamus, ætatem vi, ac natura ipsius morbi renovatam, illico recaluit in omnium mentibus victoriæ memoria, quæ penitus excidisse videbatur. Te tandem reducem, salvum, incolumemque præsentem modo intuemur mi-*

litiæ

litiæ laboribus ingentibus, bellique, valetudinisque multis periculis defunctum, & alterius Filii, & Natarum, morum candore Tui similium, amplexibus redditum. Nec solum Te nostrum Servatorem, Patremque optimum triumphantem aspicimus; sed una Tecum dulcissimum Filium, cui peroptanti hoc, & superiori anno annuisti, ut Tecum in castra proficisceretur, Tuoque lateri comes additus, omnem belli aleam ac vices videret, aciei instruendæ, castra metandi, milites in officio continendi, munitionis oppugnandæ, & propugnandæ rationem edisceret, non eos tantum pervolvens auctores, uti solet, qui præteritorum temporum memoriam complexi sunt, aut de militum, & Imperatorum officiis, propositis præceptis, & exemplis, disputarunt; verum Marte ipso utens præceptore, & usurpans oculis bellica ipsa discrimina, pacatis aliquando Europæ rebus, ut sperare juvat, cessatura. Quid enim jam superest optandum, nisi, ut Te victrici lauro, & felici oliva redimitum, partis omnibus publicis commodis, bellica & domestica gloria cumulatissimum inter Musas, quas adeo impense foves, beato otio, eoque, quem Tibi conci-

liasti

liasti populorum amore, diutissime fruentem videamus? Hæc sunt nostra, hæc omnium vota: hoc ipsum populi, qui a belli ruina servati, & qui ab hostium jugo incredibili celeritate liberati, & iidem ipsi, qui Tuo imperio vi fœderis, & armorum additi, unanimi plausu adprecantur. Nos vero nos metipsos fortunatissimos ducimus, quibus concessum est, quod invidebunt posteri, non solum tanto Patrono frui, verum etiam lucubrationibus nostris ejusdem præfigere Augustissimum nomen, quod in multis belli, & pacis monumentis cælatum, vel insculptum seri Nepotes admirabundi sunt lecturi: adeoque Tua immensa erga nos clementia obligati, atque devincti, nostros sentimus excitari animos, crebroque admoneri, nervos omnes ingenii esse intendendos, ut tanti Principis majestati conatus nostri quoquo modo respondeant. Quod si huic nostro voto æquus nobis Apollo aliquando annuat, ingentem, atque immortalem studiorum nostrorum fructum consecutos nos metipsi nobiscum gratulabimur.

LECTO-

LECTORI.

CCE tibi alterum Marmorum Taurinensium Volumen, in quo quidquid aut cælatorum, aut ſcriptorum lapidum ſupereſt in Regio Athenæo, ne fragmentis quidem omiſſis, continetur. Mole illud paullo tenuius eſt, re multo uberius; etenim quum a nonnullis, qui noſtram tamen operam ſincero commendarunt animo, doctiſſimis Viris tum verbis, tum per litteras commonefacti fuerimus, in prioris partis diſſertationibus nimia verborum & rerum copia utramque paginam a nobis aliquando fuiſſe refertam, ſupervacaneum omnem verborum modo projecimus circuitum, & quidquid ad rem noſtram neceſſarium non erat, conſulto præterivimus. Non pauca etiam ſunt, quorum interpretatio aut noſtri fugit ingenii aciem, aut ſe ſe nondum, quamvis omnia circumſpicientibus, obtulit, aliquo fortaſſe caſu, ut nonnumquam fit, olim præſto futura. Itaque pleraque ex hiſce monumentis magis edimus, quam interpretamur. Si quid vero etiam in parcis noſtris animadverſionibus erratum eſt, quid enim tam commune hominibus, quam errare? in re præcipue ſalebroſa, & ancipiti, ut eſt antiquitatis perſcrutatio; pergratum faciet, quicumque aut nos ab eo, in quo verſamur, errore, aut antiquitatis amatores ab errandi periculo vindicabit. Παραλειπομενα

pari-


pariter legendi, & edendi cuilibet jus esto. Uberiorem enim lucem nonnulla nostra Marmora accipere posse nec inficiamur, neque desperamus; adeoque ea una simul collecta nobis volupe fuit emittere, magis ut commodius sit patriæ antiquitatum studiosis ea perscrutari, & novis observationibus illustrare, quam quod nostro muneri, communique omnium exspectationi satisfecisse arbitremur. Interim ad perficiendam Romanarum Antiquitatum, quæ cis, & trans Alpes tam Maritimas, quam Grajas, seu Peninas supersunt, syllogem nos totos conferemus. Hactenus enim nihil attigimus eorum monumentorum, quæ in hujus Regni provinciis variis itineribus a nobis sunt observata, si unam excipias Italicam de situ Oppidi Industriæ disputationem a nobis nimium festinanter excusam, quatriduo nimirum; in qua & pauca a nobis emendanda, & multa scitu digna addenda, quum hanc ipsam, quam jam polliciti sumus, collectionem publici juris faciemus. Interea hæc qualiacumque sint æqui, bonique facito, & pro certo habeto, nos satis præclarum laborum nostrorum emolumentum accepisse existimare, si rem tibi non ingratam fecisse cognorimus.

DIA-

Imprimatur. Vicarius Generalis S. Officii.

V. Chionius A. L. P.

Se ne permette la Stampa. Morozzo per la Gran Cancellaria.


N XXI P·I
DIADVMENI

XXI.

DIADUMENI TABULA.



Armoream hanc Tabulam æri jam diu incisam edidit Cl. Marchio Maffejus, & meri tantum ornamenti caussa in utraque suæ Veronæ Illustratæ editione ad Partis III. Cap. II. finem imprimi curavit, nullum ultra addens verbum: illius etiam mentionem fecit in nuncupatoria historiæ diplomaticæ ad Regem Victorium Amedeum epistola.

Jupiter in ea jam senior, barbatus, seminudus, sedens tanquam fessus, hastæque innixus conspicuus est, qualis in numismatibus, & marmoribus non paucis occurrit. Adstant hastatæ duæ mulieres, seu Deæ: altera pube tenus nuda, dextra lævum Jovis humerum tenet, læva quid habeat tritum saxum scire vetat: altera vero peplo talari induta sinistra hastæ itidem innititur, dextra pallium ita sustentat, ut dubites, humeris ne detraxerit, an sit impositura.

Hæ vero hastæ nec Bacchantium thyrsis, nec bellatorum hastis sunt similes, sed sceptris potius, quæ Diis, Deabusque, Regibus ac Reginis, & Sacerdotibus tribui solita. Poetæ nos, & historici frequenter docent. Consuevere antiqui sceptra aut pomo, aut floribus, aut alio symbolo insignire, ut ait Eustathius, addens sceptrum a Scipione distingui a Geographo (Strabonem fortassis intelligit) qui Regum alios sceptro, Scipione alios usos fuisse scripserit. Scipiones fortasse dicebantur Sceptra minus polita, quæ magis ad sustentandum corpus quam ad ornatum adhibebantur. Talis fuisse videtur ille eburneus Scipio, quem Gallo barbam suam promissam permulcenti capiti incussit M. Papirius, cujus caussa ceteri seniores, qui Roma Gallis irruentibus a juventute in Capitolium

confugiente relicti ante fores ædium veste auguſtiori ſedentes mortem oppetiere. Nec a vero alienum eſt, hujuſmodi fuiſſe antiqua ſceptra haſtarum ſpeciem præſeferentia ; nam & vocis etymon, quod ἀπὸ τοῦ σκήπτεσθαι, quod eo fulciantur, aut innitantur Reges, vel Dii, derivatum volunt, & illud, quod de Jove Ovidius ait [a]:

[a] *Metamorph. lib. 1.*

. . . . *Sceptroque innixus eburno*

idem ſatis ſuadent. Hujuſmodi autem Sceptra, aut Haſtas, aut Scipiones Diis, Deabusque ſæpe tributos eſſe alio conſtat monumento a nobis Aſtæ Pompejæ anno MDCCXLI. reperto, ara nempe, quam ſuo loco dabimus, tres referente formæ contentione celebres Deas hujuſmodi Sceptris innixas.

Eburneam Tabulam non diſſimilem noſtræ marmoreæ editam vidimus ex Florentino Muſæo [b]. Ibi Jupiter ſimili modo ſedet duas inter mulieres, ſeu potius Deas, quarum altera a læva (Juno fortaſſis) hermæ cuidam innixa Jovis capiti coronam imponit, altera a dextra Minerva eſt armata, & haſtæ innixa. Lectori conſiderandam relinquimus utriusque tabulæ & ſimilitudinem, & antiquitatem.

[b] *Nel frontiſpizio del libro intitolato :* Medaglioni del Gran Duca di Toſcana.

Artificis nobis obſervandum inſculptum nomen, ut gloriæ ſuæ conſulentes factitabant Statuarii, & Cælatores. Statuarii ſimulacrorum femoribus addebant, ut in multis a Montfauconio obſervatum eſt. Sic, ut apud Ciceronem [c] habemus, erat in Lilybæo Herculis ſignum, cujus femori Phidias author nomen ſuum argenteis minutis litteris inſculpſerat. Id in cælatis tabulis multo rarius: Vix altera a nobis obſervata eſt in Antiquitatibus Ortæ a Fontanino editis, in qua legitur Καλλίμαχος ἐποίει *Callimachus faciebat*. Diadumeni multi [d], Liberti præſertim Imperatorum, occurrunt in Inſcriptionibus antiquis. Fieri potuit, ut hoc nomen formoſulis pueris vulgo adderetur. Διαδήμενος quippe diadematus eſt. Quare Martialis

[c] *Lib. 6. in Verrem.*

[d] *Gruterus* DCCXCIV. 6. LXXIV. 1. DXIX. 6. LXIII. 5. 9.

tialis pueri Diadumeni, quem sibi pulcherrimum fingit, basia laudat [e] sæpe. Plinius [f] speciosissimum hoc nomine juvenem a Polycleto Sicyonio effictum narrat, simulacrumque ejus centum sestertiis veniisse. Sed hæc nihil ad nostrum Diadumenum, de quo nihil aliud scimos, nisi hujus non inelegantis operis fuisse auctorem, & addendum esse artificum Catalogo a Francisco Junio edito.

[e] Mart. lib. 3. Epigr. 65. & 47. lib. 6. Epigr. 34.
[f] Hist. nat. lib. 36. cap. 5.



CÆRUS, ſeu OCCASIO.

PIcturæ, & Cælaturæ veterum ſunt plerumque quædam ſymbolicæ linguæ veſtigia, & ſicuti in explicanda antiquorum vocabulorum ſignificatione hæret aliquando Grammaticis aqua, ita non ſemper Antiquariis in promtu eſt hujuſmodi hieroglyfica interpretari, quæ veteres artifices æque, ac Poetæ cerebroſi marmoribus conſignarunt. Hujuſmodi eſt alatus hic juvenis, quem jam diu edidit Marchio [a] Maffejus, & ob ingentes alas Hetruſcum opus exiſtimavit, nihil ultra addidit. Bilances læva tenet, alteram earum indice dextræ premit; magnas habet alas in humeris, exiguas in pedibus; magis tamen currenti, quam volanti ſimilis eſt. Agedum qualis qualis ſaltem afferenda eſt conjectura.

[a] ad calcem Hiſt. Diplom.

Non Hetruſcum ullum Deum, neque Mercurium, ut quis fortaſſe poſſet opinari, eſſe cenſemus: nam iſti Homerus, & Virgilius, & Mythologi non alatos humeros, aut pedes, ſed pedilia tantum, ſeu talaria tribuunt alata, & petaſum. At ſi Græcus eſt Deus, quem Deum finxerunt alatum Græci? Ullum ne alium præter Victoriam, & Amorem? Utique interdum Fortunæ, & Pſyche, & Geniis ſæpe, & Tempori, & Tempeſtatibus anni, & Horis, & Ægyptio Harpocrati, & aliis fortaſſe Diis tribuerunt alas Pictores, & Sculptores, quibus multa licuit, ut Poetis, nova excogitare, & inventa augere, & amplificare.

Cærum vero, ſi noſtræ locus eſt conjecturæ, repræſentat hæc Tabula: *Cærum*, inquam, *occaſionem* videlicet, ſeu *tempus opportunum*, aut *momentum illud temporis, quo tamquam a Diis dato celeriter utendum veteres ſapientes viri toties ajunt*. Græcis enim Occaſio ὁ Καιρὸς eſt, & virili pingebatur ſpecie, quare Phædrus Græcos ſecutus ita luſit Fabula octava libri quinti.

Cur-



Cursu volucri pendens, in novacula
Calvus, comosa fronte, nudo corpore
Quem si occuparis, teneas, elapsum semel
Non ipse possit Jupiter reprehendere,
Occasionem rerum significat brevem.
Effectus impediret ne segnis mora,
Pinxere antiqui talem effigiem temporis.

At hæc Occasionis, seu Cæri imago non multum cum nostra convenit, nisi quod occasionem virili specie depictam refert. Aliam videbimus nostræ similiorem, atque aliam deinceps. Varias enim & multas excogitatas fuisse a veteribus Sculptoribus imagines Occasionis verosimile est. Ponendum hic est primo Posidippi Epigramma ex Anthologiæ libro quarto.

Εἰς τὸν Καιρὸν

Τίς; πόθεν ὁ πλάστης; Σικυώνιος· οὔνομα δὴ τίς;
  Λύσιππος· σὺ δὲ τίς; Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; ἀεὶ τροχάω· τί δὲ ταρσοὺς
  Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
Χειρὶ δὲ δεξιτέρῃ τί φέρεις ξυρόν; ἀνδράσι δεῖγμα
  Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος πελέθω.
Ἡ δὲ κόμη τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λάβεσθαι.
  Νὴ Δία τἀξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παρατρέξαντά με ποσσὶν
  Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοῖον ὁ τεχνίτης με διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων,
  Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

Hoc multi Epigramma & commendarunt, & Latine interpretati sunt viri eruditi, Erasmus, Morus, Alciatus, & Hugo Grotius; cujus interpretationem ceteris elegantiorem hic addimus.

Tu

Tu quis es, hìc qui stas? Occasio. Quis tibi fictor?
Lysippus. Cujas? de Sycione satus.
Nitere cur pedibus summis? amo currere. Pennæ
Cur pedibus? venti turbine rapta volo.
In dextra cur ista novacula? monstrat acutam
Hæc esse & ferro me magis, & calybe.
Cur in fronte coma est? apprendar ut obvia. Sed cur
Omnis abest glabro crinis ab occipite?
Nempe quod eripui cum me semel alite cursu,
Nemo erit, elapsam qui revocare queat.
Hanc operam fictor propter vos sumserat, hospes,
Pro monito starem semper ut ante fores.

Ausonius Burdigalensis eamdem fere Occasionis imaginem Phidiæ tribuit, eamque una cum Metanœa jungit, cum Pœnitentia nempe, qua, si Occasio manibus lapsa fuerit, statim affligamur. Ejus integrum Epigramma, utut notum, hìc ponere non piget.

Cujus opus? Phidiæ, qui signum Pallados, ejus
Quique Jovem fecit, tertia palma ego sum.
Sum Dea, quæ rara, & paucis Occasio nota.
Quid rotulæ insistis? stare loco nequeo.
Quid Talaria habes? volucris sum. Mercurius quæ
Fortunare solet, tardo ego, cum volui.
Crine tegis faciem? cognosci nolo: sed heus tu
Occipiti calvo es? ne tenear fugiens.
Quæ tibi juncta comes? dicat tibi. Dic rogo quæ sis?
Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit:
Sum Dea, quæ facti, non factique exigo pœnam,
Nempe ut pœniteat, sic Metanœa vocor.
Tu modo dic, quid agat tecum? Si quando volavi,
Hæc manet, hanc retinent, quos ego præterii.
Tu quoque dum rogitas, dum percunctando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Unus

7

Unus autem Ausonius non Lysippo, sed Phidiæ hanc Occasionis cum Metanœa conjunctæ tribuit Imaginem; Ceteri omnes Lysippo hujus symboli miram inventionem addicunt, veluti Posidippus, Philostratus, Tzetzes, & Himerius Sophista apud Photium in Bibliotheca, ex quibus agnoscimus, crebras fuisse apud veteres Græcos Cæri, seu Occasionis imagines, & ab ipso Lysippo aliter aliis temporibus expressas.

Philostratus in Imaginibus plurimis ea ipsa complectitur verbis, quæ in Epigrammate habentur Posidippi, moralemque hujus symboli sensum copiose explicat, adeoque ejus verba adferre prolixum nimis foret. Tzetzes autem bis meminit hujus Lysippæi simulacri [*b*]; dignumque notatu est, quod utrobique dicit, a tergo nempe hujus simulacri additum esse a Lysippo ensem, quem Occasio videtur cuidam porrigere, & hoc a Lysippo commentum excogitatum in gratiam Alexandri Magni sæpe conquerentis de tempore, quod sine re ulla præclare gesta elaberetur. At ad rem nostram, missis aliis, satis erit adducere Himerii Sophistæ verba aliam nobis Occasionis imaginem referentia, & ab aliis non nihil diversam, & nostræ similiorem [*c*].

[b] *Chil.* 8. & 10.

[c] *ex Photii Biblioth. Cod.* σμγ. *pag.* 604. *edit. Aug. Vind.* 1601.

Δεινὸς ἦν οὐ χεῖρα μόνον, ἀλλὰ καὶ γνώμην ὁ Λύσιππος· Οἷα γοῦν ἐκεῖνος διὰ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης τετόλμηκεν, ἐγγράφει τοῖς Θεαῖς τὸν Καιρὸν, καὶ μορφώσας ἀγάλματι τὴν φύσιν αὐτοῦ διὰ τῆς εἰκόνος ἐξηγήσατο. Ἔχει δὲ ὧδε, πῶς ὡς ἐμὲ μνημονεύειν, τὸ δαίδαλμα· ποίει παῖδα τὸ εἶδος ἁβρὸν, τὴν ἀκμὴν ἔφηβον, κομῶντα μὲν τὸ δὲ ἐξ κροτάφων εἰς μέτωπον, γυμνὸν δὲ τὸ ὅσον ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰ νῶτα μερίζεται, σιδήρῳ δὲ τὴν δεξίαν ὡπλισμένον, ζυγῷ τὴν λαίαν ἐπέχοντα, πτερωτὸν τὰ σφύρα. οὐχ ὡς μετάρσιον ὑπὲρ γῆς ἄνω κουφίζεσθαι, ἀλλ' ἵνα δοκῶν ἐπιφαύειν τῆς γῆς λανθάνῃ κλέπτων τὸ μὴ κατὰ γῆς ἐπερείδεσθαι.

Hunc locum affert in suo artificum Catalogo Franciscus Junius [*d*], & sic illum vertit: *Lysippus non manibus*

[d] *Pag.* 224.

nibus solum, sed & animo mirus erat. Quid enim ille non ex ingenio ausus fuit aggredi? Diis adscribit Occasionem, eamque in statua repræsentans naturam ejus per imaginem explicavit. Sic autem habet se, quantum quidem ego memini, artificiosum illud commentum. Effingit puerum specie delicatulum; ætatis flore pubescentem, a temporibus comatum fronte, læva tenentem stateram, pennatum talos, non ut sublimis super terram sursum efferatur, sed ut visus terram stringere, lateat tamen innixus terræ. Ita vertit Junius; at ultima verba ὡς μετάρσιον &c. nec dilucide, nec genuine reddita videntur; eorum sensus est, Cærum alis instructum, similem tamen currenti potius, quam volanti. Videtur ille quidem solum pedibus tangere; at revera simulans pede terram premere, eamdem supervolans fugit velocissimus.

Vides jam non semper eodem modo pictum Cærum, seu Occasionem, & a Lysippo, & ab Ausonio Diis annumeratum. Porro & Pausanias in Atticis Καιρὸν νεώτατον Δίος παίδων vocat novissimum inter Jovis filios. Deum itaque Cærum in nostra Tabula cælatum audemus asserere, cum ejus imago descriptis Simulacris adeo similis sit. Additæ nostro sunt ingentes alæ, quasi rotæ loco, quæ ad illius celeritatem, & fugacitatem significandam aptissimæ sunt. Cæterum & nudus est, & comas frontem versus magis promissas habet, & talos pennatos, ut cæteræ descriptæ imagines, & bilancibus, quas manu tenet, & toto corporis motu ad cursum nescias, an ad volatum composito, Simulacro ab Himerio descripto simillimus est noster hic Cærus. Est enim veluti κλέπτων cursum, vel volatum suum, ac se comprehendendum offert mox avolaturus, nec reversurus amplius, si semel pedes sustulerit alatos, & ingentes humerorum alas auris explicuerit: dum vero alteram bilancium, quas dextra tenet, levæ indice deorsum premit, videtur adstanti, & adspicienti dicere: Pondera, examina, & ad trutinam revoca, ac provide cito, quo modo me confestim abituro feliciter

uta-

utare : cujusmodi præcepti tum in militaribus , tum in civilibus negotiis utilissimi innumera penes historicos sunt documenta , & exempla . At militaris præsertim virtutis Symbolum potest esse hæc Tabula , consiliumque in momento captum celeriter exsequendum docere . Actum de urbe , & de Romana Republica fuisset , si ejusmodi effigiem Annibal ante oculos semper habuisset , aut illud Pittaci Mitylenæi memoriæ mandasset Καιρὸν γνῶθι , *Occasione uti noveris* .

XXIII.

CENTAURUS CHIRON ACHILLIS NUTRITIUS.

SEmiferorum Centaurorum, & Chironis præsertim, qui Achillem educavit, fabula vel ipsis est tabernariis, & popinariis nota. Quis enim ignorat, Centauros populos fuisse primos equitandi, & ex equo pugnandi inventores, ac magiſtros ? Non defuere tamen inter antiquos homines uſque adeo creduli, qui Centauros eſſe, aut eſſe poſſe opinarentur, quos refutat Lucretius iis verſibus:

Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in ullo
Eſſe queunt, &c.

Quibuſdam etiam rudioribus ſeculis hic obtinuit error, Centauros, & Satyros extitiſſe, ac viſos quandoque eſſe, ortumque habuit a putidiſſimis quibuſdam hiſtoriis. Qua de re videri poteſt Benedictus Varchi in ſua de Monſtrorum generatione Italica diſputatione [*a*].

[a] *nelle Lezioni ſopra Dante.*

Non multa itaque a nobis expectanda ſunt ſuper hoc marmoris fragmento. Achillem puellulum vides equino Nutricii dorſo inſidentem,

Ὃν Χείρων ἐδίδαξε δικαιότατος Κενταύρων.

Quem Chiron docuit Centauros juſtior inter.

De hac educatione tam multa habet Statius in ſua Achilleide, ut nihil addi poſſit. Hoc ille præclarum antiquorum Poetarum, & Philoſophorum inventum ornandum quanta potuit rerum, & verborum copia ſuſcepit, quum animadverteret hujuſmodi Achillis educationem ſapienter ab illis excogitatam, & ab Homero, Heſiodo, Pin-

daro,



F. A. Mayesk del. *Jo: Cattini fecit.*

daro, aliisque multis tantopere commendatam, ut instar esset optimi instituendi bellatoris. Pindari verba præterire nullo modo silentio possumus, adeo sollerter nos docent, quodnam a tenera ætate exercitiorum genus adolescentulo in strenuum bellatorem evasuro sit subeundum [b]. [b] Nem. Ode 3. strofe 3.

Ξανθὸς δ' Ἀχιλλεὺς, τὰ μὲν μέ-
Νων φιλύρας ἐν δόμοις,
Παῖς ἐὼν ἄθυρε
Μεγάλα ἔργα, χερσὶ θαμινὰ,
Βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων
Ἴσον τ' ἀνέμοις, μάχᾳ λεόντεσσιν ἀ-
Γροτέροις ἔπρασσεν φόνον,
Κάπρυς τ' ἔναφε· σώμα-
τα δὲ παρὰ Κρονίδαν
Κένταυρον ἀσθμαίνοντα κόμιζεν
Ἑξέτης τὸ πρῶτον· ὅλον δ' ἔπει τ' ἂν
Χρόνον· τὸν ἐθάμβεεν Ἀρτα-
μίς τε, κ. θρασεῖ' Ἀθάνα.

Flava parvus adhuc Cæsarie puer
Pelides Philyres altus in ædibus
Tentabat tenera fortia dextera.
Par ventis volucres sæpe movens pedes,
Aut vibrans valida vi breve jaculum.
Illius cecidit nunc Leo, nunc Aper
Telo, & sæpe feræ membra trementia
Vix sexennis avo semifero attulit.
Hunc mirata Minerva inclyta, & Artemis,
Dum Cervos celeri corriperet pede
Nullis illaqueans retibus, aut dolis.

Ponemus & nonnullos Tzetzis versus, qui etsi parum concinni Achillis tamen, & Chironis fabulam non male exprimunt [c]. [c] Chil. 8. n. 94. 98. & 99.

Χείρονα τὸν διδάσκαλον Ἡρώων οὐκ ὀλίγων,
Ἀσκλεπιοῦ Ἰάσονος, αὐτοῦ τοῦ Ἀχιλλέως,
Ἱππομιγῆ συμπλάττουσιν ἄνθρωπον μυθογράφοι·
Ἄνθρωπον μέχρις ὀμφαλοῦ ἵππον τὰ κάτω μέρη.
Καὶ δὴ Ἰουλιανὸς ὁ Αὐτοκράτωρ γράφει,
Ἡρώω μέτρῳ ἀνθρώπου δ' ἀποπέρδεται ἵππος.
Οὗτος ἐγκαταγνωτιζόμενος μερέσι τοῖς ἱππείοις
Τοὺς μαθητὰς ἐδίδασκε θήραν ἱπποτοξείαν
Ἰατρικὴν, βοτανικὴν, ἄλλας τε τέχνας πόσας·
Ταῦτα μυθώδη πλάσματα τοῖς ἁπαλοῖς ὠτίοις·
Τὸ δ' ἀληθὲς, φιλόσοφος ὁ Χείρων ὑπεργμένος,
Πρῶτος σὺν ἄλλοις ἱππικὴν εὑρὼν τῶν μονομαχούντων,
Τοῖς μύθοις ὑποπέπτωκεν, ὡς ὢν τῶν ἱππανθρώπων
Ἐδίδασκεν ἱππότας δὲ βοτανικὴν, καὶ ἄλλα.

Heroas erudiſſe Chiron plurimos,
Aſclepium, Jaſonem, Achillem dicitur.
Miſtusque equo fuiſſe fertur fabulis;
Vir nempe ad umbilicum equino tergore,
Ut Julianus Cæſar exametro canit,
Vir bellator anu demittens quadrupedantem.
Heroas iſte dorſo equino devehens
Telis docebat figere eminus feras,
Artem medendi, plurimaque alia docens.
Hæc imperitis fabulæ ſtultæ auribus,
Verum latens ego aperiam: inſignis Sophus
Chiron fuit, primusque pugnare ex equo
Docuit, & herbarum uſum, & artes optimas.
At fabulatores viro mixtum, atque equo
Dicunt, frementem quia equum domuit prior.

Multa alia de Centaurorum origine, qui aſcenſis equis Tauros vagantes perpulerunt, unde nomen habent, addit paullo poſt Tzetzes; videat qui vult. Notandum interim nobis eſt heroicum inter jambica cætera carmen, quod Juliano hic tribuitur, & incerti auctoris in Antholo-

thologia dicitur [*d*], ubi varii sunt frigiduli versus in Chironem Hippocentaurum, quos afferre supersedemus: ad eorum vero instar sic cuidam ludere placuit. [d] lib. 4. cap. 9.

Anne vir arcitenens, e pectore prodit equino?
Anne sagittiferi clunibus acer equus?

Plures, quam Tzetzes, Chironis alumnos enumerat Philostratus in Heroicis, nimirum Æsculapium, Telamonem, Peleum, Theseum, Herculem, Ajacem; addunt alii Cepheum, Meleagrum, Nestorem, Amphiaraum, Hippolytum, Mnesteum, Diomedem, Antilocum, Æneam, Castorem, Pollucem, Machaonem, Podalirium, ac Palamedem. At Palamedes noluisse a Chirone medicinam discere, a Philostrato dicitur, doluisseque multum, quod hanc unam artem ipse prior non invenisset, adeoque ex Chironis discipulorum albo est expungendus.

Quum vero Centaurus iste diversæ ætatis viros auditores habuerit, puta Peleum, ac Telamonem, eorumque filios Achillem, & Ajacem, senior pingendus est, ut senem, & longævum passim vocant Poetæ. Quantus autem illi post obitum honos habitus sit, discas, quod cœlo illatus inter Zodiaci signa fulget.

Multas illius, & Centaurorum pictas, vel cælatas imagines apud veteres in usu fuisse argumento est, quod Plinius, ubi de præclaris artificum operibus agit [*e*], & Centauros Nymphas gerentes Archesilai manu sculptos in Pollionis æde, & Centaurorum cum Lapithis pugnam in convexa clypei parte a Phidia expressam, & Chironem cum Achille in septis (quo in loco comitia habebantur) incerti auctoris opus commemorat. [e] lib. 35. c. 6.

Hæc de Chirone, ac Centauris. Quæ dextrorsum in nostro fragmento adstat mulier, quænam alia nisi Thetis filium tradens, & commendans avo nepotem? supersunt & alterius figuræ pedes, de qua nihil certi statui potest. Unum hoc iterum monemus, veteres hac fabulo-

 bulo-

bulosa Achillis educatione sæpe usos, ut pueros ad virtutem a tenellis annis excitarent; pro certo habentes illum tam militia, quam cæteris artibus præstantissimum fore, qui ab ineunte ætate sub optimo præceptore sudare, algere, vigilare, nervosque & ingenii, & corporis intendere inciperet. Qua in re viri præsertim Principes, ac nobiles liberis suis pro virili consulere debent: educatio enim velut altera est nativitas.



JUPI-



F · A · Maijesle delineavit. Io: Cattini incidit.

XXIV.

JUPITER AMMON CUM CORNU-COPIA, ET CALATHO.

JOvis Ammonis caput hic exsculptum hoc peculiare habet, quod præter cornu copiæ Calathum e vimine contextum, ex dextro arietino cornu pendentem, præferat in nullo alio antiquo monumento a nobis hactenus observatum. Utrumque autem tam Cornucopiæ, quam qualum, seu quasillum, seu ut Græcanico vocabulo dicas, Calathum Jovis Ammonis fabulæ congruere, palam omnibus est. Paucis attingemus varias de hujus fabulæ origine sententias, adnotantes, cuinam potissimum aptius accommodari possint Cornucopia, & Calathus, quæ non sunt nisi fertilitatis, ac ubertatis symbola.

Primo itaque narrat Herodotus, Jovem, ut Herculi filio exoptanti sese ostenderet, occisi arietis capite, & detracta pelle personatum se videndum præbuisse. Secundo Diodorus Siculus tradit, Jovem Ammonem ita pictum, quod in bello arietinis cornibus insignem galeam deferret. Ex alicujus Ægyptii bellatoris Casside orta fortassis est fabula. Hæ vero duæ opiniones ad rem nostram parum faciunt. Tertio Hermippus apud Higinum in Poetico Astronomico narrat, a Libero Jovi Ammoni patri simulacrum erectum arietino capite, ac Templum dedicatum, quod suis militibus aquæ inopia laborantibus, & siti pene confectis visus aries, & e vestigio fugiens eo insequentem exercitum adduxit, ubi maxima esset aquarum copia. Quarto Leon Ægyptiacarum rerum Scriptor apud eumdem Higinum innuit, Ammonem virum Africanum fuisse, qui pecora, gregesque alere primus instituit, & docuit Ægyptios, adeoque ut primus rei pecuariæ auctor arietis effictus fuit cornibus. Rem non dissimilem habet Pausanias in Messeniacis.

cis. Quinto multi hoc commentum ad physiologiam referentes, additis Jovis capiti arietinis cornibus solarium radiorum vim significari credunt. Totus est hac in re Macrobius, qui propterea accurate perlegendus, & evolvendus est ab iis, qui fabulæ hujus originem perscrutari, penitusque inquirere voluerint. Plurimis enim verbis, & validis rationum momentis probat, Solem, aliosque Deos non paucos eosdem esse, ac Jovem; & cornibus, quibus arietes obvia quæque valide solent impetere, maximam esse cum Solis radiis omnia percellentibus convenientiam.

Tres hæ ultimæ de Ammone opiniones, eidem Calathum, & Cornucopiæ optime tribui suadent. Nam Cornucopiæ primum est cornu Capræ Amaltheæ, cui in gratiam nutricis suæ Jupiter hanc virtutem dedit, ut quidquid expeteretur ab eo, qui cornu possidebat, ab ipso tamquam ex penu illico promeretur. Deinde Acheloum fluvium ferunt, quum cornu alterum commissa cum Hercule pugna amisisset, victori cornu Amaltheæ dedisse, ut suum reciperet. Quo figmento egregie Strabo [a] significari ait turbulenti Acheloi aquas ita ab Hercule variis fossis, & rivulis divisas, ut eos ipsos leniter irrigarent campos, quibus nimia copia, & rapido impetu antea nocebant. Itaque Hercules cornu fluminis fracto retulit cornu Amaltheæ, seu copiæ, nimirum soli illius ubertatem, postquam fluvium compescuit ruentem, mugientem, & impetentem quasi cornibus, ut *Tauriformis volvitur Aufidus*.

[a] *lib.* 10.

Cornucopiæ igitur est omnigenæ ubertatis Symbolum, atque adeo Ammoni optime congruit, sive ad significandam felicitatem soli, in quo situm est ejus Templum, fonte finitimam regionem irrigante, sive ad significandam rerum copiam ex pecoris cultu provenientem, sive ad ostendendam vim radiorum Solis, qua gignuntur, ac producuntur omnia.

Sic & non male cum triplici illa caussa quasillum, seu

Cala-

Calathus convenit, vas legendis floribus, & fructibus aptissimum, & a mulieribus lanificis ad deferenda pensa usurpatum, ideoque idoneum ad significandam rerum copiam, & agrorum feracitatem, quæ vel ex aquis irrorantibus, vel ex re pecuaria, vel a Solis radiis omnia gignentibus proficiscitur.

At vero in Macrobii sententiam longe lubentius imus, & Jovem Ammonem eumdem atque Solem facile credimus: tam multa sunt, quæ hoc ipsum suadent. Nam multis nominibus appellatus Sol, & multis symbolis a veteribus expressus, Apollo, Horus, Mithras, Osiris, Serapis, Hyperion a Græcis, Ægyptiis, Persis, aliisque gentibus audiit; & modo vir, modo juvenis, modo veluti Leo, modo αἰλυρόμορφος, felis nempe forma, modo aliis tam simplicibus, quam compositis figuris repræsentatus. Non male itaque Macrobius [b] contendit, Herculis, Apollinis, Serapidis, Osiridis, aliorumque Deorum nomina, ut Zodiaci signa, ad Solem esse referenda. *Et ut ab Ariete*, inquit, *incipiam, magna illi concordia est* (*cum Sole*). *Nam & is per sex menses hybernales sinistro incubat lateri, ab æquinoctio verno super dextrum latus; sicut & Sol ab eodem tempore dextrum hemisphærium, reliquo ambit sinistrum. Ideo & Ammonem, quem Deum Solem Occidentem Lybies existimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maxime id animal valet, sicut radiis Sol. Nam & apud Græcos ἀπὸ τοῦ κέρως κρῖος appellatur*. Hæc ille, quibus addunt aliqui in Exodo, ubi Moses dicitur in textu Latino cornuta facie populo apparuisse, in Hebraico radiata facie dici; oritur enim ex uno eodemque themate & radii, & cornu Hebraica nomenclatura: atque hoc ipsum Ægyptiæ linguæ utpote affini commune esse potuit, & Jovis Ammonis figmento occasionem præbere. Jovem autem ipsum non alium esse a Sole, ex Homero, Platone, Hesiodo, Orpheo acute, sollerterque ostendit idem Macrobius, & post ipsum Platonici quidam, ut Jamblicus, & Proclus, Soli ea tribuunt omnia, quæ cæteris Diis singillatim

[b] *Saturnal. lib. 1. cap. 20.*


XXV.

SACRIFICIUM.

QUI antiquitatem vel a limine salutaverit, Sacrificii ritum hac in Tabula satis aperte intuetur. At cui Deo, qua de caussa litatur? Hoc magis divinare, quam explicare liceat. Res singulas primum fugiente velut oculo aspiciamus, deinde an ad veteris alicujus rei gestæ, aut fabulæ memoriam alludatur, judicabimus. Sacerdos in veste adstat pura, capite neutiquam velato, uti in Sacrificiis plerumque factitatum, ex multis habemus, ne quod malum omen oculis inter litandum occurreret; at fasciola tantum aliqua, aut calantica comas coercere, & operire videtur. Fruges habet præ manibus, nempe hordeum, far, & alia cum sale mista, quæ molæ salsæ vocabulo apud Romanos significata Dionysius Halicarnasseus auctor est; & super victimæ caput spargebantur in quolibet Sacrificio. Flammam in ara excitatam videmus, & victimam parari, atque aqua frigida perfusa explorari. Nam si ad contactum aquæ se excuteret victima, tunc vegeta, sana & robusta habebatur, adeoque Diis accepta. Sin vero sine succussione membrorum frigidam perferret, non satis incolumis, & ideo indigna videbatur. Similem ritum in alio monumento videre est apud Montfauconium [a]. Hircos ita probatos Plutarchus refert in libro de Defectu Oraculorum. Hæc autem victima hircus ne sit, an sus, difficile est judicare. Suem malumus credere, quæ victima est antiquissima, & crebrius usurpata, & sacris Cereris ut propria peculiariter attributa. Præter Sacerdotem adest etiam, ut nobis quidem videtur, Hercules sacris operans, sola Leonis Nemei pelle amictus. Unde conjectare possumus, quid in mente habuerit hujus marmoris cælator: scilicet vel Herculem sacris Cereris initiatum, vel Evandrum, & Herculem simul sacrificantes expres-

[a] *Tom. 2. pag. 178. Plutarch. 75. n. 2.*

N·XXV P·20



F. A. Maijesle deli. Io: Cattini Fecit.

expressit. Alcidem autem Eleusinem profectum, ut sacris Cereris initiaretur, scribunt Stephanus, & Suidas, de Agra Atticæ oppido, parvisque Cereris sacris verba facientes: & Virgilius, atque Dionysius Halicarnasseus narrant, Herculem ab Evandro recenti Latii incola hospitio exceptum fuisse, & institutum eidem annuum Sacrificium, quod a Sacerdote non velato, sed aperto capite perageretur. Hæc diximus, ne jejunum dimitteremus lectorem, qui si omnes Sacrificiorum ritus scire cupit, innumeros præsto habet antiquitatum Scriptores, & præ cæteris Potterium in Archeologiæ Græcæ libro 2. cap. 4.



VE-

XXVI.

VENUS FORTASSE MARINA.

SImilem fere exhibet Montfauconius tomo 1. parte 1. pag. 166. Sed detritum saxum vetat plura in hanc rem addere.

XXVII.

MILITARIS FORTASSE ALLOCUTIO.

XXVIII.

MILITUM PILIS PUGNANTIUM MUTUUS INCURSUS.

XXIX.

CULLEUS, SEU SACCUS.

EX coriis confectum tam aridæ, quam liquidæ annonæ exportandæ accommodatum, frumento, vel farina, vel oleo, vel vino plenum quatuor robusti juvenes, scipionibus etiam innixi, devehunt plaustro fortasse impositum.

XXX.

INCERTI OPERIS FRAGMENTUM.

NEque de hoc elegantis operis fragmento quidquam audemus asserere; at conjecturam aliquam afferre non omittemus. Fortasse est Gladiator, fortasse reus ali-


quis




F. A. Mayesle delineavit. *Io: Cattini incidit.*




F. A. Maijesle delineavit. Io: Cattini incidit.



J.A. Maijesle del. *Jo: Cattini fecit.*



J.A. Majesle del. Jo: Cattini fecit.



F. A. Maijesle del. *Jo: Cattini fecit.*


N · XXXI
P · 23














N · XXXII

quis, cum bestiis, ad quas damnatus erat, colluctans. Fortasse Mitras, quo nomine Sol a Persis & dicebatur, & colebatur, quem Statius [a] vocat:

[a] in fine lib. 1. Thebaid.

. . . . Persei sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mitram.

Fortassis etiam Hercules Buthoenas, seu Buphagus, de quo hæc habetur historia [b]: Hercules cum Hylo iter faciens, ad quemdam Agricolam nomine Theodamantem divertit: filio esuriente petiit epulum sibi aliquod parari; Agricola subrustice denegavit; iratus Alcides, in armenta, quæ proxime pascebantur, irruit, & bove occiso epulatus est, qua de re Βουφάγος appellatus. Verum hæc omnia eruditi lectoris judicio subjicimus. At hoc, & alia hujusmodi fragmenta facile credimus mera mutulorum, aut alia ornamenta ab architectis inventa.

[b] Ex Schol. Nonni in orationem Nazianzeni, quæ incipit πάλιν.

XXXI.

INCERTUM FRAGMENTUM.

HOsce lapides, in quibus varia armorum genera cælata, ornamenta fuisse credimus alicujus molis in honorem Quinti Glitii Agricolæ erectæ, cujus mox variis in Inscriptionibus bellica facinora multa commendari videbimus.

XXXII.

INCERTUM FRAGMENTUM.

ET hæc fragmenta Architectonici operis ad eamdem molem spectasse suspicamur, cum eodem in loco reperta fuisse una cum lapidibus trophea referentibus, & Glitianis Inscriptionibus, non obscura fama sit.

Opti-

XXXIII.

LUDI CIRCENSES.

OPtimi Artificis fragmentum Ludorum Circensium nobis memoriam refricans. Eosdem Ludos eodem fere modo designatos frequenter in antiquis Numismatibus vidimus.

XXXIV.

APER MAGNO IMPETU IRRUENS, VEL FUGIENS.

[a] Lyd. de Re Milit. Roman. lib. 3.

INter militaria signa locum obtinebat [a] hoc animal.

XXXV.


INCERTUM OPUS.

QUid sibi velit hæc marmorea Tabula, in qua vir cum jumento sistitur a muliere ipsum quasi allocutura, haud facile definias. Antiquum certe, nec inelegans opus est. Schema hujusce mulieris vestes, & palliolum ab altero humero veluti rejicientis, magnam habet cum altera Diadumenianæ Tabulæ figura similitudinem.


XXXVI.

RUDIS, ET INCERTI OPERIS FRAGMENTUM.


FRAG-




F. A Maÿesle del: Io: Cattini fecit.




Franciscus A Mayesle deli. *Ioannes Franciscus Cattini Fecit.*



N·XXXVI P·24






N·XXXVII
P·25



XXXVII.

FRAGMENTA CORONÆ ALICUJUS NON OBSCURI OPERIS.


XXXVIII.

HActenus Anaglypha mera. Jam ad lapides inscriptos veniamus. Quorum nonnullos uberioribus annotationibus, prout res postulabit, illustrandos curabimus; reliquos explicatis dumtaxat siglis, & notis prætermittemus.




Quinto Glitio Publii Filio Stellatina
(ex Tribu) Atilio Agricolæ Consuli ;

XXXIX.




Quinto Glitio Publii Filio Stellatina
(ex Tribu) Atilio Agricolæ
Consuli Secundum Septumviro Epulonum

XL.



Quinto Glitio
Atilio
Consuli Secundum Septemviro
Sodali Augustali
Præfecto Urbis
Cæsaris Nervæ
Germanici Dacici
Donato Ab Eodem
Donis Militaribus
Classica Aurea
Legato Proprio Provinciæ
Legato Legionis Sextæ
Citerioris




Filio Stellatina
Agricolæ Septumviro Epulonum
Proprio Proprætori

Impe-

Imperatoris Nervæ Cæsaris Augusti
Provinciæ Belgicæ
Legato Legionis Sextæ Ferratæ
Legionis Citerioris Hispaniæ
Prætori Ædili Curuli
Quæstori Divi Vespasiani
Legionis Primæ Italicæ
Judici Se
Roma

XLII.



Publii Filio Stellatina
Agricolæ Consuli Secundum
Septumviro Epulonum Sodali
Augustali Claudiali Legato Proprio

Impe-

Imperatoris Nervæ Cæsaris Trajani Augusti Germanici Dacici
Provinciæ Pannoniæ Donato Ab Eodem
Bello Dacico Donis Militaribus Corona
Murali Vallari Classica Aurea Hastis
Puris Quatuor Vexillis Quatuor Legato Proprio
Provinciæ Belgicæ Divi Nervæ Legato
Legionis Sextæ Ferratæ Legato Hispaniæ
Prætori
Di Vi

Quinti Glitii Publii Filii ex Tribu Stellatina ; cognomento Agricolæ, viri & civilibus, & militaribus negotiis, & rebus gestis sub tribus Imperatoribus Vespasiano, Nerva, & Trajano clarissimi, memoria nobis superest sex marmoreis lapidibus tradita, sine quibus omnino periisset, quum ne verbum quidem de illo apud quempiam ejus ætatis Scriptorem reperire sit. Quinque Latinas vides Inscriptiones : Græca fuit sexta, cujus jam edidimus fragmenta in prima Parte [a]. Elogium fere semper idem inscriptum fuisse censendum, mutato tantummodo verborum ordine. Difficile admodum erit alterum reperire toties repetitarum unius viri in marmoribus laudum exemplum. Præter mutatum verborum ordinem varia etiam cernitur, & vix in aliis marmoribus usitata marmoris peripheria, ac figura. Aliquas ex his olim Taurini repertas jam ediderunt Pingonius, Gruterus, Guichenonius, & alii ; omnes una simul edidit Muratorius [b]. Græca tantum excepta. Taurinensis itaque, ut opinamur, fuit iste Glitius, cujus æternæ famæ hisce sex Epigrammatis cautum procul dubio, consultumque fuit. Num vero hæc Epigrammata in sex separatim urbis locis posita fuerint,an potius uno eodemque in loco ad ornandum aliquod illi erectum monumentum Arcum puta, cujus singulis lateribus scriptæ Glitii Agricolæ laudes exhiberentur, non est ita facile definire. Potuit hujusmodi Arcus ornatam habere frontem, seu Zophorum ex iis, quæ supra vidimus

[a] *Marm. Taurinen. part 1. pag. 185.*

[b] *Thes. Inst. tom. 1. pag. 311.*

mus [*c*], anaglyphi, & architectonici operis fragmentis. Ad hujus arcus ornamentum pertinere fortasse potuit fragmentum militum pugnam referens numero XXXVIII. a nobis positum, & si quid aliud hujusmodi reperitur. Cælata vero trophea ad hujusmodi opus pertinuisse, eo est verosimilius, quo illa similiora sunt & Columnæ Trajanæ anaglypho operi, & arcus Arausicani, aliorumque ornamentis [*d*]. Nec negotium facessat, quod solis Imperatoribus, non privatis hominibus arcus plerumque extruerentur. Occurrunt enim etiam in fortium, & nobilium virorum honorem erecti arcus, ut ille Veronæ *Honori Marci Gavi* [*e*].

Jam vero ut de Inscriptione ipsa aliqua dicamus; Glitii nomina, & officia, & res gestæ, & dona militaria, & honores habiti, hæc omnia singillatim distinguenda, & si quæ lucem desiderant, illustranda.

[c] *n.XXXXI. XXXII.*

[d] *Montfauc. ant.expl. tom 4.*

[e] *Verona illustr. tom.3.*

GLITII NOMINA.

Non est antiquis Auctoribus ignotum Glitiorum nomen, quamquam plerumque corruptum apud ipsos reperiatur. At in marmoribus & frequentius est, & semper sibi constat. Gruterus [*f*] ex Pingonio quemdam refert Glitium Verum, qui profecto fuit ex eadem gente, ex qua noster Quintus. Idem quemdam Glitium Felicem habet [*g*], qui laudatur, ut Virgilianus Poeta: at omnino fastis Poeticis ignotus. Est & Glitio Gallo Inscriptio inter Donianas a Gorio explicatas [*h*]. In nostris marmoribus Taurinensibus præter Quinti Glitii nomen toties repetitum, alter etiam Glitius habetur cognomento Agathopus. Hæc in lapidibus: at præter hos Glitius aliquis censendus est fuisse auctor legis Glitiæ [*i*], etsi Antonius Augustinus, & Gothofredus, & Cujacius ad eum referant Marcum Gliciam, qui in fastis Capitolinis anno urbis DIV. Prætor fuisse legitur. Sed enim præter quam quod non tam antiqua videtur ea lex, ab aucto-

re

[f] *Pag. 913. n. 4.*

[g] *Pag.64.n.5.*

[h] *Pag.234.*

[i] *Digest.lib.5. tit. 11. de inoffic. l. 4* non est enim consentiendum.

Imperatoris Nervæ Cæsaris Trajani Augusti Germanici Dacici
Provinciæ Pannoniæ Donato Ab Eodem
Bello Dacico Donis Militaribus Corona
Murali Vallari Classica Aurea Hastis
Puris Quatuor Vexillis Quatuor Legato Proprio
Provinciæ Belgicæ Divi Nervæ Legato
Legionis Sextæ Ferratæ Legato Hispaniæ
Prætori
Di Vi

Quinti Glitii Publii Filii ex Tribu Stellatina ; cognomento Agricolæ, viri & civilibus, & militaribus negotiis, & rebus gestis sub tribus Imperatoribus Vespasiano, Nerva, & Trajano clarissimi, memoria nobis superest sex marmoreis lapidibus tradita, sine quibus omnino periisset, quum ne verbum quidem de illo apud quempiam ejus ætatis Scriptorem reperire sit. Quinque Latinas vides Inscriptiones : Græca fuit sexta, cujus jam edidimus fragmenta in prima Parte [*a*]. Elogium fere semper idem inscriptum fuisse censendum, mutato tantummodo verborum ordine. Difficile admodum erit alterum reperire toties repetitarum unius viri in marmoribus laudum exemplum. Præter mutatum verborum ordinem varia etiam cernitur, & vix in aliis marmoribus usitata marmoris peripheria, ac figura. Aliquas ex his olim Taurini repertas jam ediderunt Pingonius, Gruterus, Guichenonius, & alii ; omnes una simul edidit Muratorius [*b*]. Græca tantum excepta. Taurinensis itaque, ut opinamur, fuit iste Glitius, cujus æternæ famæ hisce sex Epigrammatis cautum procul dubio, consultumque fuit. Num vero hæc Epigrammata in sex separatim urbis locis posita fuerint, an potius uno eodemque in loco ad ornandum aliquod illi erectum monumentum Arcum puta, cujus singulis lateribus scriptæ Glitii Agricolæ laudes exhiberentur, non est ita facile definire. Potuit hujusmodi Arcus ornatam habere frontem, seu Zophorum ex iis, quæ supra vidimus

[a] *Marm. Taurinen. part 1. pag. 185.*

[b] *Thes. Inst. tom. 1. pag. 311.*

mus [c], anaglyphi, & architectonici operis fragmentis. Ad hujus arcus ornamentum pertinere fortasse potuit fragmentum militum pugnam referens numero XXXVIII. a nobis positum, & si quid aliud hujusmodi reperitur. Cælata vero trophea ad hujusmodi opus pertinuisse, eo est verosimilius, quo illa similiora sunt & Columnæ Trajanæ anaglypho operi, & arcus Arausicani, aliorumque ornamentis [d]. Nec negotium facessat, quod solis Imperatoribus, non privatis hominibus arcus plerumque extruerentur. Occurrunt enim etiam in fortium, & nobilium virorum honorem erecti arcus, ut ille Veronæ *Honori Marci Gavi* [e].

[c] *n.XXXXI. XXXII.*

[d] *Montfauc. ant.expl. tom 4.*

[e] *Verona illustr. tom.3.*

Jam vero ut de Inscriptione ipsa aliqua dicamus; Glitii nomina, & officia, & res gestæ, & dona militaria, & honores habiti, hæc omnia singillatim distinguenda, & si quæ lucem desiderant, illustranda.

GLITII NOMINA.

Non est antiquis Auctoribus ignotum Glitiorum nomen, quamquam plerumque corruptum apud ipsos reperiatur. At in marmoribus & frequentius est, & semper sibi constat. Gruterus [f] ex Pingonio quemdam refert Glitium Verum, qui profecto fuit ex eadem gente, ex qua noster Quintus. Idem quemdam Glitium Felicem habet [g], qui laudatur, ut Virgilianus Poeta: at omnino fastis Poeticis ignotus. Est & Glitio Gallo Inscriptio inter Donianas a Gorio explicatas [h]. In nostris marmoribus Taurinensibus præter Quinti Glitii nomen toties repetitum, alter etiam Glitius habetur cognomento Agathopus. Hæc in lapidibus: at præter hos Glitius aliquis censendus est fuisse auctor legis Glitiæ [i], etsi Antonius Augustinus, & Gothofredus, & Cujacius ad eum referant Marcum Gliciam, qui in fastis Capitolinis anno urbis DIV. Prætor fuisse legitur. Sed enim præter quam quod non tam antiqua videtur ea lex, ab aucto-

[f] *Pag.* 913. *n.* 4.

[g] *Pag.* 64. *n.* 5.

[h] *Pag.* 234.

[i] *Digest. lib.* 5. *tit.* 11. *de inoffic. l.* 4. non est enim consentiendum.

re Glitia, Glitiana potius dicenda est, & a Glitio Glitia omnino dici debuit, ut ex innumerarum legum nominibus certum est. Glitii vero Galli, & in Doniana Inscriptione jam allata fit mentio, & a Svetonio in Tiberio, & a Tacito libro xv. Annalium, quem a Nerone proscriptum, ut ait, Egnatia Maximilla conjux secuta est. Si hunc Glitium Gallum a patria cognomentum Galli sortitum fuisse liceret asserere, neutiquam dubitaremus credere ex Glitia Gente in hac Subalpina Gallia florente ipsum fuisse.

Hi sunt Glitii quorum superest memoria, quos si Casaubonus novisset, non hæsisset in suis ad Svetonium animadversionibus, an corruptos sequens manuscriptos Codices Ilicium ne pro Glitio legeret.

In Atilio vero Glitii cognomento non est cur immoremur, nam id nominis, ut ex indicibus Gruterianis patet, frequentissime usurpatum. Ex hisce vero duobus nominibus Atilii, & Agricolæ, alterum est proprium Glitii cognomen, alterum Libertinitatem, vel Adoptionem indicat, Agricolam magis placet dictum a Patrono, aut Patre adoptante, qui potuit esse aut Julius Agricola Taciti Socer, aut aliquis illius consanguineus. Occurrunt & alii Agricolæ penes antiquos Scriptores, at lubenter prætermittimus, quod nihil cum nostro commune habeant.

GLITII PATER ET TRIBVS.

At vero inter Glitii nomina more Romano & Patris nomen, & Tribus refertur. Inter Cives itaque Romanos adscriptus profecto erat, licet Glitii nomen quiddam barbarum ac Celticum potius quam Græcum, aut Latinum sonet. Illius pater Publii prænomine usus, quamquam ipse Quintus dicatur. At neque heic neque alibi unquam quæstiones, quæ fieri possent circa Romanorum nomina ab aliis jam agitatas, iterum agitare nostrum est consi-

consilium. Glitii Tribus Stellatina fuit. Quicumque enim Civitate Romana gaudebant Provinciales, & Exteri, in aliqua Tribu Urbana, vel Rustica descripti erant. In nostris Subalpinis Marmoribus duæ Tribus frequentissimæ sunt, Stellatina, & Pollia, ambæ Rusticæ censentur. Pollia unde nomen sumserit, certum haud est. Stellatina ab Agro Stellate propter Portam Capenam, non ab eo, qui in Campania est. De utraque consulat, qui plura vult, Pitiscum.

GLITII ÆTAS.

Ætatem facile, & annos Quinti Glitii ex ejus Elogiis computare possumus. Si enim sub Vespasiano jam stipendia meruit, aut honoribus functus ante annum Æræ Christianæ LXXVIII, jam dudum ex Ephebis excesserat, & agebat fortasse trigesimum, aut quadragesimum annum. Claruit vero bello Dacico, in quo tot donis militaribus honestatus. Vivebat igitur anno CV, quo confectum est secundum bellum Dacicum. Nam quum de bello Trajani Dacico agitur, secundum intelligendum, quod longe operosius, & Trajano gloriosius fuit Dacis debellatis, & Decebalo desperatis rebus mortem sibi ultro inferente. Inter septuagesimum vero, aut sexagesimum suæ ætatis annum mortuus videtur circa finem Trajani Imperii. Porro Glitii ætatem, & gesta consideranti, verosimile valde fiet fuisse illum a Julio Agricola adoptatum, aut libertate donatum, quamquam Julii nomen non assumserit.

GLITII SECUNDUS CONSULATUS.

Sunt qui mirentur, quum Consulis nomen in aliquo legunt monumento, quod tamen in nullis occurrat Fastis Consularibus. At ex variis inscriptionibus, & ex antiqua omni memoria non brevis colligi potest Elenchus Consulum, qui in fastis publicis non sunt descripti; idque eos neutiquam commovet, qui triplex Consulum genus distin-

guere norunt, nimirum Ordinarios, Suffectos, & Honorarios; ut in prima nostrorum Marmorum parte innuimus. (c) Tam varium Consulum genus, amissa libertate, in Rempublicam invectum; primusque Cæsar auctor hujus rei traducitur, cujus exemplum secuti cæteri Imperatores, quum omnem Imperii potestatem sibi retinerent, at quamdam vanam speciem Reipublicæ servatam vellent, quos optarent, Collegas sibi assumebant in Consulatu, & plures aliquando eodem anno Consules honoris caussa designabant, ut amicis suis gratificarentur, eis committendo, ut vicibus suis uno, alteroque mense fungerentur. Ita in fastis Consularibus nomen Imperatoris, aut eorum Consulum describebatur, qui Kalendis Januariis suum inibant Consulatum, aliorum vero, qui per aliquem anni mensem tamquam totidem Imperatoris Vicarii Consulari fruerentur honore, nulla ratio habita in fastis. Trajanus præcipue, sub quo vixit noster Glitius, hoc usurpavit. Sic Plinius Consul fuit mense Septembri anno Urbis DCCCLIII., Christi C. quo Trajano gratias egit, celebremque Panegyricam habuit Orationem. Plutarchus etiam, Suetonio teste, semel Consul fuit, & Silius Italicus tertium: horum tamen nemo in fastis publicis locum habet. Ita & noster Glitius secundum Consul fuit, hoc est bis a Principe Consulari honore decoratus, & fortassis Honorarium secundum Consulatum gerebat eo anno, quo hæc illi publice posita monumenta. Hujusmodi Honorarii Consulatus dignitas multo magis parvi facta videtur sub cæteris Imperatoribus, ut sub Commodo, cujus cubicularius Cleander (Xiphilino auctore) quum gratia valeret apud Principem, unius anni triginta Consules designavit. Quæ quum ita sint, secundus Glitii Consulatus Honorarius censendus est in Urbe Roma gestus, non Augustæ Taurinorum, veluti quidam opinantur, existimantes Duumviros in Coloniis Consulis etiam nomen usurpasse, quorum in sententiam, ut eamus, nulla adhuc valida ratione compellimur.

(c) Pag. 202. & 203.

LE-

LEGIONES, QUIBUS GLITIUS PRÆFUIT.

Animadversionem aliquam merentur Legiones, quibus præfuit Glitius, & earum nomina accuratius observanda. Prima Italica, & Tertia Ferrata hic nominantur. Hæc, & aliarum, quæ crebro in saxis occurrunt, Legionum nomina, quid sibi velint, dum inquirunt, aut lapsi sunt, aut incerti hæserunt plerique Antiquitatis Interpretes. Wolfgangus Lazius (*e*) dum diligentissimus in colligenda, & digerenda omni Legionum Romanarum memoria videri vult, sicuti rem, uti est, intelligendo consequi non potuit, ita lectoribus obscuram reliquit.

(e) *Comment. Reip. Rom. lib.* 5.

Notandum igitur est, vera, ac propria Legionum nomina semper hæc fuisse, Prima, Secunda, Tertia, usque ad Duodevigesimam, Vigesimam tertiam, vel quartam aliquando, & interdum etiam Trigesimam. Italica vero, Ferrata, & alia hujusmodi sunt quasi cognomenta Legionum, seu distinguendi caussa, seu virtutis commendandæ aliqua præclara appellatione. Utraque hæc nomina sub nonnullis Imperatoribus mutationem passa. Nam modo interruptus est numerus, modo iterata cognomina. Res clarissima fiet exemplo, a Dione Cassio petita (*f*) Legionum enumeratione, quæ sub Severo stipendia merebantur. Severus habebat XXX. circiter Legiones; hoc ex enumeratione colligitur, non ex nomine Trigesimæ Legionis. Nonnullarum enim numeri Legionum sub ipso esse desierant, & sub aliis antea Imperatoribus. E contrario multarum Legionum numeri geminati fuerant, unde Gemellæ, seu Geminæ Legiones appellatæ. Nec Geminæ modo, sed Tergeminæ, & Quatergeminæ fuere ejusdem unius numeri Legiones. Sic sub eodem Severo Imperium Romanum nullam nonam Legionem habuit, nullam decimam sextam, & nonnullorum aliorum numerorum nullam. At primas quatuor, secundas quinque, ut in Catalogo inferius descripto videri potest. Dio primum enumerat, quæ supererant ab Augusti ætate nominatæ Legiones, deinde reliquas, quæ

(f) *Lib.* 55.

 ab

ab aliis Imperatoribus nomina acceperant, & sua ætate adhuc extabant. Utrarumque Stativa etiam addit, seu Provincias, in quibus id temporis erant. Omnia uno obtutu hic conspicienda damus.

Legiones Romanæ Severo Imperante ex Dione Cassio.

Prima Italica in Mysia . . . Instituit Nero.
Auxiliaria in Pannonia Infer. . . . instit. Galba.
Atheniensis in Germania Inferiori... instit. Domitianus.
Parthica in Mesopotamia . . . instit. Severus.
Secunda Augusta in Britannia Superiori . . . . .
Auxiliaria in Pannonia Inferiori... instit. Vespasianus.
Ægyptia . . . ibidem ...instit. Trajanus.. Antoniniana postea a M. Antonino dicta.
Germanica, quæ & Italica in Norico... instit. Trajanus.
Media in Italia . . . instit. Severus.
Tertia Gallica . . . in Phœnicia.
Cyrenaica . . . in Arabia.
Augusta . . . in Numidia.
Germanica, quæ & Italica in Rhætia... instit. Trajanus.
Parthica . . . in Mesopotamia . . . instit. Severus.
Quarta Scythica . . . in Syria.
Flavia . . . in Syria . . . instit. Vespasianus.
Quinta Macedonia . . . in Thracia.
Sexta Victrix . . . in Britannia Inferiori.
Ferrata . . . in Judæa.
Septima Claudia . . . in Mysia . . . a Claudio nomen accepit: erat tamen Augusti tempore.
Auxiliaris . . . in Hispania . . . instit. Galba.
Octava Augusta . . . in Germania Superiori.
Nona Nulla.
Decima Gemella . . . in Pannonia Superiori.
Undecima Claudia . . . in Mysia Inferiori: Claudius nomen dedit, sed a tempore Augusti erat.
Duodecima Fulminatrix . . . in Cappadocia.

Deci-

Decimatertia Nulla.
Decimaquarta Gemella . . . in Pannonia Superiori.
Decimaquinta Apollinaris . . . in Cappadocia.
XVI . . . XVII . . . XVIII . . . XIX. Nullæ.
Vigesima Valeriana Victrix } ambæ in Britannia Superiori.
XXI. &c. usque ad Trigesimam Nullæ.
Trigesima Germanica . . . in Germania Inferiori . . . instit. Trajanus; postea Antoninianam dixit Antoninus.

Unde triginta sunt Legiones, quibus si addas Prætoriam, & Urbanam, erunt triginta & una.

GLITII DONA MILITARIA.

Ex iis, quæ adeptus est, militaribus præmiis, multa stipendia Glitium meruisse, & cum hostibus multoties manus conseruisse certum est, & multa præclara edidisse facinora; puta hostilem murum in oppugnatione alicujus Oppidi primus ascendens, Muralem Coronam; Castra ab hostium impetu defendens, Vallarem; navali prælio fortiter pugnans, Classicam; in acie victor existens, Auream; ter quater hostem profligans, aut illius frangens impetum, Hastas, & Vexilla suæ præmia virtutis accepit. De hujusmodi donis militaribus satis multa plerique omnes Antiquarii. Nemo plura tulit, quam ille Sicinius Dentatus, qui centies, & vicies cum hoste congressus, quadraginta quinque vulnera adverso corpore, nullum averso recepit; donatusque fuit Coronis aureis VIII, Obsidionali I, Muralibus tribus, Civicis XIV, Torquibus LXXXIII, Armillis plus CLX, Hastis XVIII, Phaleris XXV: de illo eadem Gellius, & Valerius Maximus testantes videantur. (*g*) Quum legimus Hastas puras, & Vexilla pura, non intelligere volumus, uti non pauci, Hastas sine ferro, Vexilla sine auro; at potius Hastas, seu Vexilla, quorum in pugna nullus adhuc usus factus sit, ut distinguantur a spoliis hostium, quibus donari

(g) *Agell. noct. Att. lib. 2. cap. 1. Val. Max. lib. 3. cap. 2.*

donari & milites poterant: ſicuti igitur toga pura dicta, quæ prima ſumebatur, charta pura ab Ulpiano, in qua nihil adhuc ſcriptum, ita pura hujuſmodi arma dicebantur, quia non ad merum belli uſum elaborata erant, aut unquam adhibita, ſed majori cura, & pretio adornata, ut magis virtutis eſſent teſtimonia, quam pugnandi inſtrumenta, arma denique muneraria, ſeu donaria.

PROVINCIÆ A GLITIO ADMINISTRATÆ HISPANIA, BELGIUM, PANNONIA.

Multis in negotiis uſi ſunt Imperatores virtute Quinti Glitii, modo hanc, modo illam eidem committendo Provinciam, ſi qua erat magni plena periculi. Sic tribus longe diſſitis Provinciis diverſis temporibus præfuit. Veroſimile eſt Imperante Veſpaſiano Hiſpaniam, Nerva Belgium, Trajano Pannoniam adminiſtraſſe. Hanc ultimam Provinciam magna, ut opinamur, virtute rexit bello ultimo Dacico, quod in ejus confinio gerebatur. Pannonia enim Poloniam, & Hungariam comprehendebat, ditiſſima nunc Regna; Dacia vero Valachiam, Serviam, Bulgariam, Bohemiam, aliaſque finitimas Hungarico Regno Provincias continebat.

GLITII VARIA MUNERA.

Septumvir fuit Epulonum, Sodalis Auguſtalis, & Claudialis; nimirum unus ex Septemviris, quibus curæ erant Epulæ faciundæ in ludis quotannis celebrari ſolitis in honorem Auguſti, & in honorem Claudii Imperatorum.

Quæſtor Veſpaſiani fuit, Curator nimirum, & Adminiſtrator pecuniæ ad alendos exercitus neceſſariæ.

Proprætor Imperatoris Nervæ, hoc eſt *Locum tenens Generalis*, ut barbare dicunt, ſub Imperatore Nerva.

Legatus proprius Trajani, idem fere ac Proprætor, niſi quod major horum Legatorum auctoritas, quaſi dixeris, Supre-

Supremus Exercitus Dux ab Imperatore.

Præfectus Urbi fuit, & Ædilis Curulis : noti sunt hi Magistratus.

Prætor fuit, nempe Dux Exercitus Romani.

Legatus etiam Legionis Primæ Italicæ, & Tertiæ Ferratæ, nimirum Dux, aut Præfectus modo istius, modo illius Legionis.

Judex etiam fuit fortasse Secundæ Decuriæ, ut ex illis litteris conjectamus IVDIC. SE.

ROMANORUM PATRONUS APPELLATUS EST GLITIUS.

Anxium, & suspensum relinquunt lectorem extremæ penultimæ inscriptionis litteræ ROMA; supplendumque suspicari quispiam posset DOMO ROMA, quæ consueta in inscriptionibus locutio. At inepte finiret tam præclarum elogium, si ultimo loco poneretur *Domo Roma*. Malumus nos ita supplere ROMANORVM PATRONO, aut SERVATORI, quod non absurdum judicabit, qui duo illa perspiciat jam a nobis edita Græcæ inscriptionis fragmenta, quæ si ex una, eademque sunt inscriptione ad Quintum Glitium Atilium Agricolam pertinente, sicut illic ΑΝΕΙΚΗΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΠΑΤΡΩΝΩΙ altis adhuc impressum sulcis legimus, ita hic Romanorum Patrono legendum audemus asserere, existimantes tot rerum bene gestarum memoriam, præclarosque hosce titulos optime concludi hac honorificentissima Romanorum Patroni appellatione, qua fortassis, acclamante alicujus strenue gestæ rei occasione toto exercitu, fuit condecoratus (*b*).

(b) *V. num. XIV. in prima parte Marm. Taur.*

XLIII.

Vivens fecit Quintus Glitius Agathopus
Sibi, & Æliæ Adiutrici Coniugi
Pientissimæ.


QUinto Glitio Agricolæ hunc Quintum Glitium subjungimus, ejus fortasse libertum, Græco cognomine Agathopum, velut ἀγαθοποιὸν *Beneficum*, cujus hic communis fuit cum Uxore Aelia Adjutrice tumulus.

Jam cæteras inscriptiones afferemus, eo fere ordine, quo in ipsius Musæi parietibus collocata sunt, quod mallemus a nobis ab initio factum.



XLIV.

V F
Q·GLTIVS
AGATIOPVS
SIBI ꝯ ET
AELIAE
ADIVIRIG
CONIVGI
PIENTISSIM




XLIII.

Vivens fecit Quintus Glitius Agathopus
Sibi, & Æliæ Adiutrici Coniugi
Pientissimæ.

QUinto Glitio Agricolæ hunc Quintum Glitium subjungimus, ejus fortasse libertum, Græco cognomine Agathopum, velut *ἀγαθόποιον Beneficum*, cujus hic communis fuit cum Uxore Aelia Adjutrice tumulus.


Jam cæteras inscriptiones afferemus, eo fere ordine, quo in ipsius Musæi parietibus collocata sunt, quod mallemus a nobis ab initio factum.








V F
Q·GLTIVS
AGATIOPVS
SIBI ❦ ET
AELIAE
ADIVIRIG
CONIVGI
PIENTISSIM





Diis Manibus

Sextiæ

Tiofile

Fortuna-

tus Libertus.

T*Iofile* Græcus Dativus litteris *ph*, non digammate Æolico erat ſcribendus. Græcanicum enim eſt vocabulum, quaſi dixeris *bonoricola*, ſeu *bonoris amans*.

X L V.

Minitiæ Lucii Filiæ Petinæ
Uxori Rutilii Gallici Leptitani
Publice.

ÆRe publico, aut impensa publica positus hic lapis in honorem Miniciæ Lucii filiæ Petinæ, quæ uxor fuit Rutilii Gallici Leptitani. Non mediocris hic est honos, iis tantum exhibitus, qui aliquod insigne beneficium patriæ contulerint. Multa apud Veteres exempla habemus eorum, qui publice, seu publico sumtu elati sunt; ut Menenius Agrippa, & Valerius Publicola apud Romanos, & nonnulli Philosophi apud Athenienses, veluti Livius, & Diogenes memoriæ tradiderunt. At illis ob rei domesticæ angustias publicum funus decretum, aliis vero in honorem ob præclara merita, sicuti huic Matronæ iste funereus titulus decretus est. Funereum malumus credere, quamquam & honorificus esse posset: quidquid sit, in gratiam potius mariti videtur hoc factum. Qua vero de caussa iste Rutilius Gallicus Leptitani cognomen acceperit, nos latet; quamquam probe novimus derivatum ab Urbe Lepti in Africa. Imo duæ fuere hujus nominis Urbes, altera prope Cinyphum fluvium, quæ & Leptis magna dicta, & Colonia fuit Romanorum, & sita inter Syrtes; (*a*) altera ad maritimam oram in Byzacena provincia, Leptis minor dicta, florens tamen opibus, & civibus, a Cæsare, & Hirtio nominata, a quibus ejus Incolæ Leptitani dicti. Verum an Rutilius in ea natus, an ejus incola diu fuerit, an ullum propter hanc Urbem bello aliquo Africo, ut verosimilius est, præclarum facinus gesserit, nemo potest definire. Non ineptum potius erit credere Rutilium hunc Gallicum Leptitanum illius Rutilii Gallici Valentis consanguineum, cui Soterichon scriptum legimus ab Statio Papinio libro Silvarum primo, de quo Poeta ipse in præfatione sic ait: *sequitur libellus Rutilio Gallico Valenti dedicatus.*

(a) *Cellar. Geograph. ant. Tom. 2. pag. 856. 60.*

MINICIA
L·F·PAETINA
VXORI
RVTILI GALLICI
LEPTITANI
PVBLICE

catus. In ipso vero Poematio & illius genus nobilissimum, & res ab eo ubique fere terrarum præclare gestas magno ore decantat.

> . . . . *Genus ipse suis, præmissaque retro*
> *Nobilitas, nec origo latet, sed luce sequenti*
> *Vincitur, & magno gaudet cessisse nepoti.*

Inter alia ejus gesta Bellum Lybicum ab eo confectum exornat his versibus.

> . . . . *Lybici quid mira tributi*
> *Obsequia, & missum media de pace triumphum,*
> *Laudem, & opes tantas? nec qui mandaverat ausus*
> *Expectare fuit: gaudet Thrasymenus, & Alpes,*
> *Cannensesque animæ, primusque insigne tributum*
> *Ipse palam læta poscebat Regulus umbra.*

Possumus itaque suspicari Rutilium Gallicum Leptitanum hoc cognomentum meruisse aliquo facinore ad Leptim edito, & aut eumdem esse ac Valentem, aut Valentis esse saltem Gentilem, adeoque & genere fuisse nobilissimo, & sub Imperatore Domitiano, ut Papinii Coævum, floruisse.



XLVI.

*Vivens Fecit Lucius Valerius Severinus Gaviæ
Marci Filiæ Ingenuæ Coniugi Sanctæ
Ac Piissimæ Vixit Annis Viginti
Tribus Dies Viginti Tres
Casta Pudica Decens Sapiens Generosa Probata.*

AUt semper tribus, aut semper tres scribere debuit quadratarius, ne joco, qui ex hac varia locutione oriri posset, locum præberet. Vixit, subintelligere vellemus, cum marito, ut anni XXIII. totidemque dies non a nativitate, sed a nuptiis numerarentur, quum nulla in lapide sit de immatura, & acerba morte querela, ut plerumque in aliis hujusmodi funereis titulis.

Præclarum est illud elogium uno versu comprehensum, in quo vox decens pro decora, seu formosa posita est: alioquin pulchritudinis laus omissa fuisset. Tenerrimi amoris plena elogia posita suis uxoribus a maritis frequentissima sunt in antiquis Græcis, & Latinis lapidibus. Perpulcrum illud mulieris elogium, quod Florentiæ se exscripsisse testatur Sponius (*a*).


(a) *Miscell. antiq. erud. in suppl. Thes. Tom.* 2. *pag.* 1094.

HIC . SITA . EST . AMYMONE . MARCI.
OPTIMA . ET . PVLCHERRIMA.
LANIFICA . PIA . PVDICA:
FRVGI . CASTA . DOMISEDA:


N·XLVI P·44

V F

L·VALERIVS
SEVERINVS
GAVIAE·M·F·INGEN
CONIVGI·SANCTAE
ACPIISIMAE VIXIT
ANNIS·XXIIII
DIES·XXIIII
CASTAPVDICADECENS
SAPIENSGENEROSAPROBAT




XLVII.



Numerio Appio... Centurioni... Æbutiæ Filiæ... Quintus Appius Ofilius Quæstor Duumvir Pontifex... Testamento Fieri Jussit.

QUæstor, qui pecuniam publicam, & vectigalia curat, & administrat: Duumviri pari, ac Consulari Romæ potestate pollens Magistratus in municipiis. Pontifex e Collegio Pontificum, seu Sacerdotum. Periit dimidia pars lapidis in honorem Numerii Appii positi, cujus idcirco alia militaria, & civilia officia nobis latent.

XLVIII.



Lucius Cœlius Quinti Filius Miles Legionis Nonæ Signifer Ob Virtutes Phalaris Torquibus Armillis Donatus.

INtegra fere inſcriptio, ſi addas, aut ſubintelligas *heic ſitus eſt*. De hiſce præmiis militaribus ſatis cognitis, adeat, qui vult, Auctores a nobis allatos numero XLII.

XLIX.

C·GAVIOL·F
STEL·SILVANO
RIMIPILARI·LEG VIII·AVG
IBVNO·COH·II·VIGILVM
IBVNO·COH·XIII·VRBAN
IBVNO·COH·XII·PRAETOR
ONIS DONATO·A·DIVO·CLAVD
BELLO·BRITANNICO
QVIBVS·ARMILLIS·PHALERIS
CORONA·AVRFA
TRONO COLON
D

Cajo Gavio Lucii Filio Stellati Silvano Primipilari Legionis Octavæ Augustæ Tribuno Cohortis Secundæ Vigilum Tribuno Cohortis Decimætertiæ Urbanæ Tribuno Cohortis Duodecimæ Prætoriæ Donis Donato A Divo Claudio Bello Britannico Torquibus Armillis Phaleris Corona Aurea Patrono Coloniæ Decreto Decurionum.

HÆc inscriptio non funebris est, verum alicui potius Statuæ in honorem Caji Gavii Silvani Taurinensis Coloniæ Patroni supposita fuit, estque omnino honorificum, non sepulchrale elogium. Fortasse iste ejusdem est gentis, cujus Marcus Gavius, cui erectus arcus est Veronæ. Militares gradus, & Dona, quorum in hoc lapide mentio fit, facile omnes norunt, & nihil est, quod ultra addamus. Cohortes Prætoria, & Urbana nomen a Legione habent, cujus partes erant. Quamquam vero decem tantum Cohortes haberet Legio, plures quandoque fuisse scriptas, a vero alienum non est. Cohors Secunda Vigilum in aliis etiam occurrit Saxis Gruterianis, & aliis. Verum an essent Cohortes, quibus Castrorum excubiæ mandatæ essent, ita ut illæ semper in stationibus essent, absurda videtur quæstio, & Romanorum militari disciplinæ absona. Ita tamen visum Wolfgango Lazio. Fuere potius Cohortes Vigilum Partes Legionis Vigilum hoc nomine insignitæ, aut Cohortes ad custodiam Urbis ipsius, & ad incendia extinguenda, facinorososque homines compescendos destinatæ. De his multa diligenter Cl. Gorius (*a*).

Nomina militarium officiorum diversa admodum florente Republica, & sub Imperatoribus fuere. Tribuni olim dicebantur, qui toti Legioni præessent; sub Imperatoribus vero etiam, qui uni Cohorti. Patronos suos Municipiis, & Coloniis fuisse, nemo non scit; de iis tamen multa lectu dignissima collegit Gorius loco citato. Decuriones in Municipiis, & Coloniis ii erant, quos Decemprimos Cicero in Oratione pro Roscio Amerino vocat, & δεκαπρώτους Græci, & pari ac in Urbe Senatores dignitate, & aucto-

(a) *Inscr. Etr. tom. 1. pag. 125. 129. & tom. 2. pag. 194. & seq.*

ritate

N·LII·

D M
ATTIAE·L·F·LVCI
NAE·ET·SIBI·Q
RVBRIVS·SEVE
RIANVS·QVAE
CVM·EO VIXIT
SINE LITIBVS
ET·IVRGIS·ANN
XXVI·M·X·
DIEB·VII HOR
VIII·FEMINE
CASTISSIMAE
CONI·CARISS
VIV·FEC·

N·L·

D·M
VENNONIAE
LIIB·
VICTORINAE
L·CORNELIVS·
CHRYSIANVS HER

N·L·I·

G·GENNIVBIANI
ET·IVN·LARTID
PRISCILLAE
M·VIBIVS
MARCELLVS

ritate fruebantur, adeoque heic idem *decreto Decurionum* est, ac in Urbe *Senatus Consulto*.

L.

Ita legendum *Diis Manibus*
Vennoniæ Lucii Libertæ Victorinæ
Lucius Cornelius Lucii Libertus
Chrysianus Heres.

L I.

Diis Manibus Caii Geminii Vibiani
Et Juniæ Lartidis Priscillæ Marcus
Vibius Marcellus.

SUpplendæ sunt, aut subintelligendæ in superiori parte Marmoris hæ litteræ D. M. Cajus iste Geminius Vibius antea fuit, & a Geminio aliquo adoptatus Vibianus, uti fiebat, cognominatus est. Ejusdem, utpote Gentilis sui, sepulchri curam habuit Marcus Vibius Marcellus. Gentem Vibiam illustrem fuisse, & in Subalpinis hisce Regionibus maxime diffusam, aliqua suadent in inscriptionibus, & Scriptoribus nostratium Vibiorum nomina, veluti Quinti Vibii Secundiani in Lapide ad Vari ostia olim reperto; Vibii Metavi in alio lapide prope Cuneum, & alia in Pingonianis inscriptionibus. Ex Tacito vero duos agnoscimus fratres Vibios, de quibus ait (*a*): *fine anni Vibius Secundus Eques Romanus accusantibus Mauris repetundarum damnatur, atque Italia exigitur, ne graviore pœna afficeretur Vibii Crispi fratris favore enixus*. De ipso Vibio Crispo, fratris accusatores sua eloquentia inultos non passo, idem meminit Auctor (*b*). Quem nostratem fuisse, & ex aliqua Subalpina Gente persuadent hæc Apri verba apud Auctorem Dialogi de Claris Oratoribus. *Ausim contendere Marcellum hunc Aprum, de quo modo locutus sum, & Crispum*

(a) *Annal. lib.* 14.

(b) *Hist. lib.* 2. & 4.

Vibium ..... non minus notos esse in extremis partibus terrarum, quam Capuæ, aut Vercellis, ubi nati dicuntur. Aliquis profecto ex nostra Vibia Gente condidit, aut auxit, aut ornavit Oppidum quoddam prope Padi fontem, Vibii Forum dictum, ut ex his Plinii verbis colligimus (*c*): *Padus e gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati finibus Ligurum Gabiennorum visendo fonte profluens, condensque se se cuniculo, & in Forovibiensium agro iterum exoriens.* Et mox Oppidum ipsum iterum nominat, inquiens: *Transpadana appellatur ab eo* (Pado) *regio nona tota in Meditarraneo; Oppida Vibi Forum, Segusio &c.* Hoc vero Oppidum, considerato fluminis alveo, non alibi esse potuit, quam propter Oppidum, quod hodie *Revello* vocant. Qua de re alibi sermo recurret.

(c) Hist. nat. lib. 3. cap. 15. 16.

L I I.

Diis Manibus Attiæ Lucii Filiæ Lucinæ Et Sibi Quintus Rubrius Severianus Quæ Cum Eo Vixit Sine Litibus Et Jurgiis Annis Sex Et Viginti Mensibus Decem Diebus Septem Horis Octo Fœmina Castissimæ Coniugi Carissimæ Vivens Fecit.

MAgna amoris significatio & *horas* numerare, quas cum coniuge quis vixerit. *Sine litibus, sine jurgiis*, frequentissima in hujusmodi lapidibus formula, ut *sine rixa, sine querela, sine noxa*. Sic etiam Plinius Geminio scribens (*a*) de cujusdam Geminii demortua coniuge sic ait: *Grave vulnus Matrimus noster accepit. Amisit uxorem singularis exempli, etiam si olim fuisset. Vixit cum hac triginta novem annis sine jurgio, sine offensa.*

(a) Ep. 5. lib. 8.

L I I I.


DUorum conjugum supersunt heic effigies. Viri nomen *Marcus Cornelius*, uxoris periit.

L I V.



F. A. Mayosle deli. Io: Callini Fecit.

LIV.



Marco Vennonio Marci Filio Stellatina (tribu) Jucundo Decemviro Ædilitia Poteſtate Judici Ex Quinque Decuriis Equiti Romano Equo Publico Bruttia Caii Filia Fida Mater Teſtamento Fieri Juſſit.

AN Decemviri Ædilitia potestate (ita enim legendum omnino videtur) iidem fuerint Decemviri ac Slitibus, seu Litibus judicandis, inquirere promtius est, quam decernere.

Judici ex quinque Decuriis, ita supplere malumus, quamquam non abhorrebat animus ita supplere *Judici Præfecto* quinque Decuriis, aut *Primo* ex quinque Decuriis. De quinque Decuriis Judicum, seu Classibus, quæ Romæ sub Imperatoribus fuerunt, satis diserte Pitiscus; ex quo tamen non satis perspicue constat, quando quinta Decuria addita fuerit. At luculentius id ostendit Sertorius Ursatus (*a*) in notis a Caligula actum, quintam nempe Svetonio *teste* additam ab illo Decuriam. Quæ vero caussarum genera singulis Decuriis essent judicanda, ex nullo adhuc aut Auctore, aut marmore nobis satis est perspectum. Hoc lapide verosimilius est non funereum titulum, sed honorificum potius contineri: nullum enim mœstitiæ verbum habetur a Matre, quæ florentem in amplis Magistratibus Romæ filium amiserit, profectum. At fortassis illi moriens aut Statuam, aut aliam honorificam memoriam ponendam testamento legavit.

(a) *In nota IIIVir.*

L V.

Diis Manibus Aurelii Crescentiani Viri Egregii Acie Desiderati Qui Vixit Annos Trigintaquinque Aurelius Pistus Exarchus Fratri Carissimo Posuit.

IN acie fortiter occubuit Crescentianus, eique hic lapis positus a Fratre Exarcho, hoc est Præfecto illi aut Legioni, aut Cohorti, aut Numero Militum, in quo Crescentianus militabat. Pistus a Græco πιϛὸς, fidelis. Exarchi vocabulum iterum occurrens in sequenti inscriptione accuratius expendemus.

L VI.

N·LVI·

D M



AVR·MAXIMI
EXAR·NVM·DAL
DIVIT QVIVIX
ANNXXX
AVRVICTORN
·POSVIT



N·LV·

D M
AVR·CRESCEN
TIANI·V·E
ACIEDESID
QVIVIXITAN
XXXV
AVR·PISTVS
EXAR
ERATRICAR
POSVIT

AN Decemviri Ædilitia potestate (ita enim legendum omnino videtur) iidem fuerint Decemviri ac Slitibus, seu Litibus judicandis, inquirere promtius est, quam decernere.

Judici ex quinque Decuriis, ita supplere malumus, quamquam non abhorrebat animus ita supplere *Judici Præfecto* quinque Decuriis, aut *Primo* ex quinque Decuriis. De quinque Decuriis Judicum, seu Classibus, quæ Romæ sub Imperatoribus fuerunt, satis diserte Pitiscus; ex quo tamen non satis perspicue constat, quando quinta Decuria addita fuerit. At luculentius id ostendit Sertorius Ursatus (*a*) in notis a Caligula actum, quintam nempe Svetonio teste additam ab illo Decuriam. Quæ vero caussarum genera singulis Decuriis essent judicanda, ex nullo adhuc aut Auctore, aut marmore nobis satis est perspectum. Hoc lapide verosimilius est non funereum titulum, sed honorificum potius contineri: nullum enim mœstitiæ verbum habetur a Matre, quæ florentem in amplis Magistratibus Romæ filium amiserit, profectum. At fortassis illi moriens aut Statuam, aut aliam honorificam memoriam ponendam testamento legavit.

(a) In nota IIIVir.

L V.

Diis Manibus Aurelii Crescentiani Viri Egregii Acie Desiderati Qui Vixit Annos Trigintaquinque Aurelius Pistus Exarchus Fratri Carissimo Posuit.

IN acie fortiter occubuit Crescentianus, eique hic lapis positus a Fratre Exarcho, hoc est Præfecto illi aut Legioni, aut Cohorti, aut Numero Militum, in quo Crescentianus militabat. Pistus a Græco πιςὸς, fidelis. Exarchi vocabulum iterum occurrens in sequenti inscriptione accuratius expendemus.


L VI.

N. LVI.

D M



AVR. MAXIMI
EXAR. NVM. DAL
DIVIT QVI VIX
ANN XXX
AVR VICTORIN
[illegible] POSVIT



N. LV.

D M
AVR. CRESCEN
TIANI. V. E
ACIE DESID
QVI VIXIT AN
XXXV
AVR. PISTVS
EXAR
ERATRICAR
POSVIT

L V I.

Diis Manibus Aurelii Maximi Exarchi Numeri Dalmatarum Divitensium Qui Vixit Annos Triginta Aurelius Victorinus Posuit.

NOn parvum facessunt negotium ea verba *Exarchi Numeri Dalmatarum Divitensium*, quæ singula sunt diligentius ponderanda.

Exarchus ἔξαρχος Græcum vocabulum est, Principem, ac Ducem significans, ad varia munera indicanda sub Imperatoribus in Italia usurpatum. Nam & ad Civilia, & ad Ecclesiastica, & ad Militaria officia traductum, quibus in singulis modo latius, modo arctius acceptum, ut Ducange Glossarium consideranti facile patebit. Nobis, quid in militia, cæteris missis, significarit, observandum. Exarchi nomine in nostris, & aliis inscriptionibus intelligendi sunt Præfecti, seu Ductores alicujus agminis, quos etiam Lucianus (*a*) ταξιαρχους appellat. Ea vero multitudo Militum, quæ sub Exarcho esset, modo major, modo minor esse potuit, quæ iccirco Numerus vocatur; quum non esset ad exemplum Romanarum Legionum ordinata. Nam ubi hæc vocabula *Exarchus*, & *Numerus* occurrunt, fere semper de Militum in aliqua Provincia delectorum agminibus agitur. Nec mirum, quod eos ipsos Numeros tamquam Legiones Romanas nuncupent aliquot Scriptores, ut Tacitus, & Plinius (*b*), & Sozomenus. Erant quippe Romanæ Legiones, utpote ad Imperii Romani tuitionem comparatæ; at non vetustam referebant militiam, nec in locum successerant Legionum, quæ *Tertiæ*, *Quartæ*, *Quintæ* nominibus distinguebantur. Quod si *Numeros* appellatas velimus & Cohortes, & Legiones, dicendum, latiorem *Numeri* vocabulum significationem obtinuisse; ita ut tam integra Legio, quam una Cohors tantum *Numerus* diceretur, nimirum agmen, ordo, aut τάγμα. Hinc illud Suetonii in Vespasiano: *Revocatis ad officium Numeris*, & illud

(a) *In Dialog. Meretr.*

(b) *Tac. in lib. 1. hist. & in Agric. Plin. lib. X. ep. 30. Sozomen. lib. 1. hist. Eccl. c. 9.*

illud Capitolini in Macrino: *Si vel unius Numeri consensus accederet*. At vero Claudianus (*c*) e Regnis delecta agmina *Numeros* vocat.

(c) *In Epithal. Pall.*

Regnorum tractat Numeros, cuneosque recenset.

Et in inscriptionibus variorum populorum *Numeri* habentur, ut ex sequentibus patet (*d*).

(d) *Grut. pag.* 1096. *n.* 6. & *pag.* 528. *n.* 7. *Murat. p.* 1099. *n.* 6. *Reines. cl.* 8. *n.* 102.

I.

CN . MARCIO

CN . F . GALLO

PRÆPOSITO . NVMEROR .

TENDENTIVM . IN . PONTO . . .

I I.

SEX . IVLIO . SEX . QVIR . POSSESSORI

PRÆF . COH . III . GALLOR . PRÆPOSITO

NVMERI . SYROR . SAGIT .

I I I.

SILVANO . DOMESTICO

PRO . S . * T . FLAVI

CRESCENTIS .

PRÆF . N . * M . HISPANIÆ .

* *Pro Salute Titi.*

* *Numeri Militum.*

I V.

D . M .

AVRELIO . IANVARIO . SIGNIF :

EX . NVM . DALMAT . FORT . ET

AVRELIO . VALENTINIANO . EXARCHO . . .

Hæc

Hæc ultima inſcriptio apprime cum noſtra congruit ob illa verba *Exarcho Numeri Dalmatarum Fortenſium*. Milites Dalmatas vides alibi Fortenſes, alibi Divitenſes appellatos. Porro Dalmatæ, ſeu Dalmatæ Milites frequentes in inſcriptionibus occurrunt. De Dalmatis Divitenſibus neutiquam dubitamus, Dalmatas a patria ſua dici, Divitenſes a Divitenſi Caſtro, ſeu Munimento ab Imperatore Flavio Conſtantino exſtructo ad Rhenum e regione Coloniæ Agrippinæ: ibi quum hæc Dalmatarum *Legio*, ſive hic Dalmatarum *Numerus* diu in præſidio fuiſſet, ab eo nomen traxit. De hoc loco, cui hodie nomen eſt *Deutſch*, multa Rhenanus (*e*). Rem confirmat hæc inſcriptio a Browero allata rerum Germanicarum Scriptore, & a Muratorio (*f*). *In Oppido Divitenſi*.

(e) *Lib. 3. rer. Germ. nov. antiq.*

(f) *Tom. 1. p. 859. num. 4.*

VIRTVTE . D . N . CONSTANTINI . MAX .

PII . FEL . INVIC . AVG . SVPPRESSIS . DO-

MITISQVE . FRANCIS . IN . EORVM . TER-

RIS . . . MIL . CASTR . DIVITENSIVM . SVB

PRESENTIA . PRINCIPIS . SVI . DEVOTI

NVMINI . MAIESTATIQ . EIVS . DVODEVI-

GINTI . HÆC . VOTA . FECER .

At non aliunde major lux afferri poteſt noſtræ de Dalmatis Divitenſibus inſcriptioni, & aliis ſimilibus, quam ex notitia Imperii Orientis, & Occidentis a Pancirollo illuſtrata. Nam & *Numeros* militum ſexcentis in locis habet, & Dalmatarum Equitum, & Peditum ſæpe, præcipue Capite CLV. juxta Commentarium Pancirolli, ubi de Dacia Ripenſi, quæ inter Danubium, & Savum ſita fuiſſe credi-

creditur. In illa hæ erant ſtationes Dalmatarum militum eo anno, quo illud *Rationarium* ſcriptum eſt poſt Theodoſii Magni ætatem circa.

Cuneus Equitum Dalmatarum Fortenſium, Bononiæ.
Cuneus Equitum Dalmatarum Divitenſium, Dortico.
Cuneus Equitum Dalmatarum Scutariorum, Cebro.
Cuneus Equitum Dalmatarum Divitenſium, Auguſtæ.
Cuneus Equitum Dalmatarum, Varinæ.

Diſtinguendi vero ſunt Divitenſes Dalmatæ a militibus Divitenſibus. Illi etenim a Caſtro Divitenſi, hodie *Deutſch*; iſti Seniores dicuntur, & a Diveto nomen habent, Siciliæ Oppido. Sic & Fortenſes milites diverſi ſunt a Dalmatis Fortenſibus; illi enim a Fortenſi Mauritaniæ Oppido nominati, hi vero Dalmatæ Fortenſes dicti ab Oppido Sarmatiæ, cui nomen Fortia Mœnia in Comitatu Tirolenſi, ubi hodie *Stertzingen*. Neutiquam itaque a vero aberrabit, qui dixerit, Dalmatas a Diocletiani, qui & Dalmata erat, circa temporibus varios Peditum, & Equitum numeros Romanis Exercitibus ſuppeditaſſe, & aliquando majus Romanæ Militiæ robur conſtituiſſe (*g*): neceſſum itaque fuiſſe, ut hi Numeri, vel Ordines Dalmatarum variis nominibus diſtinguerentur ab aliqua Natione, aut Præſidio ſumtis, ut Fortenſes, Divitenſes; aut ab armis, ut Scutarii, quod perlegenti Pancirolli in notitiam Imperii Commentarium perſpicuum fiet.

(g) *Pancirol. in Grævii Theſ. t. VII. pag.* 1709. 1844. 1758. 1999.

LVII.

LVII.

L·ALFIO·RESTITVTO
EQ·R·EQ·P.PRAEF·COH·II·BR·
EQ·TRB·COH·I·BR·∞EQ·FLAM
DIVITITETCLAVDPAVLINAEEIVS
C·PINARIVSONESIMVS·ET
CASSIDARIVSAMPHERISTVS
OB·MERITA

Lucio Alfio Restituto Equiti Romano Equo Publico Equitum Præfecto Cohortis Secundæ Britannicæ Equitatæ Tribuno Cohortis Primæ Britannicæ Milliariæ Equitatæ seu *Mille Equitum Flamini Divi Titi Et Claudiæ Paulinæ Ejus* (*Uxori*) *Cajus Pinarius Onesimus Et Cassidarius Ampheristus Ob Merita.*

HAnc inscriptionem viridi marmori nostrati, nempe Segusino, insculptam multum commendavit Marchio Maffejus (a). Notandum, Alfium Cohortis Secundæ Britannicæ dici *Præfectum*, primæ vero *Tribunum*, cum utramque agmen duxerit. Num Cohortium in Provinciis lectarum prima Tribunum, ceteræ Præfectum habebant? At potius promiscue hæc militarium munerum nomina usurpata vel ex ipsis Gruterianis, & Muratorianis indicibus certum est.

(a) *Hist. Dipl.* p. 171.

Equo publico, subintellige *donato*, aut *ornato*, aut *dignato*, aut *Equum publicum habenti*, quarum omnium formularum in saxis inscriptis occurrunt exempla.

Idem Alfius Restitutus *Flamen* fuit *Divi Titi*. Notum, Sacerdotum genus Jovis solius, florente Republica, deinceps Imperatorum, post eorum Apotheosin, honori addictum.

Onesimus, & *Ampheristus* Græca habent nomina, quasi dixeris *utilis*, & *ubique carus*: at nullam nec naturalem, nec civilem cum Alfio cognationem habent; verum aut illius fuere liberti, aut ob accepta ab illo beneficia grati, tumulum hunc faciendum curavere.

LVIII.

BArbariem sapit hæc inscriptio, a Grutero, &, nuperrime inter Aquilejæ antiquitates edita num. CCCLV. Prima illius verba nunc detrita, ita legebat suo tempore Pingonius. T. AVI VITALIS; at FLAVI malumus: totamque inscriptionem ita legimus.

Memoriæ Titi Flavi Vitalis Lucius Tettienus Vitalis Natus Aquilejæ Edocatus Julia Emona Titulum Posuit. Ante Æternam Domum (Sepulchrum) Julia Augusta Taurinorum Dicit

Quærere cessavi nunquam, nec perdere desi
Mors intervenit, nunc ab utroque vaco
Credite mortales, astro nato nihil est sperabile datum.

Julia

TITAVI ... RALIE

L·TETTIENVS·VITALIS·NATVS·AQVILEIE
EDOCATVS·IVLIA·EMONA·TITVLVM·POSIT
ANIE·AETERNAM·DOMVM·IVLIA
AVGVSTA·TAVRINORVM·DICIT
QVAERERE·CESSAVI·NVNQVAM
NEC·PERDERE·DESI·MORS·INTERVENIT
NVNC·AB·VTROQVE·VACO
CREDITE·MORTALES·ASTRO·NATO
NIHIL·EST·SPERABILE·DATVM

Julia Æmona, ubi *educatus* dicitur *Lucius Tettienus Vitalis*, urbs Pannoniæ fuisse creditur Cellario, sita ubi nunc *Laubachum*, seu *Laubach* Corniolæ Metropolis est. *Æmona*, *Emona*, & *Hemona* scribitur.

Ante domum æternam, id est ante tumulum, quo nomine sepulchra vocitantur in inscriptionibus. Quare Statius (*a*) de Priscillæ sepulchro affabre elaborato, & multa diligentia ornato. (a) *Silv. lib.* 5.

. . . . *Domus ista domus, quis triste sepulchrum*
Dixerit?

Quo illa carmina *quærere cessavi &c.* ipsissima in aliis occurrunt inscriptionibus. In alio saxo Augustæ Prætoriæ ipsi legimus, quod in Muratoriano Thesauro affertur tom. II. pag. DCCLV. num. 5. & male, ut alia nonnulla, Taurinense dicitur.



Julia Æmona, ubi *educatus* dicitur *Lucius Tertienus Vitalis*, urbs Pannoniæ fuisse creditur Cellario, sita ubi nunc *Laubachum*, seu *Laubach* Corniolæ Metropolis est. *Æmona*, *Emona*, & *Hemona* scribitur.

Ante domum æternam, id est ante tumulum, quo nomine sepulchra vocitantur in inscriptionibus. Quare Statius (*a*) de Priscillæ sepulchro affabre elaborato, & multa diligentia ornato. (a) *Silv. lib.* 5.

. . . . *Domus ista domus, quis triste sepulchrum*
Dixerit?

Duo illa carmina *quærere cessavi &c.* ipsissima in aliis occurrunt inscriptionibus. In alio saxo Augustæ Prætoriæ ipsi legimus, quod in Muratoriano Thesauro affertur tom. II. pag. DCCLV. num. 5. & male, ut alia nonnulla, Taurinense dicitur.




LIX.

ESIATA·OPPIA
SIBI·ET·GAVDIL
LAE·OPPIAE·LA
TRONAE·ET
DVGIO·GIMIONIS
F·VIRO

Esiata Oppia Sibi Et Gaudillae Oppiae Patronae Et Dugio Gimionis Filio Viro.

E*Siata*, *Dugius*, *Gimio*, nomina barbata, fortasse Celtica sunt. *Gimionis* alterius memoria superest in Muratoriana inscriptione Tom. III. MDXXXVIII. 3.

L X.



Statius Æbutius Secundus Sibi Et Statio Æbutio Optato Patrono Statio Æbutio Secundo (Filio.)

NI ter repetitæ essent litteræ *St* magis arrideret legere *Sp*, nimirum *Spurius*, nam *Statius* antiquitus nunquam prænomen fuit.

L X I.

LIX.


ESIATA·OPPIA
SIBI·ET·GAVDIL
LAE·OPPIAE·LA
TRONAE·ET
DVGIO·GIMIONIS
F·VIRO·SI

Esiata Oppia Sibi Et Gaudillæ Oppiæ Patronæ Et Dugio Gimionis Filio Viro.

ESiata, *Dugius*, *Gimio*, nomina barbara, fortaſſe Celtica ſunt. *Gimionis* alterius memoria ſupereſt in Muratoriana inſcriptione Tom. III. MDXXXVIII. 3.

LX.

L X.



Statius Æbutius Secundus Sibi Et Statio Æbutio Optato Patrono Statio Æbutio Secundo (Filio.)

Ni ter repetitæ essent litteræ *St* magis arrideret legere *Sp*, nimirum *Spurius*, nam *Statius* antiquitus nunquam prænomen fuit.

L X I.

LXI.

LVCVLLIA·L·F·PRIMA
SIBI · ET
L·AEBVTIO·PALLAEO
VIRO
AEBVTIAE·L·F·OPTATAE
FILIAE · T·F·I

Lucullia Lucii Filia Prima Sibi Et Lucio Æbutio Pallæo Viro Æbutiæ Lucii Filiæ Optatæ Filiæ Testamento Fieri Jussit.

NOn est inutiliter repetita vox *Filiæ*; nam potuit *Æbutia Optata* esse *Lucii Æbutii Pallæi* filia ex altera conjuge, non ex *Lucullia Prima*.



LXII.

A·TITIO·A·L·BELLICO
$\overline{\text{VI}}$ VIR·AVGVSTALI
CHORAGIARIO

Aulo Titio Auli Liberto Bellico Seviro Augustali Choragiario.

AUgustales in honorem Augusti instituti eadem fere auctoritate, & dignitate vigebant in Municipiis, aut Coloniis, qua Romæ Pontifices. Quum vero multi in hoc Augustum Collegium adscriberentur, selecti ex eo aliqui tantum illi præficiebantur, qui modo quinque, modo sex, modo septem erant, & dicuntur *Quinqueviri*, *Seviri*, *Septemviri Augustales*. Adeat qui plura vult, Norisium in Cenotaphia Pisana eruditissime hac de re disserentem (*a*).

Choragiario. Non hoc cognomentum videtur esse, sed officium, cujus jam alibi mentio a nobis facta.

(a) Dissert. 1.

Cho-

Choragium, a *Choragis* derivatum verbum, omnem apparatum scenicum significat, ut ex Festo, Vitruvio, aliisque auctoribus patet. *Choragus* vero ductor Chorearum ex Plauto. *Choragiarius* itaque non alius videtur esse, quam aut scenicarum chorearum, aut totius apparatus scenici Curator, & fortassis Judex, qui præmia mimis, & ludionibus in saltationibus, & choreis merita decerneret.

LXIII.

Diis Manibus Lucio Masso Lucii Filio Pino
Vixit Annos Quatuor Menses Decem Dies
Viginti Septem Lucius Massius Perronius Et
Massia Tyche Filio Piissimo Fecerunt
Sibi Suisque.

(a) Grut. pag. DCXCVI. n. 13.

ROmæ, Grutero teste, (*a*) *prope S. Mariam de Pace* extitit olim hoc marmor, adeoque neutiquam dubitamus ex iis esse, quæ a Sabaudorum Principum munificentia ad suum κειμήλιον augendum empta, & conquisita.

(b) Hor.

Pueruli immatura morte rapti funus, & memoriam continet, & summa saxi pars Puerilem Hermam, Mercurii Caduceum, Gallum Gallinaceum, & Arietem Anaglypho opere repræsentat. De Caduceo Mercurii tam multa Mythologi, ut nihil sit addendum: eumdem nemo dubitat accipi pro ea aurea virga, qua ille *pias lætis animas reponit sedibus, & alias coercet* (*a*). Quid vero Gallus, & Aries una insculpti sibi velint, explanare non adeo facile est: multa quippe ad ornatum sepulchrorum, & lapidum insculpsere suo arbitrio veteres cælatores; multa etiam, ut aliquid significarent, veluti symbola, ab iis addita, quæ plerumque obscura valde sunt: adeoque malumus aliquando tacere, quam per levium conjecturarum ambages errare.

(c) Thes. antiq. Græc. tom. 2. 8.

Novimus, Gallo Januarium mensem ab Antiquis significatum, Gronovii esse opinionem (*c*), & ab Ariete veris, & anni astronomici initium dudum fuisse computatum. Hæc

vero


D M
L·MVSSIO·L·F·PINO·V·A·IIII·M·X·D·XXVIII
L·MVSSIVS PETRONIVS·ET·MVSSIA TYCHE
FILIO PIISSIMO FECERVNT
SIBI SVISQVE

Choragium, a *Choreis* derivatum verbum, omnem apparatum ſcenicum ſignificat, ut ex Feſto, Vitruvio, aliiſque auctoribus patet. *Choragus* vero ductor Chorearum ex Plauto. *Choragiarius* itaque non alius videtur eſſe, quam aut ſcenicarum chorearum, aut totius apparatus ſcenici Curator, & fortaſſis Judex, qui præmia mimis, & ludionibus in ſaltationibus, & choreis merita decerneret.

LXIII.

Diis Manibus Lucio Muſſio Lucii Filio Pino
Vixit Annos Quattuor Menſes Decem Dies
Viginti Septem Lucius Muſſius Petronius Et
Muſſia Tyche Filio Piiſſimo Fecerunt
Sibi Suiſque.

(a) Grut. pag. DCXCVI. n. 13.

ROmæ, Grutero teſte, (*a*) *prope S. Mariam de Pace* extitit olim hoc marmor, adeoque neutiquam dubitamus ex iis eſſe, quæ a Sabaudorum Principum munificentia ad ſuum κειμήλιον augendum empta, & conquiſita.


Pueruli immatura morte rapti funus, & memoriam continet, & ſumma ſaxi pars Puerilem Hermam, Mercurii Caduceum, Gallum Gallinaceum, & Arietem Anaglypho opere repræſentat. De Caduceo Mercurii tam multa Mythologi, ut nihil ſit addendum: eumdem nemo dubitat accipi pro ea aurea virga, qua ille *pias lætis animas reponit ſedibus*, *&* *alias coercet* (*a*). Quid vero Gallus, & Aries una inſculpti ſibi velint, explanare non adeo facile eſt: multa quippe ad ornatum ſepulchrorum, & lapidum inſculpſere ſuo arbitrio veteres cælatores; multa etiam, ut aliquid ſignificarent, veluti ſymbola, ab iis addita, quæ plerumque obſcura valde ſunt: adeoque malumus aliquando tacere, quam per levium conjecturarum ambages errare. Novimus, Gallo Januarium menſem ab Antiquis ſignificatum, Gronovii eſſe opinionem (*c*), & ab Ariete veris, & anni aſtronomici initium dudum fuiſſe computatum. Hæc

(a) Hor.

(c) Theſ. antiq. Græc. tom. 2. n.

vero


D · M
L·MVSSIO·L·F·PINO·V·A·IIII·M·X·D·XXVIII
L·MVSSIVS PETRONIVS·ET·MVSSIATYCHE
FILIO PIISSIMO · FECERVNT
SIBI SVISQVE



vero esse in hoc marmore tempestatis, qua natus, quave mortuus iste puer, aut ætatis adhuc teneræ, qua raptus est, symbola nec asserere audemus, nec negare. Inscriptionis verba luce non indigent. In ultima tamen, quibus anni, dies, mensesque, quos vixerit, notantur, aliquam a nobis factam observationem afferemus. Id a natura insitum est, eorum, quos diligimus, vitæ durationem adnotare. At a parentibus præcipue in puerorum funereis titulis id actitatum credimus, ut majorem in legentibus commiserationem excitarent, & ut solatium aliquod ab hac recordatione repeterent. Frequentior etiam in lapidibus hæc memoria, quam diuturna fuerit demortui vita, si de pueris, quam si de adultis, aut senibus agatur, hac de caussa, quod illorum natalis horæ recentior supererat memoria, aliorum facilius amittebatur. Est qui hanc annorum, mensium, dierumque, & horarum enumerationem in tumulis ab Epicureis beatitudinem in vita ponentibus præsertim usurpatam velit: at huic rei probandæ satis non est una inscriptio a Reinesio adducta, in qua de Martino Valente Epicureo Philosopho, quot annos, & horas vixerit, notatum (*d*). Nam & ab aliis quampluribus hoc usurpatum, & ab ipsis etiam Christianis, ex Fabreto novimus (*e*). In alia apud ipsum inscriptione, cum horarum incertus esset numerus, adduntur hæc verba *plus minus*, in alia *horæ semissis* notatur, in alia *scrupuli sex horæ* notati: quota pars horæ fuerit scrupulus, idem sollerter inquirit, & quadragesimam fuisse partem existimat. Hæc vero tam diligens enumeratio & ab Ethnica superstitione potuit proficisci, & a benevolentia a natura indita humanis animis; adeoque etiam in Christianorum sepulchris adhibita. Utrisque astrorum observatio in natalis momento occasionem præbuit horas, diesque notandi, ac numerandi. At Ethnicos præterea, quum puerorum annos tam accurate notarent, suspicari possumus id religionis ergo fecisse. Creberrime illi litabant defunctorum Manibus, adeoque fortassis sua singulæ ætates habebant sacrificia, sicuti apud Inferos

(d) *V. Dissert. XII. dell' Acad. di Cortona, pag.* 131.

(e) *V. Fabret. cl.* II. *num.* 217. *& num.* 219.

ros variam habebant ſtationem. Puerorum enim animabus ſeparatum ab adultorum umbris locum tribuunt Virgilius, & Homerus. Si itaque puerorum Manes peculiari fuiſſent ſacrificio piandi, notandi erant anni, quos vixere, ut ætas cognita fieret.

Nolumus hoc in loco præterire peculiarem, & enigmaticum notandi annorum numeri modum, qui habetur in Epigrammate Elegiaco metro ſcripto, ac præmiſſo a maximo antiquitatis amatore Cl. Ficoronio ſuæ ſcenicarum perſonarum collectioni. Ejus duo ultimi verſus, de quorum obſcuritate ille conqueritur, ita legendi ſunt.

Quot meat in ſtellis Delphin, quot Pegaſus ales,
Tot mea natales fata dedere mihi.

Vixi nimirum tot annos, quot habent una ſimul ſtellas *Delphini*, & *Pegaſi* conſiderationes, ſeu conſtellationes, nimirum annos XXVI, quæ ſumma conſtat ex ſtellis *Delphini* IX, & *Pegaſi* XVII, ut ex Hygini Poetico Aſtronomico perſpicuum eſt.

Addemus & aliam in univerſam hanc inſcriptionem obſervationem, quæ uſui eſſe poterit in multis aliis hujus generis lapidibus.

Docemur ultimis illis verbis *Sibi Suiſque*, hoc ſepulchrum ex illis eſſe, quæ familiaria vocantur, nec pueruli *Muſſii Pini* gratia tantum extructum, ſed ut in ipſum & *Pater Lucius Muſſius Petronius*, & *Muſſia Tyche Mater*, & liberi eorum inferrentur. At pueri mors parentibus occaſionem præbuit de ſua ipſorum, & totius familiæ ſepultura cogitandi.

Filius, Pater, & Mater *Muſſii* vocantur, quod nomen aliud, & diverſum credi debet a *Mutiis*, ſeu *Muciis*; cognomenta habent diverſa *Pinus*, *Petronius*, *Tyche*. *Uxori*, ut aliis noſtrorum Marmorum mulieribus placuit in nomine Græciſſare, ſic illa *Tyche* i. e. *Fortuna*, aliæ *Aphrodite*, *Zoe*, *Eutocia*, *Graphis*, *Chryſeis*, *Muſa* nuncupantur.

LXIV.

LXIV.




DUo tantum nomina continet hoc Marmor: de illo iterum, quum de arcu Secusino dicemus. Interim ita nomina supplemus.

Marcus Julius Cotti (*i. e. Regis Marci Julii Cottii*)
Libertus Urbanus Sevir
Marcus Julius Urbani Libertus Aptus.

Duæ heic datæ libertates indicantur. Rex *Cottius Urbano*, *Urbanus Apto* libertatem donavit. *Urbanus* prænomen, & nomen *Marci Julii* a patrono acceptum, suo *Liberto Apto* transmisit, nam *Liberti* quasi pars familiæ censebantur, & libertates adoptionum rationem habebant. Itaque quemadmodum adoptatus a filio adoptivo in potestatem transit patris adoptantis sibi filium, ita servus libertate donatus ab alio liberto, illius etiam libertus censetur, qui primum illum libertate donavit.

L X V.




Lucius Valerius Firmi Filius Stellatina (*tribu*) *Firminius Sevir Augustalis Ex Viginti* (*Aut Triginta*) *Millibus Sestertium Testamento Fieri Jussit.*

CRedibile est agi potius de aliquo opere publico, quam de tumulo.

Valeriæ Taurinensis familiæ alias infra videbimus inscriptiones.

M·CAELIVS
M·F· TRASO
VI·VIR·AVG·
CORNELIAE·P·F
QVARTAE·VX·
A·XXXXV·
L·CAELIO·M·F·
GALLO·A·XXVII
M CAELIO·M·F·
CAM·PRAESENTI
A·XXXV

LXV.




Lucius Valerius Firmi Filius Stellatina (tribu) *Firminius Sevir Augustalis Ex Viginti* (*Aut Triginta*) *Millibus Sestertium Testamento Fieri Jussit*.


CRedibile est agi potius de aliquo opere publico, quam de tumulo.

Valeriæ Taurinensis familiæ alias infra videbimus inscriptiones.

M·CAELIVS
M·F· TRASO
VI·VIR·AVG·
CORNELIAE·P·F
QVARTAE·VX·
A·XXXXV·
L·CAELIO·M·F·
GALLO·A·XXVII
M CAELIO·M·F·
CAM·PRAESENTI
A·XXXV


D M
IVNEIIAE VIRINAE IVNEII
AE·PIÇONE·FIL·P· IVNE
TIAE VERAE·PATRONAE
B · M


II·VIR·A·I
ORDO AVGVSTA
TAVRINOR·PATROCIN
COLONIAE·DECREVIT·ET
PERLEGATOS·DETVLIT
D D




VIR·A·I
ORDO AVGVSTA
TAVRINOR·PATROCIN
COLONIAE·DECREVIT·ET
PERLEGATOS·DETVLIT
D D

LXVI.

Marcus Cœlius Marci Filius Traso Sevir Augustalis Corneliæ Publii Filiæ Quartæ Uxori Annorum Quadragintaquinque Lucio Cœlio Marci Filio Gallo Annorum Septem Et Viginti Marco Cœlio Marci Filio Camilla (ex Tribu) Præsenti Annorum Trigintaquinque

Q*uartæ* an cognomen sit *Corneliæ*, an ad numerum uxorum referri debeat, dubium est. Si ultimum magis placet, *Marcus Cœlius* quattuor amisit uxores, duosque filios, *Lucium*, & *Marcum*; *Marcus* alter filius cognomento *Præsens* alio migravit, adeoque in alia Tribu descriptus, nempe *Camilia*, seu *Camilla*.

LXVII.

Diis Manibus Juneilæ Verinæ Juneilæ Pisonæ Filiæ Piæ Juneilæ Veræ Patronæ Benemerenti.

LXVIII.


PEriit nomen, & elogium tanti Viri adeo de Colonia meriti, cui *Ordo Augustalium Taurinorum Patrocinium Coloniæ decrevit, & per Legatos detulit*, cujus rei publica memoria in hoc marmore *Decreto Decurionum* incisa.

De iis Patronis, Coloniarum quomodo ab iis eligerentur, & decretum Patrocinium tabulis æreis incideretur in Patroni domo asservandis eruditissime disseruit Cl. Petrus Polydorus: ne actum agamus, lectorem ad eum remittimus (a).

(a) Opusc. scientif. Tom. VII. pag. 417.


LXIX.

LXIX.



ET in hoc lapide supererat memoria variorum officiorum (quæ inter *Ædilitas*, & *Duumviratus*) quibus quidam ex Tribu *Pollia* cognomento *Cimber* functus est.

LXX.




D · M

AEOILIAE AELLIANAE·CIV


POTIENTI QVE VIXI

SES·I



PATRI






TTIAE
SI F
PRIMAE
M LICINIVS
CELER
L·LICINIVS
VERVS
FILII·F·C·

L X X.

HOc fragmentum Cl. Muratorius bis edidit ; alii semel: ab omnibus corruptum fuit, & ita legendum est.

Diis Manibus Æoliæ Ælianæ Civi Pollentinæ
Quæ Vixit Annos . . . Menses . . .

De *Pollentia* antiquitus florentissima Urbe in hac Subalpina Italia ad Tanarum sita, ac de ejus amplitudinis vestigiis, & inscriptionibus multa nobis dicenda sunt in Sylloge Subalpinarum Antiquitatum.

L X X I.

Patri.

FRagmentum tumuli *Patri* a *Liberis* extructi: Cervus a cane exagitatus vitæ fugacitatem apte significat.

L X X I I.

Vettiæ Spurii Filiæ Primæ Marcus
Licinius Celer Lucius Licinius Verus
Filii Fieri Curaverunt.

VEttios alios multos infra videbimus.

LXXIII.

L X X.

HOc fragmentum Cl. Muratorius bis edidit; alii semel: ab omnibus corruptum fuit, & ita legendum est.

Diis Manibus Æoliæ Ælianæ Civi Pollentinæ
Quæ Vixit Annos . . . Menses . . .

De *Pollentia* antiquitus florentissima Urbe in hac Subalpina Italia ad Tanarum sita, ac de ejus amplitudinis vestigiis, & inscriptionibus multa nobis dicenda sunt in Sylloge Subalpinarum Antiquitatum.

L X X I.

Patri.

FRagmentum tumuli *Patri* a *Liberis* exstructi: Cervus a cane exagitatus vitæ fugacitatem apte significat.

L X X I I.

Vettiæ Spurii Filiæ Primæ Marcus
Licinius Celer Lucius Licinius Verus
Filii Fieri Curaverunt.

VEttios alios multos infra videbimus.

LXX.

HOc fragmentum Cl. Muratorius bis edidit ; alii semel: ab omnibus corruptum fuit, & ita legendum est.

Diis Manibus Æoliæ Ælianæ Civi Pollentinæ
Quæ Vixit Annos . . . Menses . . .

De *Pollentia* antiquitus florentissima Urbe in hac Subalpina Italia ad Tanarum sita, ac de ejus amplitudinis vestigiis, & inscriptionibus multa nobis dicenda sunt in Sylloge Subalpinarum Antiquitatum.

LXXI.

Patri.

FRagmentum tumuli *Patri* a *Liberis* extructi: Cervus a cane exagitatus vitæ fugacitatem apte significat.


LXXII.

Vettiæ Spurii Filiæ Primæ Marcus
Licinius Celer Lucius Licinius Verus
Filii Fieri Curaverunt.

VEttios alios multos infra videbimus.

LXXIII.

LXXIII.



ULtimus hujus inſcriptionis verſus erat *Honore Contentus Impenſam Remiſit*: itaque honorifica fuit inſcriptio alicui aut Imperatori, aut Patrono, cui honos aliquis decretus eſt; at ille æquam in ſe voluntatem ſibi acceptam eſſe ſignificavit, ſed pecunia ſua rem fieri voluit.

LXXIV.



Ita legimus

Æbutius


Libertus Marinus

Mæſtriæ

Fortunatæ

Teſtamento Fieri Juſſit.

L X X V.




MUlta desunt. Primum nomen *Nicanor* (*a Græco* Νικάω) legendum. *Lanuvium* notum Latii Oppidum, ubi nunc *Indiviva*.

L X X V I.



NOta *Minervæ* nomen ab uxore hujus *Lucii Salvii* usurpatum.

LXXIII.



Ultimus hujus inscriptionis versus erat *Honore Contentus Impensam Remisit*: itaque honorifica fuit inscriptio alicui aut Imperatori, aut Patrono, cui honos aliquis decretus est; at ille æquam in se voluntatem sibi acceptam esse significavit, sed pecunia sua rem fieri voluit.

LXXIV.



Ita legimus

Æbutius

Libertus Marinus


Mæstriæ

Fortunatæ

Testamento Fieri Jussit.

LXXV.

LXXV.



MUlta desunt. Primum nomen *Nicanor* (a *Græco* Νικάω) legendum. *Lanuvium* notum Latii Oppidum, ubi nunc *Indiviva*.

LXXVI.



NOta *Minervæ* nomen ab uxore hujus *Lucii Salvii* usurpatum.


P·FADIENV
QVAESTO
MEND
IL
TVMAE
OLONIAE
O·PECV
TRA
IN PRAESIDIVN
SOLO·PRI

Publius

PUblius Fadienus Quæstoria dignitate functus clarissimum heic habebat elogium, in quo benefacta erga Coloniam, & Cives continebantur. Magna pars periit, cetera conjectura assequi non valemus.

LXXXVIII.










INcerta prorsum fragmenta diversorum lapidum. In uno *Domitii Vettii* nomen superest; alio *Legionis Tertiæ Phrygum*; alio *Pannoniæ* mentio fit. Aliud vero omnino incertum est, & obscurum. Colligi etiam possent hac in Urbe nonnulla alia fragmenta lapidum; ex quibus tamen quidquam scitu dignum vix ac ne vix quidem erui posset.

LXXIX.




Diis Manibus Caji Publici Attiani Qui Vixit Annos Vigintitres Cajus Publicius Evhodus Et AttiaZoe Parentes Filio Piissimo Et Sibi Viventes Fecere.

E*Vhodus* ab εὖ bene, & ὁδὸς *via*. *Zoe* ζωὴ, *vita*.

Nonnulli opinantur Familiam aliquam *Publiciorum* nomen dedisse Oppido ab hac Augusta Urbe non multum dissito, quod *Publicia* appellatum, vulgo *Piobes*.

LXXX.

LXXX.



INcertum nomen Viri hujus insignis, cui propter suam in Municipes munificentiam, & *Caritatem*, & *Merita* plurima, *Populus* seu rogavit, seu postulavit, ut Statua, aut publica memoria decernetur, eaque ab *Splendidissimo Ordine* (*Taurinensium*) decreta, & *Decurionum Decreto Locus Datus*.


LXXXI.



TUmulus a *Lucio Aponio* conjugi positus, & *Aponiæ Lucii Libertæ Modestæ Matri*, & *Acuto Lucii Aponii Liberto*.

LXXXII.

LXXXII.



Diis Manibus Et Memoriæ Æternæ Frensonis Mauritani Veterani.

AN *Veterani* ad Militiæ gradum referendum sit, dubitamus.

LXXXIII.

V F

C·BABVRIVS


MELISSVS

VI·VIR·ET

AVIALIS

TSVIS







C·DOMITIO
CL·SENECAE
IAE·CII AE
ITIA·CI·MVSA
OR FECIT

LXXXIII.

Vivens Fecit Cajus Baburius Melissus
Sexvir Et Flavialis Sibi Et Suis.

FLaviales in honorem Flaviæ Gentis a Vespasiano Sacerdotes instituti, ut in honorem *Augusti*, & *Titi*, *Augustales*, & *Claudiales*.

LXXXIV.

Cajo Domitio Caji Liberto Senecæ Domitiæ
Cilæ Domitia Caji Liberta Musa
Soror Fecit.

SEneca cum *Musa* sorore libertate donati a quodam *Cajo Domitio*.



LXXXIII.

Vivens Fecit Cajus Baburius Melissus
Sexumvir Et Flavialis Sibi Et Suis.

FLaviales in honorem Flaviæ Gentis a Vespasiano Sacerdotes instituti, ut in honorem *Augusti*, & *Titi*, *Augustales*, & *Claudiales*.

LXXXIV.


Cajo Domitio Caji Liberto Senecæ Domitiæ
Cilæ Domitia Caji Liberta Musa
Soror Fecit.

SEneca cum *Musa* sorore libertate donati a quodam *Cajo Domitio*.



LXXXV.


L X X X V.



PEriit aliqua præclara memoria cujuſdam *Domitii Frontonis*, qui opus aliquod publicum, puta Templum, Forum , Balneum, aut Aris', aut Porticibus , aut Fontibus *Tribus*, & Statuis adornavit.




LXXXVI.



Cajus Sævonius Stabilionis Filius Secundus Sevir Sibi Et Annæ Caji Libertæ Adiutrici Uxori Et Annæ Meroe Teſtamento Fieri Juſſit.

ANnam Meroen filiam opinamur horum coniugum, vocemque filiæ a quadratario omiſſam.

LXXXVII.




Vivens Fecit Lucius Salvius Quinti Filius Camilla (Tribu) *Pater Sibi Et Lucio Salvio Lucii Filio Memori Filio Annorum Novem Et Viginti Bussenia Publii Filiæ Primæ Uxori Quinto Salvio Quinti Filio Noto Fratri Flaviæ Quinti Filiæ Rufæ Sorori Rufo Aufenio Publii Filio Vero In Fronte Pedes Undeviginti Introrsum Pedes Undeviginti* .

Pedes areæ ſepulchro alicui ſacræ ita frequenter notantur. Sepulchra non ſolum juxta vias poſita erant, ſed area etiam illis omni ex parte libera data, ut non ſolum adiri, verumetiam circumiri commode poſſent.

Introrſum pro ſolita formula *In Agro* heic legimus, V. Grut. DCCCLXXIV. 5. & Fabr. n. 369.

LXXXVIII.



HÆc inscriptio ad tumulum spectat distegum, seu bifariam divisum; nam duo ejus auctores nominantur *Sulpicius Atticus*, & *Hygia Bruttia*. Nihil vero isti inter se commune habent, ut ex nominibus patet. Nullum inter eos nec sanguinis, nec adoptionis, nec datæ, aut acceptæ libertatis vinculum. Ita vero inscriptio legenda.

Viventes Fecere Titus Sulpicius Atticus Tito Sulpicio
Asiatico Fratri Et Sulpiciæ Primillæ Matri
Bruttia Quinti Liberta Hygia Sibi Et Bruttiæ
Quinti Libertæ Graphidi Filiæ.

Quonam vero casu, aut contractu *Bruttia* cum *Sulpicio Attico* de sepulchro simul erigendo, aut de inscriptione

una ſimul incidenda convenerit, penitus occultum. Evaneſceret difficultas, ſi *Bruttia Titi*, non *Quinti Liberta* diceretur: at certum eſt, eam non a *Tito Sulpicio*, ſed a *Quinto Bruttio* libertate donatam.

Hygia, ὑγεία, *ſalus*. *Graphis* a γράφω, *ſcribo*, *aut pingo*.

LXXXIX.

Titus Caſſius Lucii Filius Licinus Sibi Et Lucio Caſſio Lucii Filio Capitoni Mantiæ Lucii Filiæ Tertiæ Matri Lucio Caſſio Lucii Filio Rufo Fratri Caſſiæ Lucii Filiæ Maxumæ Sorori Vettulejæ Lucii Filiæ Maxumæ Teſtamento Fieri Juſſit.

Titus Caſſius Titi Libertus Italicus Sevir Fieri Curavit.

T*Ertiæ* hoc in loco merum cognomen dicere malumus, quam ad numerum uxorum *Titi Caſſii Licini* referre, uti nonnullis placet, quaſi ſubintelligendum ſit *Tertiæ Uxori Lucii Caſſii Licini Patris*. Nam juvat potius in eorum ſententiam ire, qui hæc feminarum cognomina *Prima*, *Secunda*, *Tertia* &c. ortum habuiſſe a parentibus exiſtimant, qui natarum ſuarum ita ætatem diſtinguerent; quod a numero ductum cognomen veroſimile eſt etiam poſt nuptias ab iiſdem retentum.

Mantiæ Lucii Filiæ, i. e. *Filiæ Lucii Mantii*, non *Lucii Caſſii*, niſi fortaſſis illius fuiſſet adoptiva filia.

Vettulejæ, quum non ſit additum ſorori, hæc videtur privigna eſſe *Titi Caſſii Licini* ex alia uxore *Lucii Caſſii Capitonis*.

Italicus Libertus Seviratum geſſit, quod Libertis facile conceſſum in Coloniis, ex crebris certi ſumus inſcriptionibus; & ex *teſtamento* hujus tumuli curam egit.


T·CASSIVS·L·F·LICINVS
SIBI · ET
L·CASSIO·L·F·CAPITONI
PATRI
MANTIAE·L·F·TERTIAE·MATRI
L·CASSIO·L·F·RVFO·FRATRI
CASSIAE·L·F·MAXVMAE·SORORI
VETTVLEIAE·L·F·MAXVMAE
T · F · I
T·CASSIVS·T·L·ITALICVS
VI·VIR·F·C

XC.


NIA·P·F·SECVNDA·SIBI
Q·LIVIO·M·F·VIRO
ORNELIO·P·F·BASSO·F
L·F·SECVNDINO·F

Ita supplendum, & legendum.

Mettania Publii Filia Secunda Sibi Et Quinto Livio Marci Filio Viro Et Cornelio Publii Filio Basso Filio Et . . . Publii Filio Secundino Filio.

C*Ornelius Bassus*, & *Secundinus* filii sunt *Mettaniæ Secundæ*, quos ex alio marito suscepit, ut ex nominibus patet, adeoque & vocem *Filio* utrique non inutiliter addidit, nempe filio suo ex *Publio*, aut ex *Lucio*, si in ultimo versu *L.* non *P.* legamus. Nam si *Secundinus* non *Publii*, non *Quinti*, sed *Lucii* filius est, *Mettania Secunda* tres viros habuit, *Publium Cornelium*, *Lucium*.... & *Quintum Livium*.

XCI.



Suspicabamur legendum Imperatori *Cæsari Antonino Caracallæ Augusto*, at longe commodius videtur legere

. . . . . . Abalæ Augustali,
Decreto Decurionum Ob Merita Et Munificentiam
Ejus Honore Contentus Impensam Remisit.

Huic *Augustali Abalæ*, cujus prænomen, & nomen interiit, optime de Colonia merito, & in Colonos munificentissimo Statuam, aut aliud monumentum decrevere Decuriones. At ille honorem decretum sibi acceptum esse fassus est, pecunia vero sua, non publica fieri voluit. Ita accipienda hæc formula, non ut a nonnullis accipitur, *honore oblato gavisus*, illum tamen recusavit, volens publicis

blicis

blicis sumtibus parcere. Variis in Gruterianis inscriptionibus id occurrit: in omnibus, ni fallimur, privatis de personis agitur, quibus aut Colonia, aut Municipium, aut aliquod, aut plura simul Collegia, ob merita in Rempublicam, Statuam, aut alium honorem decrevere. Duo itaque distinguenda sunt, *Honos publicus* a Magistratu decretus, & *pecunia ab ærario publico* in id erogata. *Honor* accipiebatur, *pecunia* restituebatur. Itaque si decreta fuit isti *Abalæ* Statua in loco publico ponenda, ille tantum honorem non detrectavit, at opus fieri pecunia sua voluit. Nec enim decorum fuisset, nec permissum, si quispiam sua auctoritate, suoque sumtu sibi publico in loco Statuam posuisset. At vero laudabile, & pulchrum erat, quoties simulacrum publica auctoritate decretum, privato sumtu illius poneretur, cui honos fieret, seu impendium in id factum remitteretur, seu redderetur ærario. Ita penes Gruterum legitur, (a) *Honore contentus impensa sua posuit.*

(a) CCCXC. 2



XCII.

XCVI.

Vivens (Sibi Tumulum Fecit) Cajus Coruncanius Caji Libertus Palatina (Tribu) *Hilarus*.

H*Ilarus* a Græco Ἱλαρος, nomen proprium istius *Liberti*, qui *Caji Coruncanii* nomina, & Tribum a Patrono accepit.

Serpens capiti Medusæ circumvolutus æternum tempus significat, & illud, quod Catullus ait; *demortuis*, *noctem unam perpetuam esse dormiendam*; unde illud etiam Horatii, *urget perpetuus lethi sopor*.


XCVII.


Diis Manibus Publii Arrii Secundini Decurialis aut *Seviralis* aut *Duumviralis Taurini Et Duumviri* vel *Seviri Eporediæ*.

QUum *Publius Arrius Secundinus* primum aut *Decurio*, aut *Duumvir*, aut *Sevir* fuerit *Taurini*, *Decurialis*, aut *Duumviralis* dicitur, ut *Consulares* Romæ dicti, qui *Consulatum* gessissent. Postea vel *Duumvir*, vel *Sevir* fuit *Eporediæ*. Nec est, cur miremur utrobique similes Municipales honores obtinuisse, nam & in Pingonianis Marmoribus, quæ afferentur ad calcem istorum, legitur quidam *Publius Metellus Decurio*, & *Quæstor Taurini*, & idem *Decurio*, & *Duumvir Eporediæ*.

Eporedia clarissima, & antiqua Urbs Salassorum caput, ubi multa supersunt suo tempore in lucem nostra opera proditura Antiquitatis vestigia.


XCVIII.


V
C·CORVNCANIVS
C·L·PAL·HILARVS
VI·VIR·




D · M
P · ARRII
SECVNDINI
VRAL · TAVR · ET
R · EPORED

XCVIII.




Cornelia Marci Liberta Jucunda
Testamento Fieri Jussit.

INteger lapis merum *Libertæ* nomen exhibet a quodam *Marco Cornelio* libertate donatæ.



XCIX.

XCIX.



Vivens Fecit Claudia Titi Liberta Januaria Sibi Et Tito Claudio Titi Liberto Soterícho Marito Optimo.

HI duo coniuges *Januaria*, & *Sotericbus* (a Græco σωτὴρ, quasi incolumitatem adprecans) a *Tito Claudio* patrono, altera nomen tantum, alter prænomen, & nomen accepere. Prior obiit vir: superstes uxor sibi, & marito tumulum fecit, recepta inter conjuges consuetudine, ut qui altero defuncto superstes esset, utriusque commune sepulchrum curaret.

C.

C.

V F
C·LEVCONIVS·Q·VIR·VELOX
DEC·II·VIR·COMINIAE·PATERN
AE·VXORI·LEVCONIAE·ALPINA
E·FIL·MEAE·PIAE·D·M·

Vivens Feci Cajus Leuconius Quirina (Tribu)
Velox Decurio Duumvir Cominiæ Paternæ Uxori
Leuconiæ Alpinæ Filiæ Meæ Piæ De Meo.

L*Euconius* a Græco λευκὸς, quasi dixeris *Albinus*.

Decuriones in Municipiis simili, ac *Senatores* in Urbe, & *Duumviri* pari ac *Consules* dignitate fuerunt, adeoque, quod frequenter legimus, D.D. *Decreto Decurionum* respondet *Senatusconsulto*, ut alibi dictum.

D. M. *De Meo*, ut D. S. *De Suo*, & *D. S. P. De Sua Pecunia* omnino interpretandum.

C I I.

Vivens Fecit Lucius Antistius Sibi Et Antistiæ Chryseidi Coniugi Carissimæ Et Septicio Adiutori Papati Optimo.

HIc *Lucius Antistius*, dum adhuc viveret, ut multi consueverunt, sibi tumulum fecit. Duxerat ille *Chryseidem* servam suam in libertatem assertam, adeoque *Antistiam* vocatam. Sepulchrum ergo commune voluit sibi, & uxori suæ, & *Septicio* cognomento *Adiutori*, *Suo Papati*, hoc est *Nutricio Patri*, seu *Educatori*. *Adiutor* est aliquando nomen officii, ut ex variis inscriptionibus penes Gruterum certum est. *Pappus*, sive *Papas*, seu *Pappas*, vocabulum est puerorum balbutientium, quo educatores suos compellant: nullus itaque eo verbo gradus sanguinis, sed merum *nutricii Patris* officium designatur. Itaque Juvenalis Satyra sexta.

Mordeat ante aliquis quidquid porrexerit illa,
Quæ peperit; timidus prægustet pocula Pappas.

At vero in eo Glossario, quod Isidori nomine circumfertur, *Pappas*, *Pædagogus*, qui sequitur pueros, dicitur. Utcumque sit, *Antistius Septicium Adiutorem* suum, aut *Pædagogum*, aut *Nutricium* tanto in honore habuit, ut eum tamquam parentem suum in eundem sibi paratum tumulum inferri voluerit. Qua in re ostendit, quanti faciundus sit vel ille, qui nostræ teneræ ætatis curam gesserit, vel ille, qui primis disciplinis rude nostrum ingenium excoluerit. Quamquam olim *Pædagogi* inter servos numerarentur, attamen multo in honore habiti, eorumque memoria superest penes Ælium Spartianum in Adriano, in hac inscriptione, quam in suis adnotationibus Causaubonus affert (*a*).

(a) *DLXXV. 6. & 12. MCXI. 8. & 9.*

T . FLAVIO . AVC . LIB .


GANVMEDI . PÆDAGOGO

PVERORVM . CÆS . N .


Parem etiam in *Nutricios*, seu *Nutritores* pietatem observatam ab alumnis nonnullæ inscriptiones Gruterianæ testantur, (*b*) & vicissim etiam puerorum, seu alumnorum morte sublatorum desiderium in funereis titulis sæpe significant *Nutritores*, seu *Nutricii*, seu *Tatæ*, nam & hoc nomine compellati; hinc apud Fabrettum (*c*) *Lucio Flavio Evbodus Pater*, & *Phœbus Tata tumulum fecerunt*; *Alexandro Marinus Pater fecit* & *Anthus Tata*.

(b) *DXCIII.* 8. *DCIII.* 5. *XVIII.* 10. *DXCII.* 9. *V. alumn. in indic. affect.*

(c) *Cl.* 3. *n.* 51. & 52.



CIII.



Diis Manibus

Salariæ Caji

Libertæ Aphrodites

Tuennonius Resti-

tutus Matri Voluit

Fieri.

CAput Medusæ solitum insculpi tumulis, novum non est. Delphinos quoque varii habent nostri, & alii funerei lapides. Cujus rei ratio nobis ab historia naturali suppeditatur. Nam Delphinus, si Æliano, & Oppiano credimus, ut hominem diligit viventem, ita nec mortuum attingit. Quis ignorat aut Arionis fabulam, aut pueri a Delphino amati historiam, de qua tam multa & Oppianus, & Plinius Junior in Epistolis? At non mirabitur Delphinos in tumulis pictos, qui legerit insuper apud Ælianum (*a*) hoc genus piscium curam habere sui generis cadaverum, eaque in summam aquam elata magno comitatu stipare, ne ab aliis piscibus devorentur, cavere, & ad litus impellere, ibique hominibus ad pium officium accurrentibus tumulanda relinquere. Quo in loco Ælianus in eorum crudelitatem invehitur, qui insepultum hominem sine caussa abjiciunt, aut inhumatum esse patiuntur; eosque admonet, ut a Delphinis pietatem discant.

(a) *Hist. anim. lib. XII. cap. VI.*


In inscriptione Sigla illa ƷLIB. quamquam alii *Conlibertæ* interpretentur, magis tamen consentaneum visum est *Caji Libertæ* interpretari.

Aphrodite (ἀφροδίτη) Græcis *Venus* ipsa est. Græcissant, ut alibi diximus, in nominibus nostræ mulierculæ *Eutocia*, *Delphis*, *Musa*, *Minerva*, *Tyche*, *Aphrodite* &c.



C I V.

CIV.


F
ALF
INTA
BI ET
ST·GIMMIO
VIRO·SVO
ET·M·CIMMIO
CLEMENTI
VIVIR AVGVST
FILIO
IN·FR·P·XX

Vivens

Vivens Fecit . . . A. Lucii Filia Quinta

Sibi Et Statio Cimmio Viro Suo Et Marco

Gimmio Clementi Seviro Augustali Filio

In Fronte Pedes Viginti . . . .

HIc lapis anno MCCXL. prodiit in lucem, dum recens extructi Regii Theatri fundamenta jacerentur. *Gimmii* nomen Celticum porro est, & Romanis omnibus Fastis ignotum.

Mater ob *Filium* sibi morte raptum de fortunæ acerbitate conquerens, rotam in ima parte lapidis sculptam voluit, ut locum teneret querimoniarum, quæ post hujusmodi funereos titulos sæpe legimus.

C V.

QUi sequitur lapis, adhuc extat in Claustro Carmelitanorum Cœnobii ad Portam Secusinam.

MAGIÆ . VERÆ . QVÆ . VIXIT

ANNOS . DECEM . ET . OCTO

DIES . TRES . LVCILLIA . VALERIA

FILIÆ . AMATISSIMÆ .

Ut legamus *Filiæ Amatissimæ*, non *Filia Amatissima*; quamquam in lapide litteræ *E* vestigia evanuerint. Suadet ætas *Magiæ Veræ*, quæ duodevicesimo anno mortua filiam adultam habere non potuit.

C V I.

C V;I.

SEquitur lapis ad Portam Palatinam paucos ante annos erutus, & ad Regium Athenæum translatus.

Graphio insculptam, seu scalpro figuram equestrem vides cum hasta oblonga terram versus directa.



Diis Manibus

Aurelii Marciani Circitoris

Qui Vixit . . .

Circitor nomen est varium, ad multa officia & Civilia, & Militaria significanda usurpatum. Dicitur *Circitor*, aut *Circuitor*, aut *Circumitor*, quicumque aliquod ob negotium circumit.

Si

Si militiam ſpectes, *Circitores* dicuntur ii, qui vigilias circumeunt, ut ex Vegetio conſtat, quod munus & per vices a *Centurionibus* obiri potuit tam in munito Oppido, quam in caſtris, & aliquando etiam ab uno, eodemque ſemper, ac perpetuo *Circitore*.

Miniſtri etiam Urbani Magiſtratus fuere *Circitores*, qui juſſu *Triumvirorum* nocturnorum totam Urbem de nocte circumibant, ut fures, aut nebulones, aut ſeditioſos cives compeſcerent. De his in Priapejis.

Quid mecum tibi Circitor moleſte?
Ad me quid probibes venire furem?
Accedat ſine . . . .

Circitores etiam dicuntur aptiſſime ii, qui vicos omnes Urbis obeunt, merces a popello emi ſolitas, & vilia ſcruta, & obſoletas veſtes circumferentes, & venumdantes. Hinc in Pandectis lib. XIV. titulo III. de inſtitoria actione Lege V. Ulpianus. *Sed etiam eos inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarii, vel lintearii dant veſtem circumferendam, & diſtrahendam, quos vulgo* Circitores *appellamus.*

Circitores etiam dictos ſuſpicamur eos, qui *agentes in rebus* dicuntur crebro in Codice, qui nimirum edicta, aut mandata Imperatoris circumferebant, aut varia ejus negotia ſingulas obeuntes provincias extricabant.

At iſte *Aurelius Marcianus Circitor* ne dictus cognomento, caſu, vel arbitrio, an potius officio? Officio potius, & quidem *Circitorem* fuiſſe militarem opinamur ex equeſtri effigie haſtam ferente, quamquam de militia nihil in inſcriptione habeatur. Etſi vero merum eſſe cognomen poteſt, cum tertium tantum ſit nomen; attamen ſicuti ſuperius *Aurelius Maximinus*, & *Aurelius Creſcentianus* milites duo nomina tantum habent, deinde gradus militiæ additur, ita etiam *Aurelium Marcianum* militarem fuiſſe *Circitorem* pro certo habemus.

CVII.

C V I I.

DUas ultimas inscriptiones primus observavit Clarissimus Dominus Thomas Taraneus, Antiquitatis, & omnis politioris Litteraturæ amantissimus, qui doctas aliquot in Marmora Taurinensia animadversiones nobis ultro communicavit. Idem nobis memoriam præclaræ inscriptionis servavit, quæ mox periit, erutæ ad Portam Palatinam, anno MDCCXXX. mense Decembri.

En illius verba in suis, quas nobis gratificatus est, schedis. *Memini ibi inscriptionem inventam, in qua quidam cognomento Hyginus Herculi Scyphum se dare, vel dicare ex voto profitebatur. Eam quum exscripsissem, mihi tamen postea evanuit, nec lapidem ipsum invenire, data etiam opera, postea licuit. Servo tamen adhuc figulini illius Scyphi pedem, in quo nomen figuli habetur* L. GELLI., *diversum ut memini ab illius nomine, qui dicaverat. Animadvertit Philander in notis ad Caput* 3. *lib.* 2. *Vitruvii moris fuisse, ut insigniores figuli nomen suum adderent, quod & in Palatinis, aliisque monumentis Romæ se observasse tradit. Est autem Scyphus vasis potorii genus in sacris Herculis usurpatum, ut ex Virgilii libro VIII. Æneidis novimus:* Et sacer implevit dextram Scyphus; *in quæ verba Macrobius Saturn. lib.* 21. *cap.* 4. „ *Scyphus Herculis poculum est, ita ut Liberi Patris* „ *cantharus. Herculem vero fictores veteres non sine caussa cum* „ *poculo fecerunt, & nonnunquam quassabundum, & ebrium,* „ *sed etiam quod antiqua historia est Herculem poculo, tam*„ *quam navigio utentem, immensa maria transisse ... Ego* „ *tamen arbitror non poculo Herculem maria transvectum, sed* „ *navigio, qui Scypho nomen fuit.*

Scyphus Herculi dicatus nobis in memoriam revocat præclaram inscriptionem, quam, quum in omnibus syllogis depravatam legerimus, tandem Augustæ Prætoriæ saxum ipsum intuentes, stribligine quadam a quadratario commissa deformatam, ceterum intellectu facilem deprehendimus, & heic ponimus.

IOVI IVNONI MINER
ANTONIA M. L. IBO
APHRODISIA SCIP
HOS II VENEREM
SPECVLVM DO
NVM DEDIT

Idem est. *Jovi Junoni Minervæ Antonia Marci Liberta Ibo Aphrodisia Sciphos Duos Venerem (Veneri) Speculum Donum Dedit*.

Quos hactenus edidimus lapides, ii omnes, uno alterove excepto, in Regii Taurinensis Athenæi porticibus collocati sunt, & omnium obtutibus obversantur.

SEquuntur Pingonianæ Inscriptiones a mendis, quibus scatebant, qua fieri potuit diligentia, emendatæ, & animadversionibus illustratæ.

Quamquam vero Pingoniana verba barbariem nonnunquam redolent, ea tamen, quibus nonnullorum lapidum cælata Opera describit, immutare piaculum ducimus, ut a lectoribus ea, quæ ille vidit, ex verbis, quibus ipse usus est, tutius percipiantur.





APPEN-

APPENDIX.

CVIII.

In facie Ædium nostrarum ingens marmor, quo sculpta Dei effigies imberbis scutum tenentis cum fulmine, duobus hincinde ad montium radices sedentibus. Hæc inscriptio **Ping.**

IVPPITER CVSTOS AVGVSTÆ TAVRINORVM.

De hac meminimus in prima Dissertatione primæ Partis Marmorum Taurinensium pag. 2.

CIX.

In Vinea Alexandri Serræ Pictoris extra Urbem marmore fracto.

C. AL.
SEXTI LVCR.
APOLLINI
IB. AVG. TAVR
VI. VIR. EPOR.
V. T. F. I.

Alios, qui aut iisdem, aut diversis Magistratibus functi sint, tum *Taurini*, tum *Eporediæ* in aliis etiam inscriptionibus vidimus, ut in ea, quam Donius edidit. Cl. v. n. 69. pag. 179.

CX.

In domo Mainorum in Basi Turris.

P. RVTILIVS
AVG. TAVRINORVM
PROCONSVL.

O 2 Quum

Quum *Proconsules* nullos Coloniarum in saxis, quæ videre licuit, observaverimus, de veritate hujus inscriptionis dubitamus, aut potius eam corruptam, & PROC. in marmore tantum exculptum; ab eo vero, qui exscripsit PROCONSVL factum, & notam perperam explanatam.

C X I.

In Ædibus nostris, marmore, quo Stella crinita in medio cujusdam quadri, extra vero quadrum, sed in extremo fractum, hæc inscriptio.

C. IVL. CÆSAR. C. F.

D E G A L L E I S

Ǝ A L L O B R O G I B

. . . . P H A V I T

Hanc quoque aut spuriam, aut corruptam prorsus ducimus. Emendare vero, & interpretari qui velit, ille nobis erit *Magnus Apollo*.

C X I I.

In facie Ædium nostrarum marmore prægrandi, quo Hippocentaurus sculptus, sed dimidiato lapide, hoc inscriptum.

CHIRONI. SATVR. F. HYPPOCENT . . . .

T. CLAVD. CÆS. LVDIS SECVL . . .

Cl. Muratorius in hanc inscriptionem, *suppositititum*, inquit, *fœtum si suspicer, aut credam, nemo mihi succenseat*; nos tamen vix tanti Viri auctoritate adducimur, ut eam prorsum explodamus. *Ludos seculares a Tiberio Claudio* celebratos anno DCCC. Urbis, XLVII. æræ vulgaris, nemo ignorat. *Hippocentaurum* vero *Claudii* tempore melle conditum ex Ægypto allatum vidisse se scribit Plinius. Numquid hoc

hoc Imperatorem movit, ut voto aliquo prodigium procuraret? Hæc in caussa sunt, cur hæreamus, nihil certi de hujus inscriptionis veritate, vel falsitate statuentes.

CXIII.

In angulo anteriore earum Ædium ingenti marmore, quo vir equitans jubentis ad modum, inferius vero mensura est, sive modius duabus manibus apprehensus, radio superaddito. Hinc inde stant columnæ, supra vero inscriptio.

T. VETIVS
POL. ÆDILIS
VETIA T. F. SECVNDA
VXOR FECIT.

Hoc est *Titus Vetius Polla* (ex Tribu) *Ædilis* (heic situs est) *Vetia Titi filia Secunda uxor fecit* tumulum. Alios etiam *Vetios*, seu *Vettios* habemus in nostris saxis.

CXIV.

Præ foribus Ædium alio marmore, Cerva fugiens sculpta, quam Lupus prosequitur, lapide in summitate fracto.

APONIÆ L. L. MODESTÆ
MATRI
ACVTO L. APONI. SER
PATRI....

Hanc inscriptionem superius retulimus in duo fragmenta distractam, nimirum numero LXXI. & LXXXI. Si utrumque fragmentum simul coniungas, exiguam saxi partem periisse animadvertes, & inscriptionem eamdem esse, quam habet Pingonius.

CXV.

C X V.

Alio ingenti marmore quadrata forma expressum in coronide caput Isidis, hac inscriptione magnis litteris.

I S I D I

T. M I N V C O N I V S

A L E X A N D E R

V. S. L. D. D. D.

Votum Solvit Locus Datus Decreto Decurionum.

C X V I.

Ibidem marmore columnis striatis elegantissimo, cui caput Medusæ superimminet, Delphini hinc inde, & inter florum fasciculos avicula rostro converso.

V. F.

L. VENNONIVS

Ͻ L. O N E S I M V S

VI. VIR. AVG. SIBI. ET

. . . . *desunt cætera.*

Onesimum alium habemus, nomen est ab *ὄνημι* deductum, *opitulatorem*, aut *utilem* significat.

C X V I I.

Ibidem marmore quadrato effracto.

P E T R O N I Æ

M. F I L

M A R C E L L I N A

T. F. C.

CXVIII.

CXVIII.

Ibidem.

T. ÆBVTIVS T. L.

GLAVCVS

L. ÆBVTIVS L. F.

SCAVRVS

CXIX.

In fronte alterius portæ.

ANNIO

M. F.

SENECÆ

De altero *Seneca* meminit inſcriptio a nobis ſuperius relata.

CXX.

In ipſa area ex ordine. Hæc nova inſcriptio marmore pellucido Cupidinibus, & Venere vetuſtiſſimis jacentibus.

HOSPES TE QVID AVORTIS

ADVORTITO

EN ADELPHI FVERE CVPIDINES

CRESCEBANT. FLAMMIS OMNIA DEVASTAB

M IN MATREM DVM ET SÆVIVNT S

VENERIS. AMORVMQVE HEIC FACTA INTERNECIO

HEIC EXTINCTÆ FACES. TRIBVSQ. POS. TVMVLVS

AT PRO AMORIBVS. INNATÆ HEIC AMICITIÆ

QVAS MATER ALIT CASTIMONIA

Ô VOSVRAM OPTVMAM

BENE VTITOR. HOSPES. VIVITO. ET VALETO

Litteræ

Litteræ M. S. *Manibus Sacrum* significant. Totam tamen inscriptionem aut prorsus apocrypham, aut innumeris scatentem mendis fateri cogimur; prorsum tamen omittere, ut alias nonnullas omnino spurias noluimus.

CXXI.

Ibidem alterum marmor litteris antiquissimis inscriptum.

C. MINNIO
RVFI. F. IIII. VIR
CAENONIA POLLA
MATER. FILIO. V. F

CXXII.

Ibidem ex ordine sub capite adolescentis marmoreo.

COELIO. A. L. EBONIS T. F.
STEL. NIGRO
PATRI
FADIÆ T. L. AVGVSTÆ. MATRI
COELIO P. F. NIGRINO. FRATRI
COELIÆ. P. F. POLLÆ. SORORI
L. COELIVS. P. F. IVSTVS
V. F.

In primo versu lege EBONI, littera S abjecta, qua sine tota inscriptio facillima intellectu est, illa retenta multum obscura.

CXXIII.

CXXIII.

Ibidem marmore elegantissimo, glandibus, & foliis quercinis ornato, & tympano circulato, cui imminet caput Dei cujusdam.

T. MOMINVS

M. F. POL

TERTIVS

VETERANVS

T. MON. . . . . . T. F.

POL. MAXIMO

PONTIÆ. Ɔ. L.

HOSPITAE. VXSORI

T. F. I.

IN F. P. XXX. IN A. P. XX.

Titus Mominus Marci Filius Pollia Tribu *Tertius* cognomento, *Veteranus* miles *Tito Momino Titi Filio Pollia* Tribu *Filio* nempe suo. *Pontiæ Caji Libertæ Hospitæ Uxsori Testamento Fieri Jussit* : *In Fronte Pedes Triginta* : *In Agro Pedes Viginti*.

CXXIV.

Alio marmore, cui caput juvenis superpositum.

D. M.

Q. RVBRIVS

CRESCENS

PVBLIAE

MACTORIAE

CONIVGI

Pro nomine usurpatum heic vides prænomen *Publiæ*, sicuti *Publii* in hac alia inscriptione Gruteri pag. MCXLVI. n. 12.

D. M.
POLITICI
PVBLII
POSVERVNT
CALLISTRAT
FRATER ET
VICTORIA CONIVX
B. M.

CXXV.

Alio prægrandi marmore elegantissimo, sed litteris admodum corrosis, ubi sub arcu, quem duæ larvæ, una barbatum Satyrum, altera ridentem Bacchum refert, Tauri immolatio expressa tribus astantibus Viris, uno cornua Tauri tenente, altero securim ad ictum parante, tertio intermedio: subtus vero columnæ sunt frondeæ cum suis epistyliis elegantissimæ. Hæc ex inscriptione legi possunt.

T. MARCIO T. L.
QVI EAM REI PRIVATAE CVRAM
ADHIBVIT . . . . .

Cætera vetustate obliterata. A tergo vero marmoris corrosis admodum litteris epigramma hujusmodi.

TE LAPIS OBTESTOR LEVITER SVPER OSSA RESERVA
NE NOSTRO DOLEAT CONDITVS OFFICIO
RECEPTA
L

Mendum omnino est in voce RESERVA, pro qua facile reponeremus RESIDAS.

CXXVI.

CXXVI.

Alio marmore ex ordine

D. M.
COELIAE. SEVE
RINAE QVAE
VIXIT ANN.
VIII. M. IX. D. VII
FILIAE DVLCISS
L. MINDIVS SVPER
NVS PATER. ET CORNELIA
SOTERIS

Asciæ forma sculpta. Obscurum ænigma hæc *Ascia*, ut formula *sub Ascia dedicatum*, de qua inter maximi nominis Antiquarios multa sollicitudine disputatum.

CXXVII.

In porticu Ædium marmore rupto, ubi Statua veterani Militis.

P. ARIMAEI NICEPHORI
ANNO NON . . . .
CVM PERMISIT . . .
SIC ME SEMPER . . .
ET MIHI VITEM DEDERIT . . .
VLPIA LEGIONE MISSVS . . .
TAM PROBVS PIVSQ. VIXIT . . .
QVI GAVDEBANT ORDINAT . . .
HI MEI MISERI PARENTES . . .
QVOT TIBVRTIVS FVERIT . . .

Omisimus additum a Pingonio supplementum, utpote nulla satis firma ratione comprobatum.

 CXXVIII.

CXXXII.

Alio marmore eleganti.

D. M.

NICIAE F.

DVLCISSI

MI

L. DECIMIVS

CLYTVS

ET MESSIA

FIRMA

POSVERVNT

Clytus a Græco Κλυτὸς, *Clarus*, *Inclytus*.

CXXXIII.

Alio marmore dimidiato. In summitate videtur Apollo imberbis, lacertis pellem hominis pro trophæo gerens, subque Marsias excoriatus, servus cultrum una manu, alia caput cadaveris tenens, circum in columnæ formam, simiæ, vasa, cochleæ, maritima monstra, & alia ornamenta exsculpta. Hæc vero inscriptio.

ACRONI P. . . .

MEDICO AVG. . . .

CLODIA III. . . .

LAETAE SOR. . . .

C. CLODIVS. . . .

AQVILIANVS. . . .

De quopiam *Acrone* Medico Agrigentino meminit Plinius lib. 29. cap. 1.

CXXXIV.

CXXXIV.

Alio marmore rosa prægrandi supereminente.

. . . D E I O T A R A . . .
. . . . I A N V A R I O   V I N T I O
. . . . O N I S   F.   M A T E R
. . . . A N T E   O B I T V M
T.   C.

CXXXV.

Alio marmore, cui ascia superposita.

D.   M.
T I.   C L A V D
P R O C E S
T H Y R S A.   V X
A Q V I L I N A
C O N I V G I
I N C O M P A R A
B I L I

En iterum *Asciam*, quam idem significare credimus, ac formulam *sub Ascia dedicare*, de qua videantur, quæ Maffejus, Muratorius, Fabrettus, Gutherius, Mazochius, & alii scripsere.

CXXXVI.

CXXXVI.

Alio marmore semirupto, cui subest torus tabellæ innixus, & recubans adolescens.

... TERRAS NEC MINVS ET MARIA
... IMPVRI AQVAE PADI NEC MINVS ET SAEVI
... ITA QVOD OPTAVI MIHI TANDEM PERVENIT
... PERPETVAM REQVIEM POSCO.

Barbaram sapit ætatem.

CXXXVII.

Alio marmore pectinatis, striatisve columnis, Dorica forma ornato.

VALERIAE
M. F. TERTIAE
C. MONIANIVS
C. F. CAMP. VALENS
OPTVMAE MATRI
Unanimes Posuere.

In tertio versu lege CAM. idest *Camilla Tribu*, non CAMP., ut scripsit Pingonius, qui & duo verba *unanimes posuere* suo marte importune addidit, pro *Vivens Fecit*.

CXXXVIII.

Alio marmore, in quo capita viri, & uxoris expressa, sed mutilata.

T. GLITIO VERO

Tres itaque habemus *Glitios*, *Agricolam*, *Agathopum*, & *Verum* in nostris inscriptionibus, cujus gentis vix ulla occurrit alibi memoria.

CXXXIX.

CXXXIX.

Alio ingenti lapide rupis impolitæ, cui aquila angues pedibus implicatos devorans, tum duo leones puteo innitentes. Hæc media inscriptio.

M. OCCVSIVS
A. F. LAGANIVS
SVAE. SVAVISS. F
TESTAMENTO
FIERI IVSSIT

Suæ nomen proprium est *filiæ*, alioquin nullum haberet, nisi forte subintelligas *Occusiæ*.

In parte inferiori sus est cum capra, globo insultantes, subtus autem vas, cui gemini angues ad potum inflectuntur.

CXL.

In horto pensili ædium plurima fragmenta. Hæc magis integra. Cippus marmoreus, simpulum una ex parte, quo vase aqua, seu vinum minutatim prælibaretur, lanx ex alia, sive discus ad sacrificia, locus statuæ basi, & fosculis ornatus. Hæc inscriptio.

D. M.
C. FOTIDI....
FOELICISSIMI....
VIX. AN. VIII. DIES XIIX
AVGVSTANVS. ET
AEBVTIA. CHARISS
FILIO. PIISSIM. PAR.

Fotidius ἀπό τȣ̃ φωτὸς, ideſt *a lumine*. Nomen patris *Auguſtani* ſine ullo prænomine, cum filius *Cajus* appelletur, quod perrarum videtur, adeoque C. litteram (*Cajum* nempe) ſuſpicamur a Pingonio omiſſam.

CXLI.

Alio marmore fracto.

VALERIVS.....
VERINAE. C. F.....
KARISSIMAE. VIX. AN. XX.....
DIES XX. IN CONNVB. A.....
MENSEM.....OBIIT
CONTRA VOTVM

CXLII.

Alio marmore Crucis ſigno antiquiſſimo inſigni.

TITVLVS. PVELLAE. CLAVDIAE. C. F
VIXIT CONIVGIO. ANNIS DVOB
ET MENS. VI. SVBITO VERTVNTVR
FOELICIA VOTA DVORVM
ET DEFVNCTA EST. ANNORVM XVI
HIC REQVIESCIT IN SOMNO PACIS
† † †

Nota hoc epigramma Chriſtianorum eſſe, & ſeculi ab optimo remotiſſimi. Ultimus verſus Chriſtianorum omnino formulam continet. *Puella* dicitur *Claudia*, quamquam duos

duos annos, & dimidium cum marito vixerit, quod mirum iis non videbitur, qui norint puellas etiam vocari nuperrime nuptas, ætate, & forma florentes.

CXLIII.

Alio marmore, quo Venus velum manu tenens, Delphino insidens, inter medios fluctus, hinc inde volitantibus cupidinibus. Sub vero.

VENERI ERYCINAE V. S. L. M

Insigne profecto fuit hoc monumentum, si Pingonio fides habenda, tum ob cælatum opus, tum ob inscriptionem. *Venus Erycina*, quæ nimirum in *Eryeis* montis vertice celeberrimum in Sicilia Insula habebat Templum, & magna religione colebatur, ut ex Ciceronis præsertim Divinatione in Verrem facile cognoscitur.

CXLIV.

Alio marmore quadrato.

MERCVRIO
T. MATTIVS ATEVRITI. F
MAGIACVS
V. S. L. M.

CXLV.

Alio marmore fracto.

.... PALLADI ....
..... ATTICAE .....
..... DEDITIS DD....

Egregiæ etiam inscriptionis fragmentum.

 CXLVI.

CXLVI.

Alio marmore dimidiato.

C. VIBIVS
STELLA
ET. C. FIRMIVS
EX TESTAMEN
LEIBERTATEM. D

Sensus inscriptionis est *Vibium Stellam*, & *Firmium libertate ex Testamento donatos*, Patrono suo titulum posuisse.

CXLVII.

Ibidem.

DOMITIO M. F
ST. MARCELLO
CACTIA. VXOR
A. F. PASTOR. M. F
A. F. SECVNDVS
.... M. F. DOMITIA
.... M. F. PRIMA

Non solum mutila, verum & mendosa videtur hæc inscriptio.

CXLVIII.

CXLVIII.

Alio lapide, cui superimminet caput mulieris inter duos dracones, intermedia corona quibusdam ornata tropheis, tum sequitur inscriptio, inferius thori forma, sex fascibus totidem secures alligatæ, scalptæ sunt.

L. GOSINIO
L. FILIO. ST
HILARIVS
AVG. VESTIA
M. F. VXSOR
P. COSSIVS
MAXVMVS
P. C.

Est etiam aliquod mendum in hac inscriptione: nam ejus sententia hæc esse deberet. *Lucio Gosinio Lucii Filio Stellatina* Tribu, cognomento *Hilario, Augustali, Vestia Marci Filia Uxsor*, & *Publius Cossius Maxumus* filius *Poni Curaverunt*.

CXLIX.

Ibidem lineamentis hinc inde ductis, Astragalo Lesbio supereminente.

A. AEBVTIVS
CORDI. LIB. MAINVS
SIBI. ET MESTRIAE
FORTVNATAE
VXORI. T. F. I

Aulus Æbutius Cordi Libertus, cognomento *Mainus Sibi Et Mestriæ Fortunatæ Uxori Testamento Fieri Jussit*. Nota, hunc

hunc *Libertum* nullum neque nomen, neque prænomen habere cum patrono *Cordo* commune, quod raro contingit.

CL.

In facie domus Alexandri Vignatæ Sangilji (Sancti Ægidii) *Domini*.

P. CORNELIO
L. F. STEL
DECVRIONI
A. P. IVDICI
DEC. IV
CORNELIA P
FIL. PRISCA T. F. I

Ita interpretamur. *Publio Cornelio Lucii Filio Stellatina* Tribu *Decurioni Ædilitia Potestate*, *Judici Decuriæ Quartæ Cornelia Publii Filia Prisca Titulum Fieri Jussit*. De nota A. P. & de *Judicum Decuriis* dictum breviter est in inscriptione *Marci Vennonii*. Quamquam nota AP. *Appellationum Judici* explicari posset.

CLI.

In ædibus Cassiani Putei primi Præsidis Senatus, marmore eleganti, quo sculpta lupa gemellos lactans sub ficu Ruminali, Delphini hinc inde complicati, columnæ Corinthiæ frondibus acanthi e calatho prodeuntibus ornatæ. Hæc in medio inscriptio.

D. M.
ANTISTITAE
> L. DELPHIDIS
TESSER. LIGNAR
SODALICI
MARMORARIOR

In

In secundo versu *Antistia* loco *Antistita* reponere maluimus, quia aliam habemus *Antistiam Chryseidem*. Et ita legimus *Antistia Caji*, aut *Cajæ Libertæ*, cognomento *Delphidis Tesserariæ Lignariæ Sodalici Marmorariorum*. At quid huic mulierculæ tesseras e ligno facienti negotii fuerit cum *Sodalicis Marmorariorum* diversam artem exercentibus minime videmus.

CLII.

Alio marmore, ubi statua adolescens, circum Delphini.

V. F.
C. PVBLICIVS
PRIMIGEN
SIBI. ET
TVRRANIAE

Subintellige aut *Uxori*, aut *Filiæ* &c.

CLIII.

Alio marmore, ubi caput Medusæ inter duos Delphinas, & rosarum ornamenta litteris corrosis.

V. F.
T. LIVIVS T. LIB.
ET LIVIAE. LEVINVS
L. F. STELL...
VENONIAE. EXORATAE
P. LIVIAE. FIRMAE. ET
FESTO. FILIO. ET
FIRMIAE. FILIAE

Sensus

Sensus est. *Titus Livius Levinus Lucii Filius Stellatina* Tribu *Titi Livii Et Livinæ Conjugum Libertus Tumulum Fecit* fortasse *Sibi Et Venoniæ Exoratæ Publii Filiæ Liviæ* cognomento a marito accepto, & *Firmæ* cognomine suo. Et *Festo Filio*, & *Firma Filiæ*. An vero hic *Titus Livius Levinus* Patavini historici adeo bene de Romana Republica meriti *Libertus* dici possit, aut debeat, ii dijudicent, qui aquilino omnia discernunt oculo.

C L I V.

Alio prægrandi marmore, quo aquila fastigio triangulari includitur, duobus hinc inde pegasis, sive gryphis vas altero pede fundentibus, columnæ duæ sequuntur, quibus alligata hasta, inferius autem frenatis bobus currus trahitur, dolio oblongo onustus, quem currum auriga flagellum quasi movens regit, boves præit porcus: in medio hæc inscriptio elegans.

T. ARRIO. T. F. ETRO TERTIO
ANN. XXI
MVCIA T. F. MODESTA
MATER V. F
SIBI. ET. T. ARRIO. M. F. VIRO
INVIDA FLORENTEM RAPVERVNT
FATA IVVENTA
NEC LIQVID MISERO ME SVPER-
ESSE MEIS
FLEVIT PRAESENTEM MATER
FLEVERE SODALES
ET MATER TEPIDO CONDEDIT
OSSA ROGO
QVAE PRIVS HOC TITVLO
DEBVIT IPSA LEGI

Tum in basi marmoris incisum.

IN AGRO. P. XX. IN FRONTE. P. XX.

Liquid

Liquid pro *Licuit*, & *Condedit* pro *Condidit* in saxo ita fuisse facile credimus. Ultimum carmen initium hujus inscriptionis nobis explanat. Nam *Mucia Modesta* rapto sibi in florenti ætate *Filio Tito Arrio Etro*, & *Tertio* fortassis inter natos *Vivens Fecit* hunc tumulum, & sibi, & *Viro Arrio*; adeoque legitur nomen filii ante nomen matris, quia mater justa persolvit nato, quæ juxta naturæ ordinem a nato ipsi persolvenda erant.

C L V.

Alio marmore, rosa tympano triangulari inclusa, Delphinis circum jacentibus, inter vero duas columnas hæc inscriptio.

P. AE B V T I V S
P. L I B. M E M N O
A V G. S I B I. E T
AE B V T I AE M I L E
L I B E R T AE
D E L I C. A T A L
S V AE
T. F. I.

In basi autem hæ singulares litteræ.

H. M. H. N. S.

Hoc Monumentum Heredes Non Sequitur.

Nimirum non licet heredibus in hunc tumulum alium mortuum inferre.

CLVI.

In ædibus Antonini Thesauri Præsidis Astensis, columna marmorea malis litteris.

VIRIATIVS
A. F. TERNI
TAVR. OBOLIO
PVLANIVS
PRISCVS

Primo versu lege *Viribus*; secundo *Æterni*, aut *Æternis*; tertio *Taurobolio*. Cur ita legendum sit, vide in prima parte, Dissertatione 2.

CLVII.

Alio marmore dimidiato. Prior pars deficit.

....ONIVS. L. F
....L. PEREGRINVS
....LEG. XXII. PR. P. F. ID
....LEGAT. A COMMENT
....L. F. OPTIO. CENTVRIO
....ONIS EIVSDEM
....AVS. PILVS. PRIOR
....NOR. XXXIX. STIP. XVI
.... F I

Mutilum est, & non sine mendo Epigramma.

CLVIII.

CLVIII.

Alio marmore oblongo.

P. AEBVTIO P. F. NEPOTI. AED. II. II. VIR. II

SABINA. FRATRI

Ita lege: *P. Æbutio Publii Filio Nepoti Ædili Secundum Duumviro Secundum.*

CLIX.

Alio marmore.

C. VRVINVS C. F

SILENVS. SIBI. ET

AMOENAE. VXORI. ET

IRICO. FILIO

T. T

V. F

Ita ultimæ notæ explicari possunt. *Testamento Tumulum Voluit Fieri.*

CLX.

Alio marmore.

Q. AEBVTIVS

CILONIS. F

POMPEIA. VELAC

ENA. Q. F

Quintus Æbutius Cilonis Filius Pompeja Velacena Quinti Filia heic siti sunt.

CLXI.

In ædibus Francisci Boyvini Baronis Villarii.

V. F.

AEBVTIA M. F. TERTVLLIA. SEX
POMPEIO. BASSO. VIRO. VINNO
NIAE. SECVNDAE. COCERAE.
POMPEIAE. SATVRNINAE. F. ANN. XXV.
SEX. POMPEIO. CLEMENTI. ANN. XXX.
PVPINIAE. FIRMAE. AVCTAE

CLXII.

In mœnibus Civitatis recens inventum, in Palatium translatum, marmore in duos cippos partito.

C. CVSIO M. F
CALVISIO
IIII. VIR. AED. P
FILIO

CLXIII.

Ibidem.

Q. CVSIO
M. F
FRATRI

CLXIV.

CLXIV.

In ædibus Romagnanorum.

D. M.

TRANQVILLI

SECVNDINI

SIBI ET

IVLIAE

CONIVGI

KAR

CLXV.

Alio marmore.


LIBERO PATRI

SACRVM

L. F. SENECIO

V. S. L. L. M

Libero Patri Sacrum Lucii Filius Senecio Votum Solvit Lubentissime Merito. Difficile credimus integram hanc inscriptionem.



CLXVI.

CLXVI.

Alio marmore, quo duo sculpti sunt Delphini rosam subodorantes.

V. F.

Q. ANTISTIVS

NIGRINVS

SIBI. ET

ANTISTITAE. Q. L

EXPECTATAE

VXORI

Ita emendari debet. *Vivens Fecit Q. Antistius Nigrinus Sibi Et Quintæ Antistiæ Quinti Libertæ Expectatæ Uxori.*

CLXVII.

Alio marmore, cui intersunt cupidines, Cherasio advectum.

D. M.

ACVTIAE Q. F. SABINAE

FEMINAE. SANCTISSIMAE

Q. VESQVASIVS. FORTVNATVS

F. I. D. P. S.

Fieri Jussit De Pecunia Sua.

CLXVIII.

CLXVIII.

In ædibus Vagnoniis, translatum nunc ad Castrum vetus agri Taurinensis marmore dimidiato.

CLAVDIO. DRVSI. F. C....
TRIBVNIC. POTEST. V....
LITIVS. T. F. STEL. BARB....
TRIBVNVS. MILITVM. P....

Alium nos docet hæc inscriptio *Glitium Titi Filium Stellatina* cognomine *Barbatum Tribunum Militum*, qui statuam, aut aliud monumentum *Claudio Drusi Filio Cæsari* dedicavit.

CLXIX.

Alio marmore.

DIIS OMNIBVS
HYGINVS
PRIAMI. FRATER
POSVIT

CLXX.

Alio.

CAPITO. ATTIVS
ATTONIS. F
V. F

CLXXI.

CLXXI.

Alio.

T. CASSIO

M. FIL. OL...

OL. id est *Olla Posita.*

CLXXII.

Alio.

ATILIO. P. F

....NEPOTI....

CLXXIII.

Alio, cui internexi florum fasciculi, subtus vero in columnis binis totidem hastæ alligatæ, & mediæ tabulæ duæ, superiore quidem, duæ mulieres invicem quasi colloqui videntur, tertia inest mulier infantulum manu regens, inferiore tabula mensa est, cui duo stantes viri velut raptim comessantur, has super tabulas hæc inscriptio.

ATILIA MV. L. ONESIME

SIBI. ET. AEBVTIO OPT

ATO. AVG. DEC. AVGVR

CONIVGI OPTIMO

V. P.

Littera V. redundat in primo versu. *Atilia Marci Liberta Onesime*, quod est *Pretiosa*, *Sibi Et Æbutio Optato Augustali Decurioni Auguri Conjugi Optimo Vivens Posuit.*

CLXXIV.

CLXXIV.

Alio marmore, in cujus tympano caput Medusæ, ad tympani triangulum catuli scandunt, inferius appensæ florum corollæ, infra stat ara media, ad cujus dextram mulier ramum gerens, ad lævam laurus arbor, cui anguis involvitur ab arbore descendens: hæc autem inscriptio.

L. VALERIVS
FRONTO
T. F. I. SIBI
PLACIDA. ET
FIDELIS. LIBERI
FACIENDVM CV
RAVERVNT

CLXXV.

Alio marmore.

P. METELLVS
L. F. DEC. TAVR
ET QVAESTOR
ITEM DECVRIO
EPOREDIAE. ET. II. VIR
IOVI. AVG.
EX. HS. X.
TEST. PONI. CVR

Duplicem duabus in Urbibus obtinuit Magistratum *Publius Metellus*, *Taurini Decurio*, & *Quæstor* fuit: *Eporediæ Decurio*, & *Duumvir*; quæ munia tamen nonnisi diversis temporibus obtinere potuisse videtur.

CLXXVI.

Alio marmore.

T. LVCCEIO
T. FIL. STELLAE
PETRONIANO
EQ. ROM. EQ. R.
PETRONIA. M. F
MARCELLINA
MATER
T. F. I.

In ſecundo verſu non STELLAE, ſed STELLAT. Tribu nempe *Stellatina* lege, & in quarto ultimæ litteræ R. loco P. repone.

CLXXVII.

In Vinea Alexandri Serræ Pictoris, Taurino translatum.

GENIO
M. ISVNI
PROCVLI
SODALICI
IVVENT
PATRONO

PATRONI legendum eſſet, at in ſaxis multæ hujuſmodi ſtribligines occurrunt.

CLXXVIII.

CLXXVIII.

Alio.

LIBOTIATVS. SIB. ET
VENTINIAE. L. F. IRATAE
VXORI T. F. I.

CLXXIX.

Alio colliso marmore.

DOMITIVS
VERVS

CLXXX.

Variis saxis ingentibus, & litteris cubitalibus, in muris Civitatis.

DIVVS. AVG. DIVI. FIL

CLXXXI.

Alio.

DIVI. NERVAE

CLXXXII.

Alio.

DIVI. ANTONINI

CLXXXIII.

Alio.

DIVI FRAT

CLXXXIV.

In Claustro Cœnobii Divi Andreæ, marmore oblongo.

L. VIBIVS. C. F. STEL
CENSOR
EXSOMNIAE. L. F. SECVNDAE
VXORI
L. VIBIO. SEVERO. FILIO
C. VIBIO. L. F. PATRI
CATIAE. TERTIAE
SEX. FIL. MATRI
VIBIAE. GRATAE. LIB

Ne credas *Censor* muneris esse vocabulum, sed cognomen habeto post nomen *Tribus* poni solitum. Quamquam *Stella* cognomen esse posset, sicuti in alio marmore habemus, *Cajus Vibius Stella*; at illic notam paterni nominis non habemus, nec aliud cognomen post vocem *Stella*; adeoque illic cognomen nominis est, quod heic est mera nota *Tribus*.

Quæ addit Pingonius, utpote quæ nostra non intersunt, consulto omittimus, sicut quædam pauca omisimus, omni procul dubio spuria.

INDEX

INDEX
Nominum, & Rerum præcipuarum.

Cusia

. . . *Ven-*

. . Clau-

V



